


Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres



HESIODVS ASCRAEV^S.

Apud Fulvium Vrsinum in marmore.

HΣΙΟΔΟΡ

ΤΟΥ

ΑΣΚΡΑΙΟΥ

ΤΑ ΕΤΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

HESIODI

ASCRAEI


QUE SUPERSUNT,

CUM

NOTIS VARIORUM.

EDIDIT

THOMAS ROBINSON, S.T.P.



OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO.

MDCCXXXVII.

Imprimatur.

S T E P H. N I B L E T T.

V I C E - C A N. O X O N.

Jul. 1, 1737.

Reverendissimo in CHRISTO Patri

JOANNI POTTERO,

PROVIDENTIA DIVINA

ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI,

THOMAS ROBINSON.

NI animi Tui moderationem, Pater Reverendissime, jam diu perspectam exploratamque habuissem, deterruisset me tum locus, quem ornas, in Ecclesiâ celsissimus, tum fama Tua in Literato Orbe celebratissima, ab ambitione illâ quâ ardebam, ut hic libellus venerando Tuo nomine insignitus prodiret. Sed cùm istam recolo humanitatem Tuam, istam mansuetudinem, & summâ gravitate conditam suavitatem, quam omnes amant. dum maximè reverentur; virtutibus Tuis essem injurius, ni
hoc

D E D I C A T I O.

hoc munusculum haud Tibi penitus ingratum,
hoc Tributum istorum Tibi studiorum Principi
acceptum fore sperarem. Tu enim Ille es,
quæm Græcis literis addicti ducem suspicimus,
hujusmodi vestigalia existimantes justissimâ lege
persolvi Tibi, ex cuius thesauro ditissimo mag-
nam nostrarum opum partem accepimus. Li-
benter quidem soleo, Præful doctissime, pristina
Tua studia in memoriam revocare, & præterita
illius vitæ contemplari spatia, cuius nullum non
stadium pulcherrimis notis distinctum conspici-
tur. Cùm illa tamen mihi ætas adsit, illa jam
munera accesserint, quæ animum meum non
unicè ad Te humanarum literarum scientiâ ex-
cellentem, sed ad sapientem constantemque Vi-
rum, ad consummatum Theologum, ad Anti-
stitem sanctissimum debent convertere; quantas
Tibi gratias agam, quâ voce prædicabo benig-
nitatem Tuam, qui mihi tale exemplar non ē
longinquo admirari, sed propriùs quandoque in-
tueri concesseris? Orbi tamen Christiano gratu-
lor lumen illud Tuum in summo jam fastigio
collocatum. Faxit Deus, ut id multi suspici-
entes, Cœlesti Patri gloriam tribuant; multi-
que adeò, heu! nimium multi, omni doctri-

næ

D E D I C A T I O.

næ vento circumlati, & Fidei naufragio periclitantes, illius radiis in veritatis portum dirigantur!

Me verò, Pater Colendissime, benedictioni Tuæ commendo, precibusque plurimum valitutris; ut, cùm sacrosancto Tuo ministerio ad ordines Sacerdotii, ad gradus Theologiae electus fuerim, pars aliqua illius Spiritus, quem Tibi abundanter afflavit Deus, ex impositione Tuarum manuum in me descendat. Dabam in Burgo Sancti Petri Calendis Juliis, MDCCXXXVII.

LECTORI



LECTORI S.

EN Tibi, Lector eruditæ, in manus trado Poetam omnium forsitan, qui jam extant, post Sacros, vetustissimum, Editione, ni fallor, utili & luculenta; à qua quid Tibi expectandum sit, in ipso limine Te velim certiorem facere.

Ut Textus Græcus quam emendatissime prodiret, præcipuam curam adhibui, Codices MSS. quos potui comparare cum libris impressis conferendo. Ex his unum mibi suppeditavit Codicem Bibliotheca Bodleiana, qui integrum Theogoniam exhibet, alterumque dimidia penè partē spoliatum, cuius tamen eo levior est jactura, quod illum à priori Codice tam parum discrepantem deprehendi, ut alter ab altero descriptus videatur. Tertii autem Codicis, idem Poema integrum conservantis, à Celeberrima Societate Regia Londinensi, in cuius Bibliotheca est repositus, usum impetravi. Operum & Dierum quatuor exemplaria MSS. versavi, tria nempe Bodleiana, unumque Regiae Societatis; porrò, varias lectiones Codicis Coisliniiani, ex Bibliotheca quæ Cancelarii Seguerii fuit, cum Editione Clerici à se collati, humanissime ad me transmisit senex longe doctissimus, ordinis sui patriæque decus, Fr. Bernardus Montfaucon. Scuti Herculis unus, quem sciam, Codex est in Anglia; ille autem in Bibliotheca pretiosissima Nobilissimi Comitis Oxoniensis conservatur, ad quam cùm Domini liberale ingenium literatis Viris aditum facilem patefaciat, varias ex hoc Codice lectiones à se collectas mecum communicavit eruditissimus Amicus Thomas Hutchinson, qui Xenophontis Κύρος Παιδεῖα & Αὐλῆσι adornandis tam felicem industriam adhibuit, ut reliqua elegantissimi Auctoris scripta æquissimo jure literatus orbis ab Illo postulet, quippe qui alios omnes ab hoc opere suscipiendo deterruit.

Quid commodi ex hoc meo Amicorumque labore perceperim, Te Notæ docebunt, in quibus Codicum omnes animadverti varietates, quæ spem aliquam melioris lectionis adferrent; earum verò nonnullas, quamvis in emendationes incertas minimè proclivis, vel in ipsum Textum admittere, Lector semper monito, non dubitavi. Omnes autem varias lectiones ad calcem voluminis exhibui, ne sagacibus ingeniiis materia defit, vel repetito labore perquiratur, in qua se & Hesiodum futuris temporibus exercant.

Versionem Latinam, quæ in Clerici Editione usurpatum, ad examen revocavi, eamque plurimis in locis correxi, ubi ab Auctoris Scopo aberrare, ejusve sensum infelicius interpretari visa est.

P R E F A T I O.

Certamen Homeri & Hesiodi versione Latina, quam nunquam antea, quod sciam, sortitum est, donavi. Fragmentorum collectioni nonnulla addidi, quae priorum Editorum industriam fuderant. Integras Dan. Heinsii, & Georgii Grævii Lectiones, plurimas Clerici, Guieti nonnullas exhibui; observationibus quibusdam propriis subinde interspersis; facilem, ut opinor, veniam impetraturus, quod operosis Commentariis in res nibili patientem Lectorem nollem prægravare.

Toti autem Operi præmittitur Dissertation, in qua de vita & scriptis, præcipue verò de ætate Hesiodi agitur. De illa quidem statuenda maxime semper inter Doctos lites intercesserunt, ex quorum scriptis, tam antiquis quam recentioribus, excerpti omnia, quæ ad hujusc rei illustrationem facere videbantur; cunctorum inter se collatis argumentis, & adjectis, ubicunque esset opportunum, propriis observationibus, si quo pacllo veritas erui possit. Cum verò nonnullorum fuerit opinio, hanc litem ratiociniis Astronomicis dirimi potuisse; ne quid hujus operis integritati deesset, in consilium advocavi Amicum longè Doctissimum Josephum Atwell, S.T.P. qui calculum Astronomicum solita sua industria & acumine à se factum, Dissertationi nostræ inferendum transmisit *. Maximam Insigni Viro gratiam habeo, quod mecum non deditus sit hancce studiorum societatem inire, nec paginæ meæ nomen præfigere, quod etiamnum celebre in literato orbe, brevi futurum est celeberrimum.

Denique, quod hæc Editio ad umbilicum adducta sit, singulari debet amicitiae Viri ingenio & politiori doctrina præcellentis, Roberti Eden, Collegii Universitatis Socii, & juventutis ibidem Rectoris præstantissimi; qui gravissimis suis occupationibus tempus aliquod negotiis meis impendendum surripuit, nec, me absente, preli molestiam suscipere recusavit.

Unum jam restat, ut, hac data occasione, gratum animum devotumque testor erga Venerabilem Præfulem Robertum Clavering, Episcopum Petriburgensem, qui me per plures annos favore suo & amicitia ornatum veluit, nec indignum prorsus existimavit, cui in Ecclesia sua Cathedrali Carenicatum conferret. Paribus me officiis decinctum profiteor viris ornatisimis, quondam fratribus, jam verò patronis meis colendissimis, Custodi & Sociis Collegii Mertonensis, qui me, dum hoc opusculum meditabar, in amabili & florentissimo suo domicilio alebant, nec abeuntem dimiserunt indotatum. Hujusc quidem nostræ necessitudinis mihi semper erit jucunda recordatio; jucundior tamen, si aliquod demum opus elaboravero, quod tantæ Domus nominis & splendori melius convernerit.

* Incipit p. 21. definit p. 30.



DISSERTATIO DE VITA, SCRIPTIS, & ÆTATE *HESIODI.*



UORUM scripta & ingenium admirantur homines, de personis eorum solent curiosius inquirere, & omnia, quæ ad illos attinent, umbra quamvis antiquitatis obscurata, patriam, parentes, sæculum, mores, literato labore perscrutari. Quæ quidem industria, utcunque videatur esse otiosorum hominum, insignium virorum famæ & meritis debetur, gratumque ostentat animum, & beneficii memorem, si eorum, quæ ad humano generi benefacientes pertinent, nihil à nobis alienum putamus. Et quanquam extam remotæ vetustatis monumentis explorata veritas speranda non sit, haud tamen iste arguendus est labor, qui pro certis & manifestis quidquam possit probabile & verisimile eruere. Nihil ulterius ausim Lectori promittere in præsenti opusculo, in quo de vita, scriptis, & ætate antiquissimi Poetæ differitur; &, si in argumento tam dubio & obscuro eatenus prodire contigerit, haud frustra suscepimus laborem judicaverim.

Notat ^a Paterculus Hesiodum vitâsse, ne in id, quod Homerus, incideret, patriamque & parentes testatum esse. Narrat ^b quidem Hesiodus patrem su-

^a Lib. 1. cap. 7. ^b Egy. v. 636, &c.

an è Cuma Æolica fuisse, & ex illa civitate migrasse Ascram Bœotia vi-
cum propè Heliconem; an vero ipse Cūmæ natus fuerit, an potius Ascræ
post migrationem paternam ex dictis non liquet. Plutarchus quidem,
Ephorum secutus, contendit Hesiodi patrem, Ascræ jam inquilinum uxo-
rem Pycimeden duxisse, & ex ea Hesiodium genuisse; Suidas verò tradit,
eum, cùm adolescentulus esset, à parentibus suis à Cuma Ascram translatum
fuisse, eandemque Strabo tuetur sententiam. Qui eorum partes sequuntur,
Eclogæ quartæ Virgilianæ versum quartum,

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas,

quem ad Cumanam Sibyllam referebant interpretes, de Poeta nostro interpretabantur. Nec absurdum quidem videtur haec interpretatio, si animadvertissemus quam apte tota penè Ecloga versibus Hesiodi de mundi saeculis respondeat. Noster certè haud obscurè tradidit, post ferrei saeculi consummationem, aureum denuo renaturum:

Μηκίτ' ἐπειτ' ὥφελον ἔγω πέμποισι μετεῖναι
Αἰδερέσσιν, αὐτὸν δὲ πρόσθις Θανάτῳ, η ΕΠΕΙΤΑ γνωσθεῖσι.

Οὐ γὰρ πάσοτε νητός ἐπέπλων διγέας πόντον,
Εἰ μὴ τὸ Εὔσοινον ἢ Αὐλίδον.

* Vide Lili. Gyrald. de vitis Poet. ^d Geogr. lib. 13. ^e Val. Probus. Fabricii Bibl. Græc. lib. 1. cap. 20. Grævii Lect. Hesiod. ad Egy. v. 174. ^f Fabricii Bibl. Græc. lib. 1. cap. 30. Goralli i. e. J. Clerici not. in Severi Aetnam. ^g Egy. v. 111. & sequent. ^h Answer to the scheme, &c. p. 497. ⁱ Egy. 650.

nisi quis ex argumenti tenore contenderit, hoc solum voluisse Poetam, se hanc unicam navigationem suscepisse in ætate sua virili, quâ capax erat maritimorum rerum scientiam acquirendi. Utcunque verò se hæc res habet, vel ex quacunque urbe noster ortum duxit, satis constat Ascrām pro patria plerumque agnoscī, eumque saepius à Virgilio & appellari Ascrāum, idemque velle Paterculum, cùm patriam suam Hesiodum indicasse memorat.

Quod vero idem tradit Auctor, sc. Poetam, *patriam suam memorasse contumeliosissimè*, quoniam ab ea multatus erat, vel à traditione quadam, vel à libris deperditis, vel à prava ipsius verborum interpretatione traxit. Nulla enim multæ occurrit mentio, nisi forte in hunc sensum torqueantur, quæ de iniqua judicū sententia tradita sunt; nec porrò iracundiæ tribuendum est, quod Ascrām tam ignobilem vicum & miserum descripsérunt,

*Νάσαν δ' ἄγχ' Ἐλικῶντος οἰζυρῇ την κώμη,
Ασκρα, χεῖμα κακῆ, θέρες αἴγαδει, μέντος ἵδηλη*

Quæ quidem incommoditas, ut tradunt¹ scholia, à loci situ oriebatur; nam propinquitate excelsissimi montis Heliconis interceptæ sunt auræ, quæ æstivum calorem possent lenire, & hyberno tempore exclusi sunt radii solares, nivalesque aquæ defluxerunt. An non verò licuit sine invidiæ suspicione veram vici sui naturam describere? Quam tamen hic loci ob hanc causam unicam videtur tradidisse, ut melius depingeret patris paupertatem, quâ bonus vir nativâ urbe exulare, & in tam miserum vicum profugere compulsus erat. Haud interea dissimulare velim, ² Ephorum, qui & ipse Cumanus erat, tradidisse, hunc hominem, non ob pauperiem, sed cæde quadam perpetrata, patria profugisse.

Æquè vanus est auctor idem Paterculus, cùm tradit Hesiodum parentes suos indicasse, nisi fortè in quodam libro jam deperdito eorum nomina invenerit. In illis qui supersunt, unicus occurrit versus, quem quis de tali re possit suspicari, ³ iste sc. quo fratrem suum hisce verbis compellat, *Eγγάζειν, Πέρσην, διὸν γένετο*, quem sic Tzetzes exponit, *καὶ Δία, καὶ δίγενες γένετο*. Prior quidem explicatio non adēd est absurdā, quin admitti commodè possit, si ex aliis monumentis constaret Dium Hesiodi patrem fuisse; non tamen adēd probabilis, ut per se valeat ad confirmandam de hac re sententiam, cùm altera significatio, *δίγενες γένετο*, illa sit, quam & ipse Hesiodus, eique suppar Homerus, saepissime hisce verbis affigunt. Quod verò nonnulli objiciunt, incongruum prorsus videri, ut Poeta fratrem suum, plebeium, vel certè mediocrem hominem tam magnificis titulis compellet, nullius erit ponderis æstimanti. Homerum ipsum tam benignum esse, ut hoc ipsum Epithetum Ulyssis subulco largiatur. Longè aptius tam honestam appellatiōnem fratri suo tribuit noster, qui inter maiores suos, ut fert traditio, Deos

¹ Ecl. 6. v. 71. Georg. 2. v. 176. ¹ Proclus & Tzetzes ad Egy. v. 640. ² Proclus ibid. ² Egy. 229. ³ Odyss. 9. v. 234.

Musasque recensebat; præsertim si hoc arguento fratrem hortari vellet, ut paupertatem tam generosa familia prorsus indignam laudabili industria evitaret¹,

Ἐργάζειν, Πέρσην, διὸν γένος, ὅφελος λιμός
Εχθασεγ.

Post migrationem illam ad Ascam nihil præterea de Hesiodi patre scriptum invenio; sed credere par est eum exinde uberiori usum esse fortuna; nam post ejus mortem de dividendo patrimonio inter Hesiodum fratremque Persen lis intercessit, ² in qua Perses, corruptis judicibus, superior evansit, & largiorem hæreditatis partem ad se traxit. Noster verò, tali quamvis acceptâ injuriâ, frugalitate sua vel industria adeo factus est opulentior, ³ ut hunc ipsum fratrem, ignavum, ut videtur, & stolidum homuncionem, ad angustias redactum sæpius sublevaverit; —— generosæ sanè indolis argumentum, quòd in discordia, acriori plerumque in fraternis animis, non modo suorum necessitati ministraverit, sed paterno penè affectu & auctoritate præclarum Poema composuerit, ⁴ ut hunc ipsum à pravo vitæ instituto abstraheret, & ad industriam virtutemque accenderet.

Rus plerumque se abdebat Hesiodus, ibique in vallibus ⁵ (non jugis, ut narrat ingeniosissimus ⁶ Βιόζεφος) Heliconis pastor erat; quæ quidem occupatio nequaquam, ut idem valt auctor, erat ⁷ ignobilis, sed quam melioris conditionis homines sæpius sectabantur in priscis temporibus. Huic operi intentum advenerunt Musæ montis incolæ, pastorelemque ignaviam increpantes, de sacrata arbore lauru ramum tradiderunt, & poeticum inflarunt spiritum. Hanc quidem historiam joculariter perstringit, & mendaci gloriolæ attribuit ⁸ egregius ille derisor Lucianus; eandemque Qvidius ⁹ sui carminis veracitatem testatus seria videtur animadversione dignari:

*Nec mibi sunt vijæ Clio, Cliisque sorores,
Servanti pecudes vallibus, Ascra, tuis.*

Sed uterque in hac re perversum criticum agunt, nequaquam ignorantes fabularum rationem, vel poeticam licentiam audendi quidlibet. Nam si Numæ gravissimo & sapientissimo viro condonârunt ¹⁰ posteri, quòd nocturnas cum Egeria Nympha confabulationes venditaverit, ad majorem legibus suis venerationem conciliandum; si in sæculo illo politissimo & minime superstitione Horatio licuit furores poeticos effundere, ¹¹ *Bacchum in remotis carmina rupibus Vidi docentem (credite posteri) Nymphasque discentes, & aures Capripedum satyrorum acutas;* & iterum, ¹² *Me fabulose Voltare in Appulo Fronde*

¹ Δειποτάτος τῷ αὐτῷ διὰ τῶν παρεῖντος ἐγκωμίας πρὸς ἀγαθούχιαν προτείχειαν. αἴρετος τῷ αὐτῷ δίγυνη τῇ μὲν Ἀρτεμίᾳ αἰτορεῖχην, &c. Tzetzes ad locum. ² Εργ. 37, &c. ³ Ibid. 396. ⁴ Ibid. 10. Dan. Heinssi Introduct. ad Ery. ⁵ Θεογ. 23. ⁶ Kennett's Lives of Greek Poets. ⁷ Αἰδεὶ δέμας εἰκῆς νιᾶ, ιπισώτερος μέλαιν, Παναπάλαι, οἷος τε εἰράκιος παῖδες ἔσονται. Odysf. N. 222. Vide etiam Iliad. Z. v. 424. & Hom. Hymn. in Venerem. ⁸ P. 269. Edit. Bourdel. ⁹ De arte amandi. lib. 1. v. 25. ¹⁰ Livii lib. 1. cap. 19. ¹¹ Carm. lib. ii. od. 19. ¹² Lib. 3. Od. 4.

D I S S E R T A T I O.

nova puerum palumbes Texere; si, inquam, Augūstanis concessum fuit poetis tam portentosa figura venditare; quidni liceret Hesiōdo, in seitate sua ructi & fabulis addicta, commercium quoddam cum Mūsīs Heliconiadibus prætendere, cum manifestum sit, nihil aliud hanc totam narrationem significare, quam quod primūm juxta hunc montem poesi operam dederit?

Quanquam verò ^f otii & quietis ^g expeditissimus erat Hesiōdus, non adeò tam sibi indulgebat, quin ad gloriam quandoque & famam adspiraret. Mos erat inter veteres Græcos, quem Romani postea usurparunt, regum procerumque exequias ludis quibusdam & spectaculis, inter cætera verò certaminibus poeticis & celebrare. Iстiusmodi ludis in honorem Amphidimantis Chalcidici indictis, ad Eubœam navigat ^h Hesiōdus, poeticum præmium ambiturus; ibique cùm victor judicatus esset, tripodemque reportāset, eum patronis suis, Heliconiadibus Mūsīs dicavit. Quod quidem fecit, vel gratitudinis ergo, vel ad victoriā suam tali trophæo illustrandum, vel potius, ut videtur, quod mos erat, præmia in istiusmodi certaminibus reportata, non ad privatum usum convertere, sed alicui Deo consecrare. Haud quidem me latet, Proclum in scholiis suis tradere Plutarchum versus omnes Contentionis historiam narrantes Hesiōdo abjudicasse; quod sanè an recte notaverit scholiastes, haud facile judicaveris, cùm libri nonnulli Plutarchi, qui Procli tempore extarent, jam perierint. In his qui restant, hujus Contentionis bis fit mentio. In *septem sapientum convivio* Plutarchus Periandrum inducit hanc historiam adhibentem pro argumento quod inter priſeos Græcos fuerint certamina poetica; nec cæteri convivæ hujuscē traditionis veritatem oppugnārunt. Sed in *Sympoſio*, cùm antiquum hunc fuisse morem vellet ostendere, negat se hanc historiam pro argumento adhibitum, quoniam res erat obsoleta, & à Grammaticis decantata. Quæ quidem oratio, ut judicium meum interponam, nequaquam id, quod de Plutarcho afferit scholiastes, evicerit. Dicit enim Plutarchus sè hoc argumentum prætermittere, non quod falsa, sed quod trita nimis & vulgaris res esset. Si quis tamen Plutarchi verba ⁱ τὰ ἔωλα περγύματα vanas & aniles fabellas significare contendit, non opus est ut de hac re controversia moveatur, cùm, hoc sensu admisso, minimè sequatur, Plutarchum totam hanc de Hesiōdi contentionē historiam respuere, sed istam solummodo illius partem, quæ tradit eum ab Homero victoriam reportāsse; cuius rei nullum certè vestigium in Hesiōdi scriptis usquam appetet. Quod si manifestissime constaret, illam fuisse Plutarchi sententiam, quam Proclus repræsentaverit vix tamen unius auctoritate permotus versus per tot sæcula comprobatos rejicerem; præsertim, cùm probè sciant, qui antiquos solent scriptores versare, quam prodigi sint obelorum suorum Critici & Grammatici, opinantes

^f Vell. Patrc. lib. 1. cap. 7. ^g Plutar. Sympoſ. lib. 5 Prob. 2. Sept. Sap. Conviv. Livii lib. 41. Vide etiam inscriptionem Adephi Terent. ^h Egy. 654. ⁱ Herodot. lib. 1. ^k Cicer. Epist. lib. 9. Ep. 2. *Etsi erat iωλος illa epistles.* Ubi τὸ ιωλόν non *vana* seu *inanis*, sed *obsoleta* significat.

nimirum si quidlibet audere Poetis liceat, æquum sibi esse potestatem quidlibet¹ expungendi.

Historiæ Hesiodeæ ex ipsius scriptis huc usque lucem adtuli, in quibus, senili quamvis garrulitate imbutus, paucissima vitæ suæ vestigia conservavit. Ne tamen Lectori invideamus quæ de tanto viro tulit fama, ad alia jam libet descendere, quæ quidem, si Nostri æstatem spectes, à recentioribus, haud tamen vanis vel obscuris scriptoribus traduntur. Interierunt sanè² Plutarchi integer liber, Lampriæ memoratus, de vita Hesiodi; ³ alter Cleomenis; ⁴ tertius Heraclidis Heracleotis, ex scriptis, ut dicitur, Chamæleontis compilatus; haud tamen, credo, cum magno literarum incommodo hæc jactura evenit, cùm nihil de hac re explorati ex tam recentibus scriptis expectare fas esset, quæcunque verò probabilia traditio videntaverat, ea vel Plutarchus in scriptis quæ supersunt, vel liber ille de Certamine Homeri & Hesiodi, videatur congeffisse; quem librum Editioni huic nostræ subjectum adeant illi, qui hujuscce certaminis seriem velint cognoscere.

De ipsius verò Contentionis historia celebratissima variorum⁵ Authorum sententias h̄ic loci tædet congerere. Non equidem pro fabulo repente respuerem, quod tot tantique viri, quamvis inter recentiores numerandi, tradiderunt; cùm illi quæ scriperint, nequaquam finxisse, sed à vetustioribus libris, & famâ antiquâ traxisse videantur. Plutarchus qui historiæ auctoritatem labefactare creditur πὸ τὸν περὶ γῆμαν καὶ διολθευτικόν appellando, exinde concedit, eam non esse figmentum recens, sed à veteri fama derivatum. Sed non ego is sum qui tantum antiquitati arrogem, ut ei censem in omnibus adhibendam esse fidem. Multo, ut fatear probabilius est hanc historiam universam à priscis Grammaticis confictam esse, qui cùm compererint Hesiodum certaminis poetici, in quo victoriam retulit, meminisse, itemque forsitan Homerum in Hymno⁶ Veneri supplicasse ut in certamine quodam victor evaderet, ὅς δὲ ἐν αἴγανη Νίκην τῷδε φέρεται, ἐμὴν δὲ τὸν νύν εἰδόν, exinde ansam arripuerunt duos celeberrimos Poetas inter se committendi, quamvis alii essent coævi Poetæ, quibuscum contendere uterque poterat. Memorantur sanè, quâ tamen auctoritate nescio, quorundam Poetarum nomina, qui ad hunc honorem creduntur adspirasse.

¹ Vide quæ in hanc rem jocatur Lucianus: Ετι δὲ τὸν αἰτιημένον τίχον [πὸ Οὐρανοῦ] ἵπποτον, οἱ τοιούτοις εἰσὶ γεγραμμένοι· οὐ δὲ ἡθαύτη τάχις αὐτῷ τῷ· κατηγόρων δὲ τὸν αἴτιον τὸν αἰτιημένον γεγραμμένον τοῦτον τὸν ψυχογονίαν. Ver. Hist. lib. 2. Eosdem perstringit Cicero Epist. Fam. lib. 3. ep. 11. Si, ut scribis, ea litera non fuerint differata, scito meas en fuisse. Ut enim Aristarchus Homeri verbum negat, quem non probat, sic tu (libet enim mihi jocari) quod difteratum non eris, ne putaris meum.

² Proclus & Tzetzes in suis scholiis ad hunc librum sapientissimè respiciunt, nisi verum sit, Plutarchum commentarios etiam in Hesiodum composuisse. Illi tamen in ejus scriptorum catalogo apud Lampriam non occurunt, nec ab A. Gellio, ut nonnulli existimaverint, lib. 20. cap. 8. memorantur. Ibi enim pro 1111 in *Hesiodum commentario* proculdubio legi debet, in Ilin & Osiris commentario.

³ Clem. Alex. 1 Strom. ⁴ Diog. Laert. lib. 5. sect. 92. ⁵ Plutar. Sympos. lib. 5. prob. 2. Conv. 7. Sap. Philostr. in Heroicis. Libanius Socrat. Apcl. Tzetzi Proleg. ad Hes. Eustath. Proleg. ad Homer. A. Gell. lib. 3. cap. 11. ⁶ N. 5. Edit. Barnes.

Thomas

Thomas Magister in argomento ranarum Aristophanis tradit, obscurum quendam dictum Syagrum cum Homero, cum Hesiode Cercopem certasse; idemque à Diogene Laertio traditum invenias. Occurrunt quidem a non-nullis auctoribus citata duo Epigrammata, quæ ad hujusce certaminis veritatem confirmandam adhibentur,

*Ηειόδος Μύσαις Ελικωνίοις τὸ δ' αἰνέθηκε,
Τυραννίσας δὲ Χαλκίδη Σείον Ομηρον,*

Et :

*Εν Δήλῳ τότε πρώτον ἴγια τῷ Ομηρῷ σίεισθαι
Μέλπομέν δὲ νεαροῖς ψυρροῖς φάνατος σύοιδην.*

Sed utrumque a viris doctis merito rejicitur. Ecce enim hujusmodi, ut videtur, Epigrammatum originem & historiam! Splendidum quoddam mendacium & verisimile ingeniosus vir configit, scriptis committit, ex vestitu forsan raroque libro petitum simulat. Natam fabulam avidè amplectitur & foveat semidoctorum turba, nova a vetustis, falsa a veris discernendi imperita. In succidente saeculo invaluit traditio, facilèque ei assentiuntur homines, quam a patribus demissam acceperunt. Exoritur tandem Poeta cyclicus, qui hoc sibi Thema proponit, versus pangit, fraudem molitur, omne se tulisse punctum arbitratus, ingenioque suo tacite plaudens, si quid sui literatus orbis vetustum crediderit. Votis respondet eventus; pro Homericu vel Hesiodeo venditatur; itaque demum ad probandam historiæ veritatem adducitur, quod ipsum ab historiâ confictâ ortum duxit. Annon hujusmodi sit origo citatorum Epigrammatum, Lector viderit. Prius quidem ab ipsis Hesiodeis versibus paululum immutatis confatum videtur. Posterioris, ut notarunt viri docti, *voleter* arguit, quod in eo mentio occurrit τῷ φανατοῖς, quæ quidem in usu nondum erat in ista Poeseos infantia; nec sanè quis crediderit, cui Stylus nostri familiaris est, ei adjudicandos esse duos versiculos qui vocibus penè iisdem αἰοιδοῖς, & αἰοιδὴν, barbarè & incultè desinunt. Utcunque tamen de ipsius certaminis veritate statuere placuerit, nemo certè Contentionis Acta & Processum, quem *Aya* Ομήρες καὶ *Hesiodos* inscriptum in manibus jam habemus, pro vero ac genuino agnoverit. Post Adriani imperatoris tempora, qui in ipso libro nominatur, scriptum constat; & quamvis non negem quædam forsan istius rei momenta sparsa olim fuisse & vulgata, longè tamen plura, ut opinor, ipse Auctor φιλόμηνος excogitavit, victoriā quidem, ne famæ contradiceret, Hesiode concedens, sed in aliis omnibus Homeri gloriæ iniquè subserviens. Ne hoc temerè dictum putes, ecce hominem in ipsa fraude deprehensum! Quoniam intricatas & subtileas quæstiunculas proponere nullius sit operis vel ingenii, maximi verò, iisdem exemplo respondere; idcirco perpetui interrogatoris partes Hesiode assignat, responsoris Homero. Quod quidem contra histo-

¹ Lib. 2. sect. 46. ¹ Lib. Anthol. Dion. Chrysost. Orat. de regno.
ad Il. A. p. 5. Schol. Pindar. ad Nemeonic. Od. 2. ¹ Eustath.
Lucianus verò in Hermotimo Hesiodium appellat τῷ φανατοῖς.

¹ Lib. Anthol. Dion. Chrysost. Orat. de regno.
ad Il. A. p. 5. Schol. Pindar. ad Nemeonic. Od. 2.

¹ Salmasii Plin. Exercit. p. 609.

¹ Aya p. 227.

riæ veritatem factum constat. Nam quæstionem, quam Auctor Certaminis Hesiode assignat,

Μῆτ', ἄγε μοι τά τ' ἔντα, τά τ' ἐστέμενα, πρό τ' οἶνα,
Τὰν μὴ μηδὲν ἀείδε· εὐ δ' αἴδης μηδέπου οἰδεῖς.

itemque responsum Homero attributum,

Οὐδέποτ' ἄμφι Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
Αρματα συντρίψειν ἐρίζοντες φέλοντες.

utrumque horum, verbis paululum immutatis, memorat Plutarchus, * sed historiæ, ut opinor, sequacior, quam vix crediderim per totam Certaminis seriem. ineptas percontatoris partes Hesiode demandasse, quæstionem Homero, Hesiode responsum assignat; haud obscurum, inquit istius operis falsitatis documentum, cùm scriptor ad propugnandas quas tuetur partes, receptæ traditioni audeat contradicere. Porro si ita in certamine processisset res, ut ab hujuscet libri auctore repræsentatur, absurdum esset vel ipsius Hesiodi, vel eorum qui citata Epigrammata composuerunt, de tali victoria gloriatio. Accommodatus ei esset, quod Pyrrhus de Romanis, victor gratulatori cuidam narratur respondisse; ^a Si alteram bujusmodi repaverimus viatoriam, omnino periūmus.

Quæ verò post hoc certamen Hesiode evenerunt, hoc ferè modo traduntur. A Chalcide Delphos ^b navigavit, tum victoriæ præmium Musis consecratus, tum oraculum de futura vita ibidem consulturus. Cùm verò vix templum ingredetur, Prophetissa Deo repleta, talia effudit:

Ολειρ. ἔτος ἀνήρ, ὃς ἐμὸν δέμονον ἄμφιπολέα,
Ηελοδ. Μέσησι τίλημένθοις ἀθανάτησι.
Τῷ δ' ἡτοι κλέος ἔσαι, ὃσον τοῦ δηπιδνατας γένεται.
Αλλὰ Διὸς πεφύλαξο Νεμέαις ἀγάλαον ἀλογό.
Κεῖθι δέ τοι Θανάτειο τέλος πεπρωμένον ἴσιν.

* Nemægi Jovis apud Argivos templum erat celebratissimum, ænea stæpa, & stadium in quo eidem Jovi ludos faciunt. Hunc lucum cùm haud obscurè a Deo significari Hesiodus crediderit, ut fatalem regionem vitaret, Cœnoen Locrensiump oppidum migrans, ab Amphiphane & Ganyctore Phegei filiis hospitio excipitur. Sed ineluctabilis fatorum vis. Ab ambiguo oraculo Poeta decipitur; ista enim regio, quamvis obscuriore fama, * Nemæo Jovi consecrata erat. Eadem ferè fallacia circumventi & alii insignes viri dicuntur occubuisse. * Cambysi Persarum regi redditum erat oraculum cum Ecbatanae deceſſurum, quod quidem de Ecbatana Medica interpre-

* Conviv. 7. Sapient. Latuit igitur Barnesium hoc a Plutarcho memoratum. Reprehendit enim Lyl. Gyrald. competitorum partes ita disponentem. Vix autem, ut opinor, auctoritatem libri ^b Ἀγάλη Plutarchi præposuisset. ^c Plut. in vita Pyrrhi. ^d Idem vii. Sap. Conviv. Agam. &c. ^e Pausanias in Corinthiacis. ^f Thucyd. Hist. lib. 3. ^g Herodot. lib. 3.

tatus est; alia autem erat Ecbatana Syriaca, urbs obscurior, in qua vulnere accepto mortem obiit.¹ In Antigoni morte fratris jussu interfecti rem haud absimilem accidisse tradunt. Quid memorem Henricum quartum Anglorum regem, qui, cum prædictum esset, eum Hierosolymis moriturum, Westmonasterii deliquio correptus, & in cameram dictam Hierosolymitanam deportatus, ibidem, vaticinii memor, animam efflavit? Hesiodo vero apud Oenoënses commorante, vir quidam nomine Demodes, qui ei comes erat, hospitum sorori stuprum intulit. Illi autem Hesiodum istius fuisse injuriæ auctorem suspicati eum interfecerunt, marique Eubœam & Locridem interfluente submerserunt; cuius cum tertio post die cadaver ad terram delphines detulissent, dum festum solenne in honorem Ariadnæ celebraretur, populus universus ad littus decurrit, agnatumque corpus lugens sepeliit. Interfectores vero ad supplicium conquisi t cymbam piscatoriam arripientes ad Cretam navigarunt. Sed eos con sequuta est vindicta. Tradunt aliqui eos in itinere fulmine percussos Jovem submersisse; alii², Chalcidem reversos ab Eurycle aruspice, poena hospitalium legum violatoribus indicta, morte mulctatos fuisse, detectos quidem, ut tradunt alii, ab ipso Hesiodi cane. Ejus ossa ad se postea Orchomenii trapstulerunt, hac de causa, ut ipsi narrant. Sæviente in homines & pecudes pestilentia, missi ad oraculum consultores responsum tulerunt, ad sedandam luem unicum id fore remedium, si ex Naupactio agro in Orchomenium Hesiodi ossa depor tassent. Percontantibus autem iis, in qua tandem Naupactii agri parte essent illa reperturi, respondit Pythias, locum cornicem monstraturam. Redentes vero in patriam qui sciscitatum missi fuerant, & per agrum Naupactium iter facientes, non longe a via cornicem conspexerunt faxo insidentem, ibique, Hesiodi ossa, in sibi cavitate inventa, cum his Elegis inscriptis apud se sepelierunt:

Ασκην μὴν πατέρις πολυληῖς,³ αὐλὰ θαύόντος
Οσία πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει,
Ησιόδος, δὲ πλεῖστον ἐν Εὐλαβὶ κῦθος ὄφεται,
Αἰδεῶν κελομοθίαν ἐν βασάνῳ σοφίης.

Istam vero mulierem nomine⁴ Ctemenen cujus stupratæ ob suspicionem interfactus est⁵ Hesiodus, nonnulli ejus fuisse uxorem tradunt, ex qua filium genuit Mnaseam, vel, ut dicit Philochorus, Stesichorum, vel, ut alii, Archipem. Ad extremam dicitur senectutem pervenisse; unde proverbium illud Ησιόδου γῆγες, & Epigramma Pindaro⁶ attributum:

Χαῖρε δίς ηγέρσας, καὶ δίς τάφος αὐλισσόρεας,
Ησιόδος, αὐθεώποις μέτεον ἔχων σοφίης.

^f Joseph. Ant. Jud. lib. 13. cap. 11.

^g Ays. Alcidamas in Museo.

^h Eratosthenes in Λιθογράφῳ.

ⁱ Plutarch. de solertia Animal.

^k Pausanias in Boeoticis.

In nonnullis tamen circumstantiis inter se discrepant.

^l

Ita corrigit Lyl. Gyrald. pro

Εἰρηνίᾳ.

^m

Proclus & Tzetzes in Sholiis ad E. y.

ⁿ Tzetzes in Proleg. ad

Egy.

D I S S E R T A T I O .

Communem quandam cum Homero sortem, si Pausaniae sit credendum, Hesiodus obtinuit. Regum, principumque familiaritates, vel fortunae invidiæ naëti non sunt, vel consulo spreverunt. Hic agresti vitæ addictus ab urbana fronte, fastidiosis dominiis, aulicis artibus & officiis penitus abhorruit. Homerus per varias terras peregrinatus, gloriam suam propagare præstabilius duxit, quâni contractiori fama potius Magnatum opibus & gratiâ floruisse. Fortunati aëtibo! si quid veri cecinit Poeta, qui & regiam & parasiticam mensam probe cognoverit, ^a Dulcis in expertis cultura potentis amici, Expertus metuit. Sed felicior multo Hesiodus, qui, dum clientelæ tædium non subiret, stirpis Achilleæ fatus non perferret, gaudebat parvisque sodalibus & lare certo.

Hæc fere sunt quæ pâssim de Hesiodo nostro conscripta leguntur; dubiæ quidem auctoritatis omnia, quæ tamen, si falsa existimantur, haud pœnitent protulisse, quoniam ex his inferri potest, maximo eum per omnia sœcula in honore habitum, de quo talia conficta fuerint.

De hominis verò moribus & indele, cuius vitæ vix ulla supersunt vestigia, quis aliquid aust pro certo tradere? Quod autem nobis invidit historia, ipse quodammodo suppeditavit in libris, quos veram quasi animi sui imaginem posteris reliquerit. Et quathvis de moribus hominum ex eorum scriptis, de praxi ex præceptis non sine erroris periculo judicatur; in hoc tamen auctore, cum senili quadam garrulitate tantus elucet candor & infusa simplicitas, ut ipsum dum lego, penè videre videar qualis esset, omnemque vitam senis in libris suis veluti votiva descriptam tabella patere existimem. Dignus homo quem quis Patriarchæ alicui vel Prophetæ assimilaverit. *Rusticus, abnormis, sapientis; abundans præceptis omnigenis, agriculturæ, œconomiae, virtutis, quæ quidem, ni fallor, Ascrio populo quotidie inculcabat, fabularum, antiquo more, ornamenti illustrata, faciliisque innocuis condita.* Inter cæteras verò virtutes, justitiae & frugalitatis cultor præcipuus, quarum alteram ei commendavit à corruptis judicibus accepta injuria, ad alteram exercitatum fecerunt, quæ erant patrimonii parte spoliato, facultatum angustiæ. Non adeo tamen ad rem attentus, quin arctum quandoque solveret hospitiis animum, ^b neque *πολύγενες*, neque omnino *άξενος*; si quid verò valeat argumentum illud, *Laudibus arguitur, &c.* haud ille illiberalis conviviorum apparator, qui, convivis ad bibendum dispositis, *vetus super cratera cyathum quiescere*. Mitis vir ingenii, placabilis, generosus, qui summa licet injuria affectus, fratrem tamen damni auctorem docere, hortari, beneficiis cumulate non destitit. *Otii, quietisque cupidissimus, qualiter decet esse agricolam & pastorem;* ista tamen ambitione famæque siti, qua literati penè ottimes, poetæ maximè laborant. Hinc navigatio illa ad certamen Chalcidense, & plures forsitan contentiones in deperditis libris memoratae. Vaniloquentiae accusationes, quam non-

^a In Atticis,
Conviv.

^b Horat. Epist. lib. i. ep. 18.

^c Egy. 715.

^d Plutarch. Diocl.

nulli

nalli Hesiodo intentarunt, jam supra dilucius; si qui verò superstitionis arguunt, nec licet, nec libet refellere. Talem habemus, qualem expectare fas est antiquissimum Poetam, summa Deorum reverentia imbutum; quæ quidem in illuminata mente religionem parit veramque pietatem, sed in intellectu cæcutiente, divinæque naturæ prorsus ignaro, superstitionem omnimodam. Vitium hoc habuit, non proprium, sed temporum. Ab erroribus autem popularibus animi maximè erecti haud facile emergunt.

Sed hominem jam dimittamus, ut contemplemur poetam; omnium præter Homerum ab antiquis celebratissimum; Cui dum *χαρακτῆρες* affigere, explorare genium, propriamque scribendi speciem depingere suscipiam, dolebit sanè, si sensum meum sequutum, judicioque confisum, ab his ipsis Antiquis *κελικοτάτοις* viris quandoque dissentire contigerit. Acutissimi viri ingenii Dionysius Halicarnassensis hanc nobis Poetæ nostri imaginem exhibet; *Ἐφεόδιον ἡδονῆς, καὶ ὄρομάτων λεόντης, καὶ σύνθεσις ἴμπελλες.* Idemque cum politam & floridam *τέκνην* descripsisset, *Hesiodum inter eos primum recenset, qui in hoc stylo visi sunt elaborasse.* Ab illo non discrepat Velleius Paternulus. *Vir fuit perslegantis ingenij, & mollissima dulcedine carminum memorabilis.* Eandemque penè sententiaria, tenuiori quamvis elo-
gio, Grammaticorum princeps, Fabius Quintilianus in his verbis tueri vi-
detur; *Raro assurgit Hesiodus, magnaque pars ejus in nominibus est occu-
pata, tamen utiles circa præcepta sententias, lenitasque verborum & sententia-
rum probabilis, daturque ei palma in illo medio genere dicendi.*

Decreta hæcce summorum Criticorum locis erit in posterum perpenden-
di; illud namq[ue] interea libet animadversare, sc. eos, quamvis vera forsan,
quæ citavimus, de Nostro protulerunt, non ei in his *χαρακτῆρες* maximè
proprium & familiarem attribuisse. Sagaces viri, & Criticorum regulis
assueti, hoc vel illud scribendi genus, acri habito examine, in Auctore quo-
vis forsitan deprehendant. Sed illud unicum pro peculiari distinctionis
notæ cuique attribuerem, siquid in eo sit quod non acutis, ut sentiatur, na-
ribus indiget, non ut Criticorum trutinâ pensetur, exigit, sed per se planum
& perspicuum vulgarem quæmvis, & q[ui]c[t]antem ferit lectorum, & nequa-
quam sui sinit esse immemorem. Ecquid verò hujusmodi deprehendimus
in Hesodo? Imo. Admirabilem quandam simplicitatem, & ut ita di-
cam, modestiam orationis & castitatem; à qua quidem scribendi norma
in vetustissimo quoque Auctore maximè conspicua, recentiorum hominum
plerique falsas sicutasque Veneres sectati penitus deflexerunt. Simplicitas
verò vel in cogitationis, vel in verbis præcipue consistit. Cogitationum sim-
plicitas ea est, quæ res concipit & apprehendit, ut in ipsa natura inveni-
untur existere, pure, perspicue, distincte. Iis autem opponuntur cogita-
tiones perplexæ, obscuræ, subtile, quæ veritatem forsan in se continent,

¹ Censura veter. script.
Instit. Orat. lib. 10.

² Πρὸς συμβίστων, sect. 23.

³ Lib. 1. cap. 7.

⁴ De

sed

sed longè quæsitam, paucis obviam, & fundo quasi adhærentem. Verborum ea est simplicitas, quæ res exprimit propriè & clare, non affectatis vocibus, quælitivis figuris, sed istis quæ ad communem usum proximè accedentes vulgari captui maximè accommodantur. Hic, inquam, Stylus est & dicendi character, in quo Veteres illi excelluerunt, à quo tamen Recentiores, delicati homines & fastidiosi, acuminatum aliquid, & exquisitum, & à vulgo longè longèque remotum investigantes, omnino recesserunt, & in locum ejus frivulos conceptus, argutas ingeniosasque sententiolas introduxerunt. Ex hoc hominum genere perpauci Ascræi vatis veneratores inveniuntur. Nam de rebus rulticis non urbanè, de humilibus non excelsè, de gravibus non lepidè & concinnè, loqui didicit; sed suum cuique rei colorē induens naturam ducem optimam in omnibus sectatur. In eo igitur dominatur ista, de qua loquimur, simplicitas; sive ad hanc à natura factus, seu pastorali vita institutus, seu ab ipso denique subjecto coactus videatur. Rarò certè *assurgit Hesiodus*, nec in tali debuit argumento assurgere; sed aliarum Venerum vices supplent, & certissimam ei palmam conciliant, præceptorum gravitas, verborum aptitudo, & versificationis lenitas & dulcedo. In Ethica parte, præceptorum aridorum, jejunorum, sine ordine vel connexione repetita crambe; in descriptionibus, notissimarum circumstantiarum minuta congeries, nullis figmentis decorata, vel figuris variegata; totius ruris inornata facies; omnia denique ad utilitatem potius quam delectationem comparata; hæc quidem vitia sunt quæ delicatis nostris hominibus fastidium creant; sed istiusmodi sunt vitia quæ in optimo quoque Antiquorum maximè conspicitur, & pro ipsissima nota antiquitatis & charactere genuino habenda sunt. Ecquid enim Homero sublimius, ne dicam divinius? Sed in ipso, quandocunque à bellorum strepitu recedere, & in domestica vita occupari, vel arva incolere dignatur, eadem conspicitur tum sensuum tum verborum veneranda simplicitas; cujus quidem plurima vel in ipsa Iliade occurunt exempla, Odyssea autem tota in hac est. Quintetiam in argumentis maximè excelsis hæc ipsa ἀφέλη locum habet, simplex, inquam, magnificentia, & nativa majestas, quæ, per se satis conspicua, extranea respuit ornamenta, nec purpureos pannos affuit; Qualem videre licet in sacris scripturis, quæ ab omni fastu & tumore abhorrentes, descriptionibus, colloquiis, Patriarcharum historiis, rebus quidem plerumque grandibus, suam attribuunt sublimitatem, ulteriore non arrogant. Quod si qui sint, qui hanc ipsam orationem simplicem & incultam contemnunt, utpote facile imitabilem, & sine sudore obtinendam, næ illi egregiè falluntur, frustra, ut opinor, laboraturi, si eandem tentaverint. Ita enim plerique vel pravorum librorum lectione, vel propria affectatione,

³ Huc referri possunt quæ dicit Macrobius in comparatione Catalogorum Homeri & Virgilii. *Has copias fortasse putat aliquis divina illi simplicitati preferendas. Sed nescio quo modo Homerum repetitio illa unice decet, & est genio antiqui poeta digna.* Saturnal. lib. 5. cap. 5. Dolet tamen quod celeberrimum gentis nostræ Poetam Alexandrum Popium in hac re diffidentem habeamus; Quem vide in Dissertatione sua in Homeri Catalogum.

& novitatis, falsæve sublimitatis studio pervertuntur, ut eos ad naturam denuo revocare, & ad justos sensus veramque eloquentiam effingere, opus sit difficillimum, nec nisi diuturno usu & exercitatione crebra perficiendum. Quid verò? Nullisne liceat ornamenti, nullo uti acumine? An omne dicendi artificium, omnis Rhetorica ableganda? Nequaquam. Plura sunt subiecta ita à natura comparata, ut nitidè, ut splendidè tractari possint, hoc interim si modò caveatur, ne adscitis ornamenti naturalis gratia & venustas obscuretur. Illud verò concedens, nego tamen antiquissimis scriptoribus inornatam suam simplicitatem exprobrandam esse, cùm & præsca gens mortalium istiusmodi phalerarum incuriosa esset, & ipsa forsan argumenta nitorem omnem & splendorem respuerent. Hæc scripsi in eorum gratiam, qui natura quid sit, quod temporum morumque discrimen, quid denique subiecto cuique conveniat, prorsus ignorantes, inornatam Hesiodi simplicitatem fastidiunt & irrident.

Qui justam verò de Hesiodo ideam formare velit, oportet eum non in uno quovis, sed in diversis operibus poetam contemplari. In Ἑρακλείῳ, quod unum pro genuino ejus opere ab omnibus agnoscitur, talis est qualem modò depinximus, agrestis, gravis, inornatus, senex, ævi sui antiquitatem & mores faslus; ista tamen dictionis puritate, & numerorum suavitate, ut nihil in hac parte vel elegantissimæ aures reprehendant. Libens igitur Dionysio Halicarnassensi accedo, qui de nostro ita scribit, Εφεόντισαν ηδονῆς καὶ ὄνομάτων λειότητος, καὶ σωθίσσεως ἐμπελῆς. Et Quintiliano, qui hanc nobis ejusdem imaginem proponit, *Lenitas verborum & sententiarum probabilis, daturque ei palma in illo medio genere dicendi*. Itemque Velleio, qui eundem *mollissima carminum dulcedine memorabilem* depingit. Sed in his omnibus desidero quod unicum pro genuino ac maximè proprio Hesiodi charactere lubens admitterem, rusticam illam quam descripsi, verissimum antiquitatis exemplar, simplicitatem, cujus illi præ omnibus debuerunt meminisse qui justam Hesiodi imaginem exhibere voluerunt. Præcipue verò miror Velleium, hominem tum sensu tum stylo ab antiqua αἴσθεσαι quam longissimè recedentem, sub *ingenii perelegantis* charactere Hesiódum bonum virum politis illis & nasutis lectoribus deridendum propinâsse. Malè quidem Hesiodo palpatur, dum istam ei laudem arrogat, quam ille solam non ausit sibi vendicare. Sed Velleium nihil moror. Ecquid enim tam putidum est & inane quod ab isto adulatore vanissimo non fas sit expectare?

Ad Θεογονίαν jam procedamus, quam omnes penè præter Boëtos pro genuino opere admittunt; in qua quidem non eadem quæ in Ἑρακλείῳ, Hesiodi facies, nec tamen prorsus diversa. Hoc poema respicit illud Quintiliañi, magna pars ejus in nominibus est occupata; à quo quamvis indicari videatur opus horridum & jejunum, ad illud tamen quam aptissimè refertur quod de nostro sequitur Elogium, *Lenitas verborum & sententiarum proba-*

bilis ; itemque Halicarnasseasis illud, Εφρόνισεν γένος, καὶ ὁμοάτων λεόπτος, καὶ σωθίσεως ἐμμελεῖς. Nam quod in Homero Critici solent admirari, eum sc. in Catalogo ex tot hominum urbiumque nominibus tam suavem & moliter fluentem orationem conflare potuisse, illud ipsum in Hesiodi Theogonia tam feliciter elaboratum invenias, ut si inter eos de hac re certamen jam institueretur, meritò dubitarent judices, utri palmam decernerent. In tanta verò nominum congerie quis miretur, si raro assurgat Hesiodus? Non tamen vel in hoc opere omnino expers est poetici spiritus, sed occasione data tam magnum spirat & feliciter audet, ut quibus rebus idoneus esset possis aestimare ; nec immeritò deplores, vel quodd incongrua tam sublimi ingenio ei contigerint argumenta, vel quodd operum ejus ποιήσατέγενον pleaque interciderint.

Ex hoc autem libro peritum atrocissimum impietatis crimen Hesiodo intentarunt Veterum nonnulli. Primus omnium Pythagoras ^b Hesiodi se animam vidisse finxit apud inferos vinculis adstrictum æreæ columnæ, stridentemque, propter ea quæ de Diis commentus erat. Eidem dicitur subscriptissimè ^c Xenophanes, Homerum etiam, uti æquum erat, pariter arguens,

Πάντα θεοῖς αἰνέθηκεν οὐμηρός· Ησιόδος τε,
Ουσα τῷς αἰνθεώπαισιν ὄντεδει καὶ φύγος εἴσιν,
Κλέπτειν, μοιχθεῖν τε, καὶ ἀλληλεγονεῖται.

Ipse etiam Sextus, ^d qui ista Xenophanis verba citavit, miti quidem reprehensione Hesiodium perstringit μὴ αἰξιοχεῶν τὸν αἰτητὸν τὸν φιλοσοφιῶν. Platonis verò celeberrimam & decantatam sententiam quid ^e referam, qui Hesiodium & Homerum ob impias quas de Diis finxerunt fabulas è republica sua ejecit? Quis igitur Christianus vir Hesiodi tam ineptè fautor est, ut ei velit in hac līte adesse, nec potius fateatur eum optimo jure istius culpæ esse damnandum, quam vel Ethnici philosophi, & ipsi quoad res divinas cœcutientes, reprehendere potuerunt! Illis certe libens accedo, mentisque acumen admiror, quæ, quamvis ad veritatem perspiciemdam obtusior, multos tamen errores vel in istis tenebris detegere valuerit ; & si jam metus esset, ut quis à vera religione hujumodi librorum lectione perverteretur, neç potius sperandum esset, ut omnes istius superstitionis odium conciperent, quæ figmenta tam absurdâ venditare potuit, & ipse inter primos esset, qui Hesiodium è nostra etiam republica ablegatum vellent.

^b Diog. Laert. lib. 8. sect. 21. ^c Sextus Empiricus adv. Mathem. lib. 8. Ad idem innuit Aristoteles Rhetor. lib. ii. cap. 24. Οἶος Σινόπαιος ἔλεγε ὅτι αἰσθάνεται ἡμέας φάσκοντες τὰς δικὰς τοὺς δακτυλίους λέγοντες. αἱρετίζεις γὰρ στρατιώτες μὴ τὸ πολεῖ τὰς δικὰς. ^d Pyrrhon. Hypoth. lib. iii. cap. 16. ^e De republ. lib. 2. Vide etiam quæ in hanc rem notārunt Cicero de Nat. Doctr. lib. 1. Longinus περὶ ὕψος cap. 9. quem haud opportunè confirmat Tollus testimonio Aristotelis in lib. 10. Polit. Istum enim libellum in imitationem Aristotelis à Kyriaco Streza Florentino conscriptum quis ignorat?

Libens tamen interea in medium proferrem quodcunque in tanti viri, tam bonis moribus prædicti, excusationem allegari posset; illud verò præfertim, sc. quod ipse non finxerit quam scripsit μυθολογίαν, sed religionem popularē diu antea receptam carminibus celebraverit. In superstitionis gentilitiæ, in communis erroris culpa poetam nostrum patiar involvi, dummodo non audax impostor, tantæque impietatis inventor habeatur; ideoque ut hæc valeat Apologia, ad Herodoti sententiam contrarium asserentis ponderandam procedamus. De religionis enim Græcæ primordiis sic scribit Historicus, Ὁτε γέ τὴν ἐκαστόν την θεῶν, εἴτι αἰδή πράσιν τάντας, εἴκοτοι τε τινὲς τὰ εἶδος, ἐκ τῆς ἀπίστατο μέχει τὸ πρώτων τε καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ. Ηὐτούς γέ τοι οὐκίν τετραχοσίοις ἔτεσι δοκίω μᾶς πρεσβυτέρους γένεσθαι εἰς ταλέσσι. Οὐτοι δέ εἰσι οἱ τοινότεροι Θεογονίν Επικοι νῆ τοῖσι Θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς τε καὶ τεχνάς διελόντες, καὶ εἶδος αὐτῶν σημύναντες. Unde autem singuli Deorum extiterint, cunctine semper fuerint, aut qua specie, battehus ignorantum erat, nisi nuper atque keri, ut sic dicam. Nam Hesiodum atque Homerum 400 non amplius annis ante me opinor fuisse. Illi autem finxerunt Græcis Theogoniam, Diis cognominibus datis, divisisque honoriis & artibus inter eos, & descriptis eorum formis. Huic igitur si fidem habeamus, religionis Hellenisticae auctores erant primarii Hesiodus & Homerus, & ab eorum inventione profluxerunt fabulæ, quas Græci primùm, deinde Ethnicorum penè omnium vulgus avidè amplexi sunt. Sed non is est Herodotus, cui, in re tam vero absimili, contra aliarum historiarum fidem, tutò credas. Vir quidem eleganti ingenio, & suavissima compositione memorabilis, sed placendi quam docendi studiosior, innumerisque fabellis, & ξενίζοις scatens; adeo ut quantum ei arrogat auctoritatis ævi antiquitas, tantum detrahatur hominis vanitas, & in admiranda rerum effusa libido; cui ne in illis assentiamur, quæ de Græcorum religionis origine narravit, frequentes rationes vehementer obstant.

1. Quantacunque apud suos fama & auctoritate Hesiodus & Homerus valuerint, vix tamen suspicari possumus eam tantam fuisse, ut hac permota universa gens aliter de Diis & forsan saniū sentiens, Theogoniam ab iis inventam, & tam portentosis fabulis refertam admittere voluerit. Ille quidem honos & nomen divinis vatibus olim attributus est, ut nova quædam dogmata eos potuisse adjicere facile concedam; sed ut receptam penitus abolere superstitionem; religionemque novam ex improviso inducere unus & alter valuerit, vix credibile videbitur reputanti, quam difficulter se in mentes hominum præoccupatas insinuet religio sanissima, etiamsi miraculis, validissimo veritatis argumento, munitatur.

2. Si prætendatur, istam fuisse Græcorum ignorantiam, ut ante Hesiodi tempora omni prorsus religione vacui fuerint, nullique extiterint poetæ vel

* Lib. 2. cap. 53. ^f Cicero de Leg. lib. 1. cap. 1. Plutarch. de Herod. malig. Dio Chrysost. Orat. 18. Aul. Gell. lib. 1. cap. 10. Strabo lib. 4. & 11. Thucyd. lib. 1. Οὐτε δέ λογογράφοι, &c. ad quod scholiastes Aristoteles τὸ Ηρόδοτον.

sapientes qui de hac re præcepta tradere potuerint; & historiæ auctoritatem, & ipsam rationem huic opinioni repugnantem habemus. Multis proculdubio ante hæc tempora sæculis Græcia habitata fuit; cumque ex variis olim conflata sit coloniis, mixtam quandam, ex variis regionibus inventam, religionem accepit. Ne rem altius repetamus, Danaus¹ qui Argis, Cecrops² qui Athenis regnavit, cum ipsi ex Ægypto essent, aliquam certè religionis partem quæ in superstitione ista gente invaluerat, secum induxerunt. Dicitur & Phoroneus Ægyptius³ templorum, altarium, sacrificiorum usum Græcis indicasse; ideoque vel Deos quosdam tunc temporis apud eos in honore habitos invenit, vel ipse peregrinos & ignotos invexit. Testatur etiam & ipse Herodotus⁴ penè omnia Deorum nomina ex Ægypto in Græciam pervenisse; Bacchum verò diu ante Hesiodum Græcis fuisse notum, quippe cuius nomen & ceremonias Melampus interpretatus fuerit. Quanquam verò idem Historicus contendit,⁵ poetas illos, qui antiquiores Hesiodo & Homero ferebantur extitisse, posteriores fuisse, ei tamen vel ipsa ratione permotus strenuò repugnarem. Cui enim verisimile videatur, hæc poemata tam pulchra & penè divina prima fuisse inter rudes Græcos Pœseos tentamina,⁶ cùm alioqui omnes artes & scientiæ, non uno saltu, sed gradatim, lentisque passibus ad culmen soleant pervenire? Rursus igitur idem notandus est Velleius, qui verborum, ut solet, sonitu & antithesi, potius quam ratione & veritate ductus, vanum hoc Homero confert elogium;⁷ Neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est. Nam præter ipsorum poematum perfectionem, quæ ea nequaquam prima omnium fuisse satis demonstrat, etiamnum conservantur antiquorum poetarum nomina, qui de Dîs & religione scripsisse traduntur. Meminit Pausanias⁸ Lycii cujusdam Olenis, qui antiquissimos inter Græcos conscripsit hymnos, & in hymno suo

⁶ Summi viri Joh. Potteri, Archiep. jam Cantuar. Archaeol. Græc. lib. 2. cap. 1. ⁷ Pausanias in Corinthiacis. ⁸ Eusebius Chronicus. Pausanias in Arcadicis ⁹ Clem. Alex. Protreptico. Arnobius contra Gentes lib. 6. ¹⁰ Lib. 2. ¹¹ Ibidem. ¹² Vide hac de re sententiam Viri doctrina & ingenio præcellentis Francisci Hare Cicestrensis Episcopi in Prolegom. in Psalmos à se methodo & arte admirabili metricè divisos; cujus tamen observationes elegantissimas Lectori invidere iniquum esset. Respondeo, hanc ipsam simplicitatem partim in causa fuisse quod ejus investigatio querentibus non felicius cesserit. Qui non satis secum reputantes, antiquissima queque esse simplicissima, artesque omnes quo initii propiores essent, eo fuisse radices, nec nisi longo temporis progressu ad æxplū suam perductas, temere nimis crediderunt Poema-tia bac, quod sacra essent, nec sine quodam numinis afflato composita, ideo esse in suo genere perfectissima, omnemque Pœsos cultum & ornatum, qui multis post seculis apud Græcos obtinuit, in his quarti oportere. — Notandum tamen est, Pœsos Hebrææ imperfectionem, istius lingue, vel ipsorum forsitan poetarum, genio, æquè ac antiquitatí poematum quæ jam supersunt, adscribi posse. Nam inter Jobum, Mosen, Deboram, sacrorum poetarum primos, & posteriores illos, Davidem, Solomonem, cæterosque qui Babyloniam captivitatem exceperunt, satis longum tempus intercessit, quo perpoliri, & ad æxplū quandam perduci posset Pœsia Hebrææ. si modò istiusmodi perfectionis capax fuisset, vel huic rei sacri scriptores operam dedissent; cum tamen iisdem, quibus antiquissima, vitiis & maculis laborent poemata recentiora, nec ullum in iis vestigium profectus cernatur. ¹³ Lib. 1. cap. 5. ¹⁴ In Boæoticis. Herodot. lib. 4.

in Lucinam dicit Amorem Lucinæ filium fuisse; post eum verò Pamphus & Orpheus poetæ claruerunt, & ab utroque compositi sunt hymni in Amorem. Fertur etiam eundem Pamphum ¹ primum in Gratias carmina cecinisse; ² ejus verò hymnum in Jovem Homerum imitatum esse. Si Ciceroni sit credendum, ³ Chrysippus Orhei, Musæi, Hesiodi, & Homeri fabellas accommodavit ad ea, quæ ipse de Diis immortalibus dixerit. Dicitur autem Musæus ⁴ Θρακίαν compoſuisse; licet hymnum in Cererem pro unico Musæi illius prisci scripto certo ac genuino agnoscit ⁵ Pausanias. Ex hoc tamen poeta Hesiodus & Homerus quædam descripsisse, ac suis intexuisse poematibus ⁶ narrantur. De Orpho autem, Græcorum religionis auctore celeberrimo, variorum scriptorum testimonia congerere infinitum penè ⁷ effet; à quo, cùm patriâ Thrax effet, ipsum religionis nomen, ut nonnulli existimant, ⁸ derivatum est. Dicitur enim cultus divinus Θράκειον, quasi Θράκια, i. e. Thracis hominis inventum.

3. Plurimæ Græcorum religionis fabulæ ab historia sacra desumptæ sunt; ⁹ quod quidem patet tum ex circumstantiarum factorumque inter se congruentia, tum ex ipsis locorum, personarum, Deorumque nominibus ab Hebræa radice derivatis, parvaque mutatione ad Græcam aurem accommodatis. Sed vehementer errat, si quis existimat, hujusmodi mutationem unius alteriusve hominis inventioni & ingenio deberi. Non enim uno aliquo tempore, sed sensim corrupta fuit antiquarum rerum notitia, quæ, cùm nullis certis monumentis conservata fuerit & propagata, per longum, ut solet, traditionis cursum innumeras subivit mutationes, à quolibet narrante ademptis, additis, variatis ad libitum circumstantiis, donec ad istum ferè statum religio pervenerat, qualis in Hesiodi Theogonia ¹⁰ describitur. Haud tamen asseveraverim tam scrupulosum eum fuisse in omnibus, fidumque religionis suæ interpretem, quin, licentiâ à veteribus poetis vindicata, novis quibusdam circumstantiis & splendidis fabellis Poema suum decoraverit. Ejus tamen si τὸ ἄλον spectes, ab antiqua eum traditione argumentum desumptissime, vel hac ratione inductus crediderim, quod has res, ut notas diuque receptas, securè & tranquillè narret, nullamque præ se ferat speciem hominis exponentis commenta sua, iisque fidem conciliare laborantis.

⁹ Pausanias in Boeoticis.

¹⁰ Philostratus in Heroicis.

¹¹ De nat. Deor. lib. 1.

¹² Diog. Laert. in Proëmio. Harpocration. Suidas in Μελίτη. ¹³ In Messeniacis. ¹⁴ Cle-

mens Alexand. Strom. lib. 6. ¹⁵ Vide tamen Aristoph. in Ranis, & Euripid. in Rheso.

¹⁶ Nonnus Zonay. iug. In Stel. 1. Potteri Archæol. Gr. lib. 2. cap. 1. ¹⁷ Bochartus passim.

Clerici Notæ in Hesiod. passim. Stillingfleet Origines Sacrae lib. 3. cap. 5. ¹⁸ Cum ita

Neomeniorum ferla Hesiodi temporibus inter Ethnicos obtinuerint, nemo nisi pauci morosior ambigere

quest, quia seculis longè vetustioribus in usu fuerint, cùm omnia scaterens idolis, &c. Spencer de

Neomen. festis, cap. 1. sect. 1. Idem de purificationibus verba faciens: Si Gentium pend

entium usus antiquitatis indicium habeatur, consentaneum est, ut lotiones illas Hesiodo longè antiqui-

ores fuisse, & originem suam à remotissimo mundi senio duxisse, judicemus. De lustrat. Hebræor.

cap. 3. sect. 2.

Ex his omnibus mihi quidem persuasissimum est longè vetustiores Hesiodo fuisse has de Deorum origine factisque historias. Illud tamen libens concedo, eum forsitan copiosissime & accuratissime de hac re scripsisse, primumque πεποικένας ΤΕΛΕΙΑΝ θεογονίαν Ελληνού.

His jam expeditis quæ ad Egea καὶ ἡμίεργα, & Θεογονίαν pertinent, ad aliud jam pergamus Poema, seu poematis fragmentum, Ασπίδης Ηερκλέας nuncupatum, quod an genuinum sit Hesiodi opus, an potius recentioris ævi, summa est inter viros doctos controversia. Variorum opiniones hīc loci memorare supervacaneum esset, cùm ea, quæ in hanc rem congesit vir τωλυμαθεῖται[¶] J. Albertus Fabricius, huic nostræ Editioni integra subjunxerimus; rationes autem, quibus inducti literati quidam viri hoc opus Hesiodo abjudicaverint, paulisper expendere non pigebit, quas si inanæ, nulliusque esse ponderis deprehendemus, nihil certè apud me illorum auctoritas valebit, quo minus tam pulchri poematis honorem Hesiodo tribuam. Argumenta, quæ ad hujus poematis νοθείαν probandam adhibentur, hujusmodi ferè sunt. 1. Ασπίδης Ηερκλέας auctor Homeri Clypeum Achilleum imitatus esse videtur, & ab ipso plurima carmina mutuatus; quinimodo, in quadraginta locis, ut recenset vir quidam [¶] αἰχελέειται[¶], istiusmodi utitur locutionibus, quales non nisi in hymnis Homero adscriptis inveniuntur, ac proinde necesse est, ut qui Hesiódum Homero coævum, vel eo forsitan seniorum existimant, recentiori alicui poetæ hoc opus adjudicent. A similitudine igitur duorum inter se poematum concludis [¶] Ασπίδης auctorem Homeri clypeum imitatum fuisse? Pulchrum sanè argumentum! quod in te pari ratione torqueri potest. Cùm enim inter duo scripta notabilis quædam apparat convenientia, exinde probabiliter inferri potest unum ad alterum respexisse; sed utrum sit apographum, utrum archetypum, aliis argumentis indicandum restat. Äquo igitur jure Hesiodi fautores contendant, Homerum Hesiodi imitatorem fuisse, nisi aliae occurrant rationes, quæ contrarium possint evincere. Porro, argumentum illud, quod ducitur à quadraginta locutionibus, quæ ab hymnis Homero adscriptis petitæ videntur, eadem laborat infirmitate, & majori quidem, quanto major est istorum hymnorum novitatis suspicio. Nam quo longius ab Homericâ ætate hymni recedere creduntur, eo probabilius est in parallelis locis eos ad [¶] Ασπίδης respexisse, quam ad illos [¶] Ασπίδα, cuius antiquitas à tanto doctorum numero defenditur.

2. Ecce verò aliam rationem qua [¶] Ασπίδης antiquitas oppugnatur. In eo nempe invenitur allusio ad Centauri nomen, quod in [¶] Fornace, poematio Homero attributo, memoratur.

[¶] Ασπίδης. Αμφὶ μέγαν Πεποικέσσει, id' ΑΣΒΟΛΟΝ ἀναγινώσκει.
Κάμην[¶]. ————— Σμάργυόντες καὶ ΑΣΒΟΛΟΝ.

Vide, quæso, argumentum. Idem occurrit nomen in [¶] Ασπίδης & Καμίνῳ;

[¶] Vide librum, Anglo sermone conscriptum, cui titulus, Miscellaneous Observations on Authors ancient and modern. [¶] Herodot. vit. Homeri.

Ergo

Ergo unum ad alterum respexit. Idem occurrit nomen in Aesopi quod dubiae est antiquitatis; ac in Kapivis quod proculdubio est recens; ergo Aesopis illud nomen à Kapivis mutuatum est: Talis est Grammaticorum argumentatio; cuius quidem puderet meminisse, nisi instituti ratio requereret, ut Hesiodei nihil à me alienum putarem. Si quidem Aesopis nomen esset ab auctore Kapivis confictum, valerer argumentum quod exinde contenderet Aesopis Kapivis recentius esse Poema. Sed illud non supponitur, nec supponi potest. Nam Aesopis vetustissimum est Centauri nomen, diu, ut videtur, ante Hesiodi tempora celebratum, quem ob impietatem & truculentiam ab Hercule fuisse interfectum vetus fama ^f tulit. Sed hæc nihil moror cùm illud ipsum falsissimum sit, quod in hoc arguento supponitur. Vox enim Aesopis in Kapivis, in omnibus, ut opinor, codicibus legebatur Aesopis seu Aesorum, donec Homeri editor Barnesius in Aesopis commutaverit, ratus nimirum ea fuisse Centaurorum nomina, quæ in isto versu memorantur. Sed in hoc frustra est vir doctus. Verisimilius enim est, ea esse Cyclopum nomina, tum quod simili arti adversarii prædicentur, tum præcipue quod infra invocet Poeta ^b Chironem omnesque simul Centauros, ideoque in tantillo Poematio sui esset oblitus, si illi etiam sint Centauri, qui in priori versu desiguntur.

3. Tertia verò objectio petita est ab illa dissimilitudine quæ inter Aesopis aliaque Hesiodi opera conspicitur. Abundat quippe Aesopis sublimibus figuris & ornamenti poeticis, quæ aliena prorsus videntur à gravi illo & ampliici poeta, qui Beyas & Groyoslaw compositus. In hoc arguento consequentia non valet. Vix enim à stylo auctorem possis dignoscere, nec in re tam incerta existimatori docto tutò confidas; nedum Grammaticorum turbæ, qui hoc utentes criterio, de Antiquorum scriptis superbū ferunt judicium; prorsus ignorantes, in eodem Auctore Stylis maximè diversos inveniri. Primo enim, ab ætate Auctoris scribendi ratio variatur. Quod ethim in Hortensio jam seniore, & de solita industria aliquid remittente animadvertisit ^c Ciceró, sui dissimilior videbatur fieri quotidie; id ferè in omnibus quodammodo, maximè in poetis, qui scribentes senescunt, conspicitur. Acre illud & vehemens hebetescit, venustum & politum deflorescit, vestita splendido oratio spoliatur, & omnino, ut Græcorum notat Criticorum princeps ^d, η αποτελεσθαι τοις παραδοκοις ουγενεστεις μενταρις εις οντος εναρξης. Non inutile est illud Horatii præceptum, Solve senectiem, &c. & ille ipse quamvis in omni genere excellens, æstum tamen ingenii defervuisse, & ad aliquid sermoni proprius inclinasse expertus est:

Nunc itaque & versus & cetera ludicra pono,
Quod verum atque decens curro & rogo & omnis in hoc sum.

^f Philostratus in Harole. Fabricii Bibl. Gr. lib. 1. cap. 2. ^g Οφενδει τέχνη πανάπωλης πολεμία. ^h Διεύρης ή Χείρας αύτου πολέμου Κινταύρου, Οι δ' Ηρεμλέτης χείρας φύγον, οι τοις λαζαλούσι. ⁱ De claris Oratoribus. ^k Longinus εφεντύψις cap. 8. ^l Epist. 1. lib. 1.

D I S S E R T A T I O.

Maximè verò in ipso Homero ista, de qua loquimur, ingenii declinatio conspicitur. Δέκτετοι διὰ τὸ Οδυσσεῖας ὅτι μεγάλης φύσεως πάνθερομόθης ἦδη ἴδιον ἔστιν ἐν γένεσι τῷ φιλόμυθον Απὸ ἣ τὸν αὐτῆς αἰτίας, σίμαι, τὸ μὲν Ιλιάδος γερεφορώντις ἐν ἀκμῇ πανδίματος, ὃλον τὸ σωμάτιον δεσμωτικὸν πάντεσίστατο καὶ ἐναγάνθιον· τὸν δὲ Οδυσσεῖας τὸ πλέον διηγηματικὸν, ὅπερ ἴδιον γένεσις^m. Quid igitur? Si dicam Aesopiā figuris & ornamentiis abundantem, in juventute sua, alia quæ restant poemata, inclinata jam ætate, Hesiódum composuisse; eumne deinceps ob styli diversitatem Poetæ nostro abjudices?

Secundo, ob varietatem argumenti scribendi ratio variatur. Eundemne requiris in Bucolicis & Georgicis fervorem & impetum, qui in Virgilii Aeneide conspicitur? Easdemne figurās in navium catalogo, vel cùm in curruum certamen Diomedes descendēret, ac cùm Δαῦτος οἱ ἐν κόρυθος τοιχοπόλιοι ἀκάματον ποῆται, Αἰγαίος ὄπειρον ἐναλίγκιονⁿ; Eadem inter Scutum Herculis & alia Hesiodi poemata ratio est. Εγγειαὶ Ημέραι poema est didacticum, virtutis & agriculturæ præceptis constans, subjectorum sanè quæ non admittunt, proculdubio non postulant, vel sensuum altitudinem, vel dictiōnis splendorem. Maxima pars Θεογονίας est διηγηματική, & in nominibus occupata, quæ quidem si tam aptè inter se Poeta composuerit, ut nihil asperum, vel auriculis delicatis ingratum occurrat, omne punctum tulisse existimatori candido videbitur. In hoc tamen poemate, cùm ad res quasdam nitoris & sublimitatis capaces digreditur, istis utitur figuris & ornamentis, quæ satis demonstrant, non ei ad hæc ingenium, sed subjectum idoneum plerumque defuisse. Descriptio præliai inter Deos & Titanas, ac postea Jovis cum Typheo pugnæ, omnibus orationis ornamentis abundat, nec quidquam ποιητικάτερον in Scuto legitur; cuius tamen argumentum istiusmodi est, ut omnes poetæ vires & universum impetum facile patiatur. Malè igitur figurarum vi, & ornamentorum abundantia Scuti νοθεία arguitur.

Restat jam ut de ætate Hesiodi pauca dicamus, pauca quidem, nam paucissimæ occurrunt notæ, quæ curiosum in hac re investigatorem possunt dirigere. Periculose plenum opus aleæ! in quo iterum iterumque monendum est lector, ut rationibus verisimilibus contentus sit, nec ultra probabilitatis fines velit evagari. Argumenta quæ huic rei illustrandæ inserviunt, duplicita ferè sunt, Veterum testimonia, & Rationes Astronomicæ.

Veterum testimoniis ultra probabilitatem nihil fas est tribuere. Nam & ipsi Veteres respectu Hesiodi pro Recentioribus sunt habendi, & præterea, quod maximè eorum auctoritatē levat, inter se discordes sunt. Duobus igitur omnino utemur testimoniis, quibus tamen tutiū credendum est, quoniam & antiquissima sunt omnium quæ jam supersunt, & inter se continentur; tali quidem concordia, qualem de re tam remotâ expectare fas est, in qua sc. non nisi paucorum annorum differentia occurrit. Herodotus, post Hesiódum & Homerum scriptorum prosaicorum antiquissimus, testatur eos 400 ferè annis ætatem suam præcessisse. Vixit autem Herodotus quo tempore

^m Longinus ibid.

ⁿ Iliad. E.

^o Lib. 2. cap. 53.

Xerxes copias in Græciam duxit, annis ante Christum 480. ideoque floruit Hesiodus annis ante Christum ferè 900. Quantum Herodoti auctoritati tribuendum sit, superius dixi. Illud interea animadvertisendum est, quòd, si quis in eo sit error, longè probabilius est peccasse eum, recentiorem, quām par erat, Hesiodo ætatem tribuendo, quām assignando nimis vetustam. Nam præter illam phrasin, τετεγκοσίοις ἡτει δοκέω μέση πρεσβυτέρης γενέας, η ΟΤ ΠΛΕΟΣΙ, quæ quodammodo innuit, eum à vulgari de hac re opinione discedere, animadvertisendum est, hanc ipsam opinionum diversitatem antiquitatem rei arguere. Ad hanc rem facit, quòd sibi ipsi parùm constet Herodotus, à suo quandoque longius removens saeculum Hesiodum. Nam in vita illa Homerica ponit Homerum, ideoque Hesiodum, ante Xerxis expeditionem annis 622, i. e. annis ante Christum 1042. Cujus quidem memini, non ut suspecti istius libelli auctoritatem historiæ Herodotæ testimonio opponerem; sed ut monerem, si quæ sit in prædicta Epochæ erroris suspicio, in eo verti controversiam, an non multo antiquior habendus sit Hesiodus, nequaquam an recentior habendus sit.

Hæc etiam confirmatur supputatio ex Chronicæ Marmoris testimonio. In illo enim sic scriptum legimus. Αφ' Ἡσιοδῷ ιφάνη ἡτη ΕΡΗΙΔΔΔ . . . βασιλεύοις Αθηνῶν . . . Literarum quidem numeralium ultima, nomenque Archontis interierunt. Illam autem lacunam bene suppleri numerali literâ τῷ Δ, hanc verò τῷ Μεγαλῆς, ex iis quæ de hac re notarunt Doctissimi Marmororum Editores *, abunde constat. Vixit Auctor Marmoris, ut ex plurimis in ipso Marmore notis constat, annis ferè ante Christum 260, quibus adjectus numerus supradictus 680 numerum efficit 940. Illo autem tempore Athenis Megacles regnavit; eodem igitur floruit Hesiodus.

Hactenus historiæ fidem secuti sumus; jam verò dispiciamus, quid lumen huic re illustrandæ præbeat Astronomia. Cecinit Hesiodus Arcturi exortum ἀκρόνυχον, confectâ Brumâ, sexaginta post dies accidisse^b;

Ἐντ’ ἄν δ’ ἐξηκονία μῆτρα πεπάθει τελεσίο
Χειμέριον ἐπιτελέσιν Ζεύς ἡματα, δή τοι τότε αἰσηγε
Αργεῖος περολικῶν ιερὸν βόοι Σκανοῦο
Πρώτου παριφαίνειν δηπτέδαιον ἀκρονέφαιον.

ex quibus verbis ætatem nostri Poetæ, calculi Astronomici ope, intra se-
ptuaginta plus minus annos posse constitui Scaliger^c & Vossius^d sunt
arbitrati.

Vellem equidem huc usque rationum Astronomicarum ope prodire lice-
ret; nam certiore calculo opus non esset in negotio à nostris temporibus
tam remoto, & exiguī momenti. Sed frustra hujusmodi ἀκείσειαν spe-
ramus; postulat enim η δηπτολῶν Arcturi rite & accurate definitam fuisse
Hesiodi temporibus, & regionem cognitam; deinde nihil ambigui inesse
verbis Poetæ.

* Vide Seldeni & Prideauxii. Comment. in Marm. Oxon. ^b Epy. 564. ^c Animadv.
ad. Euseb. N°. 1255. p. 72. Edit. Amst. 1658. ^d De Gracis Poetis, cap. 2, sect. ult. p. 11.
Sed.

Sed οὐ πητολῶ ἀκρονύχιον Arcturi ritè & exactè definitam fuisse ne credamus, vetat quidem rudis Antiquorum Astronomia, quam nimis imperfectam multa post Hesiodium sæcula mansisse adeo demonstrat, inter alia, Eudoxi Sphæra^c, ut merito dubitari possit, an tempus revera interjectum Brumæ & exortui Stellæ cognitum fuerit necne Hesiodo, aut Astronomis quorum ille usus est observatis. Quis enim pro certo affirmaverit eo usque processisse Antiquos in Astronomica scientia, ut veros τρεῖς dies statuere possent? Prima omnium istiusmodi observationum quas Veteres literis tradidere, ea est Solstitii ab Euclimone & Metone observati: cui tamen neque Ptolemæus, nec eo antiquior Hipparchus ausus est confidere; Petavius^d autem eam de errore unius circiter diei arguit. Quid igitur miri est, si ab Hesiode, aliquove ejusdem sæculi Astronomo minora speremus, quām ab Euclimone & Metone, quorum nomina inter cultores Astronomiæ multum celebrantur? Nec in hac re Antiquorum laudibus detrectare cupio. Sol cursum suum tardissime flectit; & conversionem aliquando ita inter duas meridies evenire oportet, ut Astronomo minus perito vix aut ne vix quidem constaret, utrum huic illine diei esset accenfenda. Sed de imperitia Veterum in constituendis τρεῖσι solis audiamus Attalum & ipsum Eudoxum. Hic^e dicit in Ενόπτεω suo; φάνετο γέ διαφορέων τρεῖς τόπους η δηλιγενέσμηνος· ille affirmat^f τὸν τὰς τρεῖς μηδὲν δηλιγενέσμηνος· αἴδε ποτε μηδὲν νοτίωτερον, ποτε δὲ βορειώτερον.

Neque id solum nobis facessit negotium. Apparens stellæ ortus, modò ut eum in animo habuerit Poeta, fit eo tempore quo solis centrum sub Horizonte depresso est certo graduum numero^g pro magnitudinis stellæ ratione definito, ipsum Horizontem occupante stellæ. Quanquam verò Stella revera esset isto tempore Astronomiæ conspicua; utrum tamen tunc temporis, nec solaribus radiis magis expedita, virò Astronomiæ imperito observari posset, haud injuriā dubitatur. Rusticus enim expectaverit stellam non modo sub visum cadere, sed etiam toto splendore coruscare. Hic autem splendor majorem forte depressionis arcum postulabit; & unusquisque gradus depressionis, ad arcum definitum accedens, apparentem exterritum stellæ ἀκρονύχον accelerat, & tunc moratur, uno ad minimum, pluribus nonnunquam diebus, pro ratione situs quem signifer habet ad Horizontem. Huic etiam splendori quandoque obstant longiora crepuscula & lucidiora^h, quæ ex aeris statu, ardore solis, halitibusque terræ perpetuo mutantur, & aliquando αὐτὸν quidam Aerⁱ Horizonti incumbens, per quem maiores etiam stellarum tralucere non possunt nisi gradibus aliquot supra Finitem extiterint; unde inter alias causas, scriptorum illa varietas in designando stellarum ortu occasuque à quibusdam jure petitur^j.

^c Apud Aratum, & Hipparchi commentarium in Arati poemata. ^d Ptolemai magnum opus lib. 3. cap. 2. ^e Auctarium Operis de doctr. Temp. lib. 6. cap. 10. p. 247. Edit. Par. 1630.

^h Hipparch. Φαν. lib. 1. cap. 21. p. 198. ⁱ Coma Berenices. v. 94. ^k Auctarium operis de doctr. Temp. lib. 1. cap. 14. p. 45. & Riccioli Almagest. novum. tom. I. lib. 6. cap. 20. sect. 15. p. 464. ^l Ibid. tom. I. lib. 1. cap. 33. p. 48. ^{m-n} Petavius Auctarium, &c. lib. 2. cap. 8. p. 99. B.

Porro haud satis constat Arcturi exortum ab Hesiodo memoratum: ipsius Poetas temporibus, & in Ascreo agro fuisse observatum. Plinum, Columellam, aliosque scriptores reperimus docentes Astrorum Stellarumque ortus & occasus ex præceptis & parapegmatibus antecedentium Astronomorum^o, qui diversis sane temporibus, & in variis mundi plagiis astrorum cœlique motus notarunt; quod si, ut p[er] est, Hesiodus idem fecisse creditur, exinde nihil de ejus ætate constabit. Nam sæculi mutatio aliquod discriminis, & varietas regionis qua sit observatio, insigne discriminem temporis exortui inducit; & Arcturus^{ἀρκούχος} citius seriusve post Brumam orietur pro ratione seculi magis minusve remoti, & loci magis minusve septentrionalis. Hoc sane discriminationem ex mutatione sæculi oriundum Antiqui usque ad Hipparchi tempora ignorabant; neque illud alterum regioni debitum magis calluisse videntur Poetæ; & fere omnes rei rusticæ scriptores libris suis infarcientes ortus & occasus undique excerptos, & perplexè & obscurè, ne specie quidem aliquando memorata, designatos^r. Igitur necesse est ut istiusmodi observationes plerumque sint incertæ, nec saepè Chronologis inservire queant.

Denique numerum, quem Poeta statuerat, sexaginta dierum à Bruma ad Arcturi exortum, eundem multi alii scriptores^s, & tandem Plinius^t, posuerunt. Sed utri horum, Plinio an Hesiodo, fides est adhibenda? Alterum certè de suo tempore locoque cogitantem suus fecellit animus, & fortasse utrumque. Plinius quidem scientia ac eruditione prælucebat Poetæ, sed Poeta antiquior, ideoque, ni fallor, testis fide dignior est hujus exortus Arcturi; nam hic alteri, non verò alter huic auctor ejus rei esse potuit. Quoniam tamen verique potuerunt ex aliis suum de hac re testimoniū mutuo sumptasse, adhuc incertum erit, quo sæculo, quaque regione observatus fuerit ille exortus quem noster poeta nos docuit. Et hæc sere sunt quæ in genere dicenda de incertis Antiquorum præceptis ad ortus & occasusque stellarum attinentibus occurrunt.

Jam restant consideranda Poetæ verba, in quibus aliquod ambiguus nos suspicari licet. Concesso enim quod dies Brumæ rite definitus, & Arcturi exortus ætate Hesiodi & Ascreæ fuerit observatus; quis tamen statuere possit diemne illum intra tempus à Bruma ad Arcturi exortum, an extra esse numerandum? Antiquis utraque computandi methodus erat usitata; sed utram Hesiodus usurpavit, in promptu non est dicere. Præterea Græci civilem diem ab occasu solis inchoabant; & exortus siderum^{ἀρκούχος}, sive ipso occasus momento, seu post occasum solis factus, sub initio diei civilis eveniebat. Erit igitur incertum, an ille quoque dies numero inclusus fuerit necne; & minimè constabit, an Hesiodus voluerit Arcturi exortum posuisse quinquagesima nona an sexagesima post Brumam vespera, an sexagesima prima. Id verò notandum est singulos dies numero ad-

^o Ejusdem Op. lib. 2. cap. 8. p. 89. B & D. ^p Miscell. Observat. pro Novemb. & Decemb. 1733. Edit. Amst. tom. III. p. 358. ^q Nat. Hist. lib. 11. cap. 16. ^r Plini Nat. Hist. lib. 2. cap. 77. A Gellij lib. 3. cap. 2. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 3. ditos.

ditos Poetæ ætatem ad nos proprius admovere septuaginta duobus circiter annis. Aliam etiam litem Docti moverunt. Duplex est ἀκρόνυξ^o ortus¹; alter quo tempore Sol infra Horizontem occidentalem eo usque nec amplius processit, ut stella in orientali Horizontis parte conspiciatur; qui ortus ἀκρόνυξ^o & apparenſ, ſeu ἐπερία ὅπιολή φαινομένη vocatur: alter eſt cum Sol versatur in occidentalı Horizonte eodem temporis articulo quo ſteila eſt in orientali, & ἐπερία ὅπιολή ἀληθινή vocatur, ſive ortus ἀκρόνυξ^o verus; qui quidem obſervari non potest, ſole tunc temporis oculis Astronomi ſurripiente, & radiis ſuis abſcondente ſtellam. Newtonus² (præeuntibus Longomontano, & Keplero, ſi Ricciolo³ fides eft) arbitratur poſte-riorem ortum eſſe designatum, quem neceſſe eſt apparente ſerius evenire duodecim ad minimum diebus, & nonnunquam pluribus, respectu habito ad τὸ ἔγκλιμα mundi. Sed hunc ſenſum prorsus reſpuunt verba Poetæ: nam vox παρφάνω manifeste indicat τὸ ὅπιολή φαινομένη, & minime congruit vero ortui quem Geminus⁴ αἴθεաρητὸν vocat. Neque mehercle qui compoſ eſſet ſanæ mentis, id indicium tempeſtatis anni daret Agricolis, quod oculis eorum non occurreret, & ex calcuло aſtronomico eſſet deducendum. Sed alia infunt verbis diſſicilia: nam ἀκρονύχω & apparente ortu poſito, ſteila in Horizonte orientali tum ultima vice conſpicitur, neque ibi amplius ante heliacum ejus ortum apparebit. Quonam igitur ſenſu dicitur Arcturus πρῶτον παρφάνω ὅπιτέλεσδ, cum revera hic ortus ſit ultima ὅπιολή φαινομένη, ultimaque ἀνατολὴ ἐκφαντίς? Si dixeris haec verba, πρῶτον παρφάνω, ſejungi debere à τῷ ὅπιτέλεσδ, & ad præcedentia προλιπὼν ἵερὸν ἄκρανον referri, ut ſtellam jam emerſam ex oceano denotent & in Horizonte conſpicuam; ſi ita, inquam, expoſueris locum, redundant oratio, eo ipſo ſteilæ ſitu clarè & aperte à τῷ ὅπιτέλεſδ expresso. Sin verba, πρῶτον παρφάνω, volueris à ſe invicem diſtingui, & ſeorsim ad τὸ ἀκρονύξφαιρον referri; ſenſus, fateor, commodus exinde elicietur: quoniam enim duplex eſt ἀκρονύξφαιρον ſeu ἀκρόνυξ^o ortus, quorum prior eſt φαινόμενον, posterior αἴθεαρητὸν; quidni videatur Hesiodus dixiſſe quod Arcturus ὅπιτέλεσδ ἀκρονύξφαιρον, πρῶτον, παρφάνων; qui in vero ortu ἀκρονύχω diceretur ὅπιτέλεſδ ἀκρονύξφαιρον, ἔχον, αἴθεαρητὸν? Displacet tamen haec loci interpretatio, utpote omnino ſubtiliōr quam quæ à vetere Poeta & rufſico forſan viro expectari poſſit.

Alia tandem, & ni fallor, vera loci interpretatio occurrit, quam vox παρφάνω omnino tuetur. Ea Latine ſonat *totus collucens*, ideoque non conuenit uni cuivis ſteilæ, ſed conſtellationi. Prior enim nullum habens ſenſibilem diametrum, vel tota eſt φαινομένη, vel tota αἴθεαρητὸν: posterior ve-rò per plures noctes diversis ſuis partibus pedetentim exoriens, magis ma-giſque ſub viſum ἀκρόνυξ^o cadit. Huic autem diſtinctioni quam maximè favet locutio veterum Aſtronomorum, qui de ſteila nudē² dicunt, ὅπιτέλλει,

¹ Gemini Eἰσαγόγη apud Petavii Uranologiam cap. 11.

² Chronol. p. 95.

³ Al-

mageſt. Novum. tom. I. lib. 6. cap. 20. ſect. 13. p. 463.

⁴ Cap. 11. p. 45. E.

² Gemini Eἰσαγ. cap. 16. p. 65. B. εὸς 5 τῆς 14 — Διονύſιος περὶ τοῦ ἀκρόνυξ^o ἀπογεινε-

δύνει,

δύει, &c. sed de ^a Astro, ἀρχεῖ) Ἐπιτέλλειν, λήγει ἐπιτέλλειν, μέσῳ Ἐπιτέλλεις, ὄλῳ Ἐπιτέλλει, &c. additis nonnunquam vocibus ^b Φανερὸς, Συφανῆς. Itaque videtur τὸ παρφάνων Ἐπιτέλλει) idem significare ac τὸ ὄλῳ Ἐπιτέλλεις Φανερῶς; & Arcturum pro signo Bootæ Poeta usurpaverit: quod neque novum nec improbandum est. Nam idem fecere Catullus Callimachi ^c interpres, ^d Plautus, ^e Virgilius, ^f Vitruvius, ^g Columella, ^h Plinius, Julius ⁱ Firmicus, & ^k Auctor (quisquis ille fuerit ^l sive Bassus, seu ipse Germanicus) commentariorum in Arati Phænomena à Germanico conversa. Nec ipse Hesiodus, optimus sui interpres, prætereundus est. Nam V. 611. Arcturum oriri nos docuit quo tempore Orion & Sirius in medium cœlum venerint; nec multum aliter exortum Bootæ descripsit Hipparchus; μεσουργενῆς ἡ τὸ ἀλλων ἀστέων, αρχομένης μὴν ἀνατέλλειν ἢ Βοώτια, ὁ τὸ οὐρανός ὥμερος ἢ Οειανῷ, ἡ ὁ οὐρανός πᾶς, ὃς ἡμιπάγχιος προγύρων ^m μεσημερινός. Λήγοντος ἡ αὐτός, μεσουργενῆς ἢ Κυνὸς ὁ ὄλῳ τὸ Ιαζίων λαμπρός. ἀνατέλλεις ἡ ὄλῳ ὁ Βοώτης εὖ ἀρεας ισημερινας δυσὶν αἰς ἔγινε. Nam Hesiodi ætate, quo tempore exoriebatur clarissima stella Arcturi, Meridianum jam pridem transferat Orion, nec dum ad eum Sirius pervenerat: sed oriente toto Boote, duabus circiter horis Orion & Sirius Meridianum transcurrebant circulum. Quare ut Hesiodus sibi constet, congruum est arbitrii Arcturum loco præ manibus nostris, vel propriè, vel saltem per synecdochen ponи pro tota constellatione Bootæ. Atque ita forte intellexerunt Poetam Moschopulus ⁿ & Proclus ^o, qui Arcturum ὄμβλαιη & σωστέλλοντα virginis constellationi fecerunt: id quod neque propriè stellæ, nec ei æquè ac signo competit, & ab Hipparcho ^p Bootæ tribuitur. Proclus, fateor quidem, subjungit; αρκτεῖος ἡ οἱ τὸ αρκτοφυλάκις [potius αρκτοφύλακ] αστέ,

C. ὡς ἡ τῇ ἑμέρᾳ — ἵπποις ἡ τῷ Αρκτοῦ. D. σὲ ἡ τῇ καὶ ἡμέρᾳ Καλίππων τάχις ἵπποις. p. 67. C. ὡς ἡ τῇ καὶ Εὐδόξῳ αἴξ ιόντα δύνει. p. 69. E. εὖ ἡ τῇ λέοντι Εὔκτημον Αρκτοῦ ^q εἰργόν δύνει. Ptolemaei φυσικὸς ἀστέων apud Petavii Uranoi. p. 71. A. γ' ἡ ἵππος τὸ μέγεστον τὸ λίοντος. Άετι Amideni Serm. 111. ibid. 422. Columella Edit. Paris. lib. 11. cap. 2. p. 340. ^r Gemini Eisag. cap. 16. p. 64. & passim. Columella lib. 11. cap. 2. p. 340. ^s Gemini Eisag. cap. 16. p. 65. atque alias passim. ^t Coma Berenices. v. 94. ^u Rudens Prol. v. 70. "Namque Arcturus signum omnia sum acerrimum," &c. ^v Georg. lib. 1. v. 204. "Arcturi sidera nobis, Hædorumque dies servandi." ubi Servius quidem Arcturum stellam esse explicat, sed malè, ni fallor: quia τὸ sidera idem ac signum valet; imo ipse Servius ad v. 68. nos ita submonuit — "Arcturus enim pluviarum & temp̄statum sidus est. ^w Arcturus autem idem Artofylax — idem Bootes, &c." ^x Lib. 9. cap. 6. "Item alia contra est stella media genuorum Custodis Arcti, qui Arcturus dicitur." Hanc lectionem probat Philander; sed Cl. Perraultius suspicatur legendum esse Arctophylax: perpenso quidem loco mallem legere, que dicitur, &c. ^y Lib. 11. cap. 2. p. 341. "viii Kal. Septembbris Vendemiat exoritur mane, & Arcturus incipit occidere." ^z Nat. Hist. lib. 18. cap. 28. "viii Idus Aug. Arcturus medius occidit." cap. 31. "v Idus Septembbris Cæsari capella ori-^{aa} tur vesperi. Arcturus verò medius pridie Idus vehementissimo significatu terra marique per dies quinque." ^{bb} Lib. 8. cap. 14. "in quinta parte Sagittarii oritur Arcturus. Hoc signo oriente, &c." ^{cc} Sect. 10. p. 109. Edit. Par. "Bootes, qui & Arcturus, fertur esse custos Plaustris, &c." p. 145. "viii Idus Aug. Arcturus medius occidit — Arcturus verò pridie Idus Septemb. imbræ vehementissimos significat, terrâ marique. Ratio ejus hæc traditur, si Delphino occidente imbræ fuerint, non defuturi sunt per Arcturum, ejus signi ortum servat," &c. ^{dd} Vossius de Hist. Lat. 1. cap. 22. p. 104. ^{ee} Comment. in Hesiodium. ^{ff} Lib. 2. cap. 18. p. 229.

οὐ μελέτη τῆς φρεσκῶν αἰτεῖσθαι τὸν οὐτόπιον. οὐ δὲ αἴτιος αἴρειοφύλαξ καλεῖται Βοώτης. sed mihi videtur vel τὸ ἔτως, vel τὸ ἀρχέσθαι excidisse post τὸ Αἴρειοφύλαξ; quia stella Arcturi nusquam, quod scio, Arctophylax vel Bootes vocatur, sed εἰ contra sub Arcturi nomine ipse Arctophylax sæpius occurrit.

His omnibus quæ jam dicta sunt, opponat aliquis, quod Poeta, si Booten in animo habuisset, non αἴρειοφύλαξ dixisset, sed αἴρειοφύλαξ, seu potius αἴρειοφύλαξ, quod omnem dubitandi præcidisset aniam. Nam Astronomi⁹ distinguunt inter τὸ αἴρειο & τὸ αἴρειον, huic Constellationis, illi verò stellæ simplicis notionem attribuentes: & ¹⁰ Homerus de stella loquens, τὸ αἴρειον una cum verbo παμφάνειν utitur; ubi ¹¹ Eustathius οὐ μὴ αἴρειον, inquit, ἐν σῷματι ἐστιν· τὸ δὲ αἴρειον αἱστοτελίκον. αἴρειον δὲ ἐπὶ πολλῶν αἴρειον συγχέμενον αἴρειοντημα μιᾶς Φαντασίας ὄψεως πανοπίτην, μετά τινας μυθολογίας λοποδίσμουν αἱστοτελίκον αἴρειον τοῖς Αρχέταις Φαίνεται. ηδὲ τὸ μὲν αἴρειον τὰς παλαιάς, οἱ δὲ τοῖς Αρχέταις Φαίνεται. Sed videant Docti an non hic loci dormitet bonus Eustathius: distinctionem quidem agnosco; tamen dubito, an illa vetustissimis scriptoribus fuerit cognita. Apud Homerum & Hesiodum neque τὸ αἴρειον in singulari, nec τὰ αἴρεια in plurali numero occurunt: ideoque res ejusdem speciei, diversi tamen numeri mihi designare videntur. Quod constellationes αἴρειον vocantur, & propriè sanè, quia ex pluribus constant stellis, id patet; sed an una aliqua constellatio, quippe quæ quodammodo ἐν σῷματι est, à τῷ αἴρειον designari potest, necne, res haud ita certa est. Callimachus tamen in eo sensu usurpavit vocem, quem dixit πελεύσας τῷ Βερετίνης, fatente ipso ¹² Achille Tatio distinctionis istius vocum fautore maximo; & si τὸ αἴρειον ὄπισθεν ¹³ Homeri eodem modo interpretatus fuero, neque mihi deerit Auctor, nec argumenta. Nam ¹⁴ Ricciolus affirmit quod Canis major est Homero lib. 20. Iliadis, αἴρειον ὄπισθεν, αἴρειον subautumnale, seu αἴρειον finiens: & ipse Homerus interpretationi favet, canens

αἴρειον δέ οἱ αἴγαδοι

Φαίνεται πολλοῖσι μετ' ΑΣΤΡΑΣΙ οὐκέτος ἀμολγῶν

Οὐ τε ΚΥΝ' Σείων¹⁵ ἐπίκλησιν καλέσοι·

Λαμπρότατον¹⁶ μὲν ὅγειρις ἐστιν, κακὸν δέ τε ΣΗΜΑ τέτυκται.

ubi illam μυθολογίαν quam ¹⁷ Eustathius Astris propriam esse judicat, cum vocibus, αἴρειον, καὶ Σείων¹⁸, & σῆμα, conjunctam videmus. Ipsa quidem stella Sirii Canis aliquando vocatur, ex sententia ¹⁹ Hygini & ²⁰ Bassi, sed nunquam σῆμα, vel signum: quapropter de signo potius quam de stella Poeta est accipiendus. Si tamen hoc displiceret, propterea quod comparatio inter Diomedem & Sirium instituta melius competit similitudini Achillei & solis, quam Homerum in animo habuisse Eustathius innuit; dicendum

¹² Achilles Tatius. Elys. cap. 14.

¹³ Iliad. E. 5.

¹⁴ Comment. in locum. p. 514.

¹⁵ Elys. cap. 14. p. 134. D.

¹⁶ Almag. Nov. tom. I. lib. 6. cap. 5. sect. 5. p. 408.

¹⁷ Comment. in Iliad. E. 5.

¹⁸ De signis Cœli lib. 3. cap. 34.

¹⁹ Comment. in Germanici Phænomena cap. 32. sub fine.

est Poetam utramque notionem & Stellæ & Constellationis, quæ communi nomine Canis vocantur, commiscuisse, quod idem fecit Plautus de Arcture, Prologo in Rudentem :

*Ita sum, ut videtis, splendens stella candida,
Signum quod semper tempore exortitur suo,
Hic atque in cælo: nomen Arcturo est mihi.*

Quicquid verò de Homero statuatur, Hesiodus aliam, quam quæ data est, interpretationem non facilè admittet; de qua re jam satis superque.

Perpensis igitur verbis Poetæ calculum aggrediamur, & exinde sententias propositas examinemus. Verum ortum $\alpha\kappa\sigma\sigma\omega\chi\sigma\sigma$ stellæ Arcturi statuerunt Ricciolus &^b Newtonus accidisse, prior Athenis anno ante Christum 953. posterior anno ante Christum 870. nulla loci mentione facta. Riccioli calculum nihil moror, quippe qui mendis scatet. Sed Polo boreo ad gr. 41°. 30'. elevato, ad quod $\gamma\kappa\lambda\mu\alpha$ mundi Eudoxi sphæra constituitur; & angulo Eclipticæ & Äquinoctialis, cum Cl. Nostrate Halleio, constituto gr. 23°. 29'. (quem tamen angulum eundem semper fuisse nonnulli forsitan negabunt) his, inquam, positis anno ante Christum 942. longitudinem solis, verè & $\alpha\kappa\sigma\sigma\omega\chi\sigma\sigma$ oriente Arcturo, comperio fuisse gr. 329°. 16'. 59". & meridie diei 27th Febr. fuit fere gr. 329°. 17. Londini. Bruma autem prioris anni 30th die Decemb. mane ante lucem eveniebat; ideoque exortus Arcturi $\alpha\kappa\sigma\sigma\omega\chi\sigma\sigma$ verus fuit vespera seu initio diei 28th Febr. i. e. post sexaginta dies à Bruma numeratos. Sed minor Ascræ latitudo, & annus à Newtono memoratus seriore exortum requirunt. Latitudinem Ascræ constituo esse gr. 38°. 30'. quia Clar. M. D. Jac. Jurin ^c recentissimas observationes fecutus, Athenas posuit in gr. 38°. 15'. Anno autem ante Christum 870. exoriebatur Arcturus verè & $\alpha\kappa\sigma\sigma\omega\chi\sigma\sigma$ Ascræ, sole 4th gradum Piscium ingredientे, vespera seu initio 3th diei Martii: Bruma autem confiebatur anno priore, tempore postmeridiano diei 29th Decembris, igiturque $\alpha\kappa\sigma\sigma\omega\chi\sigma\sigma$ exortus Arcturi in agro Ascræ eveniebat vespera post Brumam consecutam sexagesima quartam, seu die sexagesimo quinto, connumeratis utrisque extremis. Quid igitur sibi voluit Newtonus, qui Arcturi exortum $\alpha\kappa\sigma\sigma\omega\chi\sigma\sigma$ & verum ex sententia Poetæ hoc anno evenisse nos ^d docuit! Num fallus fuit (absit invidia verbo) clarissimus ille vir, cuius nomini honos semper est habendus? an diversa methodo inivit calculum, pro regione ad Boream magis accidente, computatis sexaginta diebus à medio Brumæ tempore, & exclusis numero extremis? De hac re, tacente ipso Auctore, nihil certi, quod dicam, invenio.

Aker jam restat examinandus $\alpha\kappa\sigma\sigma\omega\chi\sigma\sigma$ stellæ ortus Clerico ^e probatus. Hic ortus apparens eveniebat Ascræ anno ante Christum 870. sub initio 18th diei Febr. sole occupante 21th gradum Aquarii, & ad 12 gr. sub

^a Almagest. Nov. tom. I. lib. 6. cap. 20. sect. 13. p. 463. ^b Chron. p. 95. ^c Hipparchus apud Petavii Uranol. lib. I. cap. 5. p. 178. E. ^d Append. ad Varenii Geogr. cap. 31. prop. 7. p. 41. ^e Chron. p. 95.

^f Not. ad Hes. Egy. v. 569. Horizontem

Horizontem depresso: i. e. post quinquaginta dies integros à Bruma ad exortum numeratos. Hoc tempus Hesiodi verbis minime conveniet, nisi nobis suspicari liceret Poetam scripsisse, Εὗτ' ἀν πενήνοια, quod Grammatici posteriores cum φαινομένοις sui temporis, vel aliorum observatis discordare invenientes, id in Εὗτ' ἀν δ' ἔξηνοια commutaverint; cujusmodi emendationes⁸ Attalus testatur se in Arati poemate fecisse. Sed hac conjectura repudiata, quippe quæ nullo nitatur fundamento, hic loci obiter subjungere libet, quòd Eudoxus & Democritus eadem quæ Hesiodus, de Arcturi exortu, Hirundinis adventu, & occultatione Vergiliarum notarunt. Nam Hesiodus cum Arcturi exortu hirundinem venisse affirmat; Eudoxus autem, teste Gemino⁹, ait die 60^{mo} à Bruma utrisque inclusis extremis, Αρκτοῦ γε αἰγάλευχος ἐπιτέλλεται, καὶ νέρος γίνεται, & χελιδῶν φαίνεται. Hesiodus autem docuit Vergilias sub initio veris fuisse occultas quadraginta circiter dies: & Democritus die 13^{to} post æquinoctium vernum, πλεύσεις κρύπται αἱματίας αἰγάλευχοι, καὶ αφανεῖς γίνονται νύctas μέρη. Unde hæc essent cognita Democrito & Eudoco disceptandum aliis-relinquo; ab iis certe non mutuo sumpxit Poeta, neque in his locis Hesiodi interpolatio lectori emunctissimæ naris unquam suboluit.

Jam ultimam sententiam expendamus, quæ Booten sub Arcturi nomine intelligendum proposuit. Cum Marmore Arundeliano ponamus Hesiodum floruisse anno ante Christum 944. seu potius, calculi gratia, anno 942. quia idem est annus ratione bissextilis ac 870. Stella ultimum exoriente in Constellatione Bootæ ponitur ab¹⁰ Hipparcho, &¹¹ Ptolemæo in pede dextro signi, & αζ̄ in catalogo Bayeri notatur. Hæc stella tertiae est magnitudinis, & solem postulat sub Horizontem depresso ad quatuordecim usque gradus in verticuli circulo numerandos, ut in Horizonte conspiciatur. Calculo autem inito, eam inveniemus αἰγαλεύχως orientem ultimum in Horizonte fuisse conspectam anno prædicto, sub initio diei 27^{mi} Febr. sive die sexagesimo post Brumam, utrisque connumeratis extremis; solem tunc temporis occupante 29^m gradum Aquarii. Neque hæc ratio numerandi nova est, etiam ubi τῷ μῷ apud Græcos, seu post apud Latinos occurrit. Nam¹² Cicero ait, “Neque te illo die [sc. Idibus Mar.] neque postero [sc. die xvii Kal. Apr.] vidi: ————— post diem tertium [sc. die xvi. Kal. Apr.] veni in ædem Telluris,” &c. Quodque de Spina Ægyptia dicit¹³ Plinius, “Cæsa anno tertio resurgit,” id¹⁴. Theophrastus expresserat, ὅταν ἡ κοπῆ μῷ τείτον ἔτος δύτις αναβεβλάσηκεν. Si quis verò contenderit Hesiodi verba ἔξηνοια — χειμέραις ἐκλείση Ζώς ἥματα, postulare sexaginta dies integros, quales inter ortum solis & occasum exiguntur, quique à nonnullis Naturales vocantur, τῷ ἐκλείσῃ denotante tempus esse completum & exactum, ne uno quidem dierum se aliter habente;

⁸ Hipparchi φαινόμενα. lib. 1. cap. 4. p. 178.
⁹ Eisay. cap. 16. p. 68. C. & 69. B.
Eisay. ibid. ¹⁰ Hipparchi φαιν. lib. 2. cap. 18. p. 229.
φαιν. apud Hudsoni Geographos minores. ¹¹ In ἀντίστοι οὐδείς
cap. 9. ¹² Hist. Plant. lib. 4. cap. 3.

¹³ In ἀντίστοι οὐδείς
Orat. Philip. 2. cap. 35. ¹⁴ Lib. 13.

haud malè forsan ei respondebimus dicentes, apparentem ἀκρόνυχον exortum stellæ non isti diei tribuendum esse, quo ultimum in Horizonte orientali stella conspicitur; sed diei potius sequenti, quo in conspectum veniens primum incipit videri non amplius in Horizonte posita, sed supra eum aliquantillum elevata. Hoc enim accidit stellæ, de qua nobis sermo est, vespера seu initio diei 28^{vi} Febr. i. e. vespéra sexagesima post Brumam accidente, diebus sexaginta naturalibus, & quinquaginta novem noctibus, unā cum parte duarum aliarum inter Brumam & Exortum interpositis. Hoc temporis intervallum diminuetur, sive majorem demus Polo elevationem, seu ætatem antiquorem tribuamus Poetæ: & è contrà augebitur, positis minore Poli elevatione, aut recentiore ætate Poetæ. An verò mutationem aliquam huic illive inducendam suadeant cætera φωνόμελα ab Hesiodo memorata, jam nobis dispiciendum est.

Scribit [¶] Poeta de Vergiliis, *αἱ δύ τοι νύκτες τε καὶ ημέλα τεσσεράκοντα καιρούς*: quæ verba primâ facie occultationem, non tantum quadraginta noctium, qualis fuit ea Democriti, sed quadraginta νυχθημέρων designare videntur. Sed id nobis est animadvertisendum, quod dies noctesque occultationis æquales fieri non possunt. Nam occultatio omne id tempus est, quod ab ηλιακῷ stellæ cujusvis occasu sub vesperam accidente, usque ad ηλιακὸν ejus ortum aurora evenientem transcurrit, à nocte inchoatum pariterque clausum: itaque necesse est, ut aut noctes numerum quadraginta excedant, aut ab eo deficiant dies. Neque hoc impedit, quo minus νυχθημέρα à majore numero denominentur; cuius rei sacræ scripturæ illustre præbent exemplum. Idem igitur erit occultationum quæ ab Hesiodo & Democrito memorantur tempus; nempe noctes 40, diesque interpositæ 39. Sed hoc posito tempore, litem fortasse movebit aliquis, dicetque id nobis minimè constare, utrum Poeta locutus sit de occultatione perfecta omniumque stellarum ad Vergiliis pertinentium, qualis ea est ab ηλιακῷ occasu stellæ maximè orientalis usque ad exortum ηλιακὸν stellæ maximè occidentalis, cuius occultationis brevissima est duratio; an de occultatione qualicunque & imperfecta ab ηλιακῷ occasu stellæ maximè orientalis computanda, cuius longissima est duratio; an denique de media quadam occultatione, illius scilicet stellæ, quæ insignissima est Vergiliarum, & sub visum maximè cadit. De hac ultima Poetam esse intelligendum videtur rationi maximè consentaneum, quia cæteræ stellæ nimis sunt nebulosæ. Calculo autem inito pro anno ante Christum 942. comperiemus Lucidam Vergiliarum ultimò fuisse visam, ideoque occultationem ejus esse incepitam vespéra seu initio diei 6ⁱⁱ Aprilis, & finitam manè diei 15ⁱⁱ Maii, quo demum stella post apparuit quam abscondita fuisset noctes quadraginta, diesque triginta novem ex vicinitate solis. Hæc occultatio eò longior erit, quod magis ad Boream locus Poetæ, vel ad nostra tempora ætas accedat; & è contrà minùs ad Boream accedente loco, vel ad nostra tempora ætate, brevior erit occultatio.

Aliud φανόφυον ab Hesiodo memoratum ita se habet:

Ἐντ' ἀν δ' Ωρίων καὶ Σέιεσθε εἰς μέσον ἔλην
Οὐρανὸν, Αρκτοῖς δὲ ἵστη ποδοδάκινον Ήλέα, &c.

ubi Booten sub Arcturi nomine designatum esse jam suprà notavimus. Restat inquirendum an τὸ Σέιεσθε de tota Canis Constellatione, an de stella ejus insigni sit intelligendum. De hac re in neutram partem acriter disceptare velim: id tantum submonendus est lector, quòd Sirius semper designat stellam Canis principalem apud Aratum, Eratosthenem, Hyginum, & Bassum, seu Commentatorem Germanici. Si Hesiodus eodem sensu intelligendus est, id quod Proclus censuit, Poeta dixerit, quòd Arcturi seu Bootæ signo oriente, ad meridianum circulum accedet primò Orionis Sidus; deinde aliqua pars Canis, non tota Constellatio, sed Sirii stella, i. e. ultima Bootæ stella in Horizonte Orientali conspicietur, quo tempore Sirius in Cœli fastigium advenerit. Si nulla esset Aeris refractio, & apparens idem ac verus esset locus stellæ; ultima Arcturi stella in Horizonte posita, Sirius transiisset Meridianum Ascrae anno ante Christum 942. duabus fere tertii partibus unius gradus, seu 44°, quod intervallum quidem nimis erat exiguum quād quod ab Antiquis dignosceretur. Sin refractionem esse 29°. 30°. cum Ricciolo statuamus; tum quo tempore ultima Arcturi stella in Horizonte visa fuerit, Sirius deficeret à Meridiano 4°. seu decima quinta parte unius gradus, ita ut stellæ Arcturi quād minimum elevata, Sirius in ipso Meridiano conspiceretur. Hoc autem obiter est notandum; si magis Boream versus admovemus locum, vel à nostris temporibus amovemus Poetam, Sirius ne quidem attigerit Meridianum; at è contrà mindis Boream versus admoto loco, minusve à nostris temporibus amoto Poeta, transferit jam pridem Meridianum, quo tempore prædicta stella Bootæ oritur. Igitur ex τῷ φανόφυῳ quæ Poeta nos docuit, nihil quod ætati ejus apud Marem Arundelianum traditæ repugnet, inferri potest; sed omnia ita optimè convenient, ut mirari liceat unde hæc ei cognita fuissent.

Quanquam vero quæ jam dicta sunt proposito nostro satisfecisse videantur, haud tamen lectori ingratum fore existim, si ad alias nonnullas questiones ab hac re non alienas, & à viris doctis ventilari solitas, discutiendas descendero. Quæritur enim Primò, Quomodo se habeat ætas Hesiodi respectu temporum Trojanorum? Secundo, Quomodo se habeat respectu ævi Homerici?

Ad priorem quod attinet, causa nulla est ut à vulgari & recepta opinione recedamus, qua Trojæ excidium mille & ducentis ante Christum annis, ante Hesiodum fere trecentis collocatur. Hæc enim sententia argumentis quibusdam verisimilibus defenditur. Primo Homerus, Hesiodo, ut plerisque videtur, antiquior, sed ei forsitan æqualis, comparatione facta Trojanorum virorum, eorumque qui suis temporibus vigebant, tantam rōboris præstanti-

¹ Comment. in locum. σαρᾶς εἰς τόποις τῷ ιττὶ τῷ γάνῳ τῷ κυνὶ Σείεσθε λίγες. ² Almag. Nov. tom. I. lib. 3. cap. 9. Sect. 7. p. 115.

am prioribus illis attribuit, ut vix credibile videatur tam insignem humana-
narum virium diminutionem uno altero fæculo fieri potuisse. Argumentum
à Vell. Paterculo petitum ipsius verbis proponemus; ^b “ *Hic [Homerus] lon-*
“ *gius à temporibus belli, quod composuit, Troici, quam quidam rentur, abfuit.*
“ *Nam ferme ante annos nongentos quinquaginta floruit, intra mille natus est.*
“ *Quo nomine non est mirandum, quod sçpē illud usurpat oīs vñ βροτοί eīs: hoc*
“ *enim, ut bominum, ita fæculorum notatur differentia.*” Hoc quidem argu-
mentum oppugnari potest ab eo, quod Homerus eadem fere usurpat ver-
ba ad notandum discrimen inter Trojanos viros, eosque qui Trojanis tem-
poribus perpaucorum annorum intervallo præcesserunt. Ita enim Nestor de
illis, qui unā secum juvē militabantur, prædicat, ^c *Κείνοις δ' ἀντίς — Τῶν*
οī vñ βροτοί eīs επιχθόνοι μαχέσθω. Sed responderi potest, longè diversam
esse hic loci istorum verborum rationem. Nestor commilitonibus suis priscis
attribuit non virium corporis, sed virtutis bellicæ præstantiam, quarum al-
teram sine altera posse subsistere. Siquo in re tali opus est testimonio, vel
ab ipso Homero discamus, ^d *Τυδίδες τοι μηδὲ μὴ τὴν δέμας, αὐλὰ μαχήσθε.*
Quinetiam animadverte perpetuum Nestoris *χαρεγμῆς.* Vaniloquentiam
illi minimè indecoram attribuit Poeta. More senum laudator temporis
acti describitur. Quamobrem, si diserte affirmasset æquales suos magnitu-
dine & labore corporis præcelluisse, vix tamen ab oratione ejus grandilo-
qua argumentum peterem, quod ipsius Poetæ, in propria loquentis persona,
sententiae opponerem.

Secundum argumentum, ex quo inter Trojanum bellum ætatemque Ho-
meri distantia infertur; desumptum est ab invocatione illa Solenni Musa-
rum, quæ ante initium Catalogi navium à Poeta usurpatur,

Εστέ νῦν μοι, Μῆσα, οἰλύμπια δώματ' ἔχετε·
Τμέτις γὰρ θεοί εἰσι, πάρεστε τε, ἵστε τε πάντα·
Ημῶν δὲ κλέος οῖον αἴσθομεν, ὃδε τοι θεῖμον,
Οἵ τινες ηγεμόνες Δαρᾶνη οἱ κοιρανοὶ ήσαν.

Negat se quidquam certi cognoscere vel de navium numero, vel ductorum
nomine. Quod si paucis annis à Trojanā obsidione vixisset, non modo
illustria illa, sed minutiora multa ad tam celebre bellum pertinentia, ut-
pote quæ in omnium ore tunc temporis fuissent, absque inspiratione scire
potuisset. Quis enim hodiernum Poetam non ineptum existimaverit, qui
Magni Malburii res gestas cantaturus, exordium tale Flandriadi suæ præ-
posuerit?

Ex his, inquam, infertur argumentis, distantiam temporis non medio-
crem inter Trojanum bellum & Homeri fæculum intervenisse, quæ
omnia pari jure ad Hesiodum transferri possunt, quippe quem Homero
vel contemporaneum, vel illo perpaucis annis priorem fuisse ex sequenti-
bus patebit.

^a Iliad. E. 304. M. 383. 449. T. 287.
272. ^b E. 801. ^c B. 484.

^b Hist. Rom. lib. 1. cap. 5.

^c Iliad. A.

Huic

Huic autem sententiae maxime adversatur Illustriſſ. Newtoni hypothesis, qui tercentum totos annos à Veterum Chronologia amputans, Hesiodum quidem 870 annis ante Christum collocat, sed inter illius ævum & Trojana tempora vix ultra triginta annos intercessisse contendit.

Opusculi hujus limites transcurrerem, si omnes rationes, quæ ad tam novam hypothesisin muniendam adhibentur, discutiendas in me fusciperem: sat erit, ut opinor, præcipuas selegisse, ut de universa argumentationis serie æquum Lector ferat judicium.

Primò igitur supponit Vir Magnus ^f γενεὰς illas, quæ à Poetis & præcipue ab Hesiodo ^g celebrantur, uni hominum successioni quæ intra triginta ferè annos perfici solent, pares esse singulas; testatur autem ⁱ Hesiodus se in illa γενεῇ, quæ à Trojanis temporibus proxima fuit, vixisse; Ergo, &c.

De significatione vocis γενεὴ maximè apud Doctos ambigitur. ^k Herodotus tres γενεὰς centum annis respondere affirmat. Homeri ^l Scholiastes tradit, Veterum calculo ^h γενεὰν triginta annis definiri. Sed ^m Plutarchus incertissimam esse hujuscō vocis significationem innuit, utpote quæ aliquando de ætate hominis vigentis intelligitur, & sic triginta annis definitur; aliquando verò de ætate hominis senescentis, & sic 108 amplectitur. Idem præterea, si quidem ego illius sensum capio, ⁿ γενεὰν existimat apud Hesiodum nequaquam humanæ vitæ spatio circumscribi, sed diversam prorsus significationem obtinere; dicens μῆτρα τὸν Ησίοδον αὐθεωπίνως ζωλῷ τὴν γενεὰν λέγειν. Utcunque verò de generali hujuscō vocis sensu statuatur, mihi quidem exploratissimum est γενεὰς illas Hesiodéas nullum comprehendere definitum annorum numerum, sed aliis alias prolixiores esse, & singularum longitudinem vel actionum quarundam serie, vel morum similitudine, vel ipsius forsan Poetæ arbitrio determinari. Quamvis enim aureum illud, quod vocatur sæculum, uno Saturni regno definitivit Hesiodus, Οἱ μὲν ἐπὶ Κέρον τὸν ἥσταν, ὅτ’ εὐχαριστῶ μετασιλάδειν; malè tamen exinde concluditur longitudinem unius hominum successionis huic ætati Poetam tribuisse. Saturnum enim & Jovem divina & immortalis præditos natura describit, ideoque plures hominum successiones sub imperio Saturni præteriisse pari ratione existimaverit, qua Jovi in successivas hominum generationes imperium disertis verbis attribuit. Dicit enim de Jove, quid argenteæ ætatis homines Ζόëς Κρονίδης ἔκρυψε; deinde verò, Ζόëς ἡ πατήρ τετονὸς γένεως μερόπων αὐθεωπῶν Χάλκεον τοίης; illisque demum sublatiss., Αὔθις ἐτ’ ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πελυκοτέρην Ζόëς Κρονίδης τοίης, & postremū de ferreo sæculo, Ζόëς δὲ ὀλέσση τέτονὸς γένεως μερόπων αὐθεωπῶν. Cum igitur Jovis imperio plures hominum generationes sint subjectæ, quid impedit ne totidem sub Saturno etiam fuisse concludamus? Nihil certè obstat huic hypothesisi, quid unicūm, scilicet aureum, genus hominum sub Saturno flo-

^f Chron. p. 29. 32.

^g Ibid.

^h Egy. 108.

ⁱ Ibid. 174.

^k Lib. 2.

^l Comment. ad Iliad. A. v. 250.

^m

De

Oracul. Defectu. p. 415. Edit. Franc.

ⁿ Ibid.

p. 416.

^o Egy. 138. & sequent.

ruisse dicitur. Vox enim illa, περὶ τοῦ θεοῦ, non ad notandum hominum successionem adhibetur, sed respectum habet ad mores, indolem, consuetudines, res gestas; in quibus qui inter se convenient vel magnopere discrepant, ii eodem esse vel diverso τῷ γένει dicuntur. Concludo igitur aureum illud saeculum eo usque durasse, donec homines, conversis studiis moribusque, simplicem illam ab Hesiodo descriptam vivendi rationem exuerant.

Ita vero se rem habere, nec una hominum successione ætatem terminari, à quarti illius, quod dicitur Heroicum, saeculi longitudine patebit. Illustriss. quidem Chronologus, ut suæ faveat Hypothesi, ultra aurei saeculi initium Deucalionis diluvium ^p removet. ^q Apollodorus autem & Proclus testantur, Jovem istud diluvium ad perdendos ænei saeculi homines immisso. Quorum sententia quam sit vero consentanea, nec ante æneum saeculum Deucalionem vixisse ex ipso Newtono manifestò constat. Tradit enim Vir Magnus, ^r “decem post Deucalionem annis Idæos Dactylos ferrum in Ida Cretensi invenisse, illudque in arma & instrumenta fabricantes fabrorum & armariorum artibus apud Europenses initium posuisse.” Quod si verum sit, necesse est ut Deucalionem usque ad æneum saeculum & illius quidem extremam partem deducas, nam ipse testatur Hesiodus in æneo saeculo ferrum nondum inventum fuisse — Μέλας δὲ ἐπειδὴς τὸν οὐρανόν. Poene igitur Deucalionem juxta finem ænei saeculi, & computa hominum generationes, quæ inter eum & ferrei saeculi initium intercesserunt, & sic tandem de intermedii saeculi, quod dicitur Heroicum, longitudine constabit. Post excisam Trojam ferreum saeculum incepit; discimus autem ab ^s Homero à Deucalione ad Trojanum bellum octo hominum generationes successisse, viz. Deucalionem, Hellenem, Æolum, Sisyphum, Glaucum, Bellerophonem, Hippolochum, Glaucum qui Trojanorum fuit auxiliarius. In altera ejusdem familiae linea septem generationes ^t Apollodorus & ^u Proclus recensent, nempe, Deucalionem, Hellenem, Æolum, Chritteum, Pherecem, Admetum, Eumelum, qui eidem bello interfuit. Si igitur cum Newtono tres hominum successiones centum annis circumscribi supponamus, Heroicum saeculum fere in 266 annos, vel secundum Eumeli genealogiam in 233 excrescere necesse est. Ipse quidem Hesiodus ^v disertis verbis testatur plures hominum successiones intra Heroici saeculi terminum comprehendendi. Nam iſtorum, inquit, Heroum alii in Thebano, alii in Trojano bello interierunt. Sed Thebani Heroes patres erant Trojanorum, Tydeus Diomedis, Stheneli Capaneus, &c. De aliis quidem successionibus, quæ à Thebano bello retro ad Deucalionis tempora præterierant, apud Hesiodum siletur, illis solummodo memoratis Heroibus, qui maxime in isto saeculo inclaruerunt, causamque præbuerunt præcipuam cur illud saeculum Heroicum denominaretur. His omnibus perpensis, Newtonianam illam hypothesin

^p Chron. 13. ^q Biblioth. lib. 1. ^r Comment. ad Hes. Egy. v. 157. ^t Chron. p. 13. 14. ^s Egy. 151. ^u Iliad. Z. v. 153. & sequent. ^x Bibl. lib. 1, 2. ^v Comment. ad Hes. Egy. v. 157. ^w Egy. v. 162.

de γησῶν Hesiodearum longitudine nequaquam esse probabilem concludo; ac proinde, etiam si Hesiodus in saeculo ab excidio Trojæ proximo floruerit, fieri tamen posse ut multorum annorum intervallo ab illis temporibus remotus fuerit.

Sed instat Vir Magnus ———^b “ Non modò ipse Hesiodus testatur se in saeculo à Trojanis temporibus proximo vixisse, sed illud etiam saeculum finem habiturum cum homines tunc viventes canescerent & morerentur; quod idem est ac si dixisset saeculum illud suum longitudinis fuisse mediocris, & una hominum generatione terminandum. Verba Hesiodi, ad quæ respicit Newtonus, hæc sunt:

Ζδὸς δὲ ὀλέσαι, καὶ τέτο γένεται μερόπων αἰγάλεωπαν,
Εὗτ' αὖ γενόμφως πολιορκόταφοι τελέθωσιν.

in quibus explicandis ipse bonus (quam indignor!) in communem lapsus est errorem interpretum, qui ab accuratissimo Grævio sic reprehenduntur ———^a “ Insulse Interpretes Latini ——— Post quam faeti circa tempora cani fuerint. An γένεσις πολιορκόταφοι τελέθωσιν est fieri canum? Quid absurdius fingi potest? “ Γενόμφως sunt τεχθέντες. Sic autem verte ——— Quum vix nati canescant, hoc est, senescant, quum vix postquam lucem adduxerunt, senio conficiantur, &c.” Eandem penè phrasin à Josepho usurpatam invenias; apud quem Abramus brevem filii sui jam, ut videbatur, mactandi vitam deplorans, Επειδὴ, inquit, ἡ γενῆται δυνανοῖ, Cum jam nato moriendum sit. Idem proculdubio est sensus verborum Hesiodi, qui à brevi contemporaneorum suorum vita argumentum ducit, quod Jupiter non quidem extemplo, sed aliquando illud genus perditurus sit, & meliora deinde saecula reducturus.

Quum verò, ut supra dixi, Newtonus ante aureum saeculum Deucalionem collocat, nec aliter quidem ejus Hypothesis potest consistere; expendamus argumenta, quæ ad hanc opinionem munierunt adhibentur. Ex illis autem præcipua hujusmodi fere sunt. “ Deucalionis diluvium in secunda vel tertia ante Cadmum generatione evenit; sed Cadmus in aureo saeculo vixit; Ergo Deucalionis diluvium in secunda vel tertia ante aureum saeculum generatione evenit. Probatur Deucalionis diluvium ter tia fere ante Cadmum generatione evenisse ex hinc, quod Ino Cadmi filia nupsit Athamæ filio Æoli, filii Hellenis, filii Deucalionis. Probatur Cadmus in aureo saeculo vixisse dupli argumento. 1. Asterius, qui Antiquorum erat Saturnus, in aureo saeculo vixit; ille autem Asterius Europam Cadmi sororem uxorem duxit. 2. Curetes, quos secum Cadmus in Græciam invexit, Jovem nutriverunt; Jupiter autem Minos erat Cretensis, & Asterii filius.”

Animadvertis Lector totam argumentationis vim ex hoc pendere, quod Asterius & Minos sint Saturnus & Jupiter ab Antiquis celebrati, ac

^b Chren. ibid. ^c Egy. 180. ^d Lection, Hesiод. ^e Antiq. Judaic. lib. I. cap. 13. ^f Chren. p. 142, 148, 149, 159.

proinde

proinde Saturnus ille & Jupiter Cadmo coævi fuerint; illud autem neutiquam probari, nisi verisimile sit, tum Curetas Jovem puerum nutrivisse, tum eosdem Curetas unà cum Cadmo in Græciam venisse. Sed neutrum horum, ut opinor, vel certum est, vel probabile. Curetas quidem Jovem nutrivisse ab Historicis memoratur; sed ab omnibus pro fabula, summæve re incertitudinis habetur. ¹ Strabo, scriptor gravissimus, cùm de his Curetibus copiosius differuerisset, hac de causa vereri videtur ne Lector eum fabulis addictum existimaverit; inter discrepantes autem opiniones quas de his congescit, una est eorum, ² qui Curetas non Jovis altiores, sed Jove & Calliope natos perhibent. Newtonus quidem Lucianum hujuscē rei testem adducit, ³ sed prorsus incommodè ejus utitur testimonio, qui universam Græcorum μυθολογίαν deridendam solet propinare. Quamobrem mirari licet egregium hunc philosophum, in Mathematicis demonstrationibus δενόταλον, sperasse tam levibus argumentis, ab anilibus fabellis petitis, universam Antiquorum Chronogiam se posse subvertere. Sed concessio Curetas Jovem aluiisse, unde constat illos unà cum Cadmo in Græciam venisse? Refert quidem Herodotus ⁴ Phœnicios quosdam viros Cadmi comites artes literasque in Græciam invexisse; illos verò eosdem fuisse ac Curetas Jovis altores neutiquam testatur. Ipse etiam ⁵ Diodorus, qui omnes Cretensium historias exploraverat, eandem de Jove & Curetibus fabulam narrat, sed eorum opinioni penitus adversatur, qui illos una cum Cadmo, Asterio, Minoe vixisse arbitrantur; nam Cretenses Heroas, Minoem, Rhadamanthum, &c. multis saeculis post Deos genitos floruisse ⁶ refert. Porro Pausanias & Strabo, qui eorundem ⁷ Curetum mentionem faciunt sæpiissime, inter varias & repugnantes quæ de iisdem prædicantur fabulas, eorum cum Cadmo societas vel συγχρονισμός nusquam meminerunt. Hypothesis igitur Newtoniana, quod Cadmus Saturno & Jovi fuerit coævus, quodque Asterius & Minos Saturnus ille & Jupiter fuerint, conjecturā solā nūtitur, omnisque probationis expers est, etiam illius quæ ab obscura & sibi ipsi sæpius adversaria Græcorum μυθολογίᾳ petitur.

Sed alios Vir Magnus sententiæ suæ patronos ⁸ exhibet, ipsos nempe Cretas, quī Jovis tumulum in insula sua conspici jactabant. Argumentum sanè minime validum; nam Cretes hac unica de causa pro mendacibus usque ad proverbium notati sunt, ⁹ Κέρτες αἱ τύρανοι, quoniam, ut à Callimachi

¹ Περί χθηνάρι ἢ Δῆμος πλειόνων εἰπεῖν τὸν τόπον, καί ποτε οὐκινά φιλομυθῶντες, lib. 10. p. 726. Edit. Amit. ² Ibid. p. 723. ³ De saltatione, non de sacrificiis, ut citatur a Newtono Chron. p. 149. ⁴ Lib. 5. ⁵ Lib. 5. p. 230. Edit. Steph. ⁶ Ibid. p. 237.

Μετὰ τὸ τὸν θεον γῆνος τὸν τοῦτον γῆνος φασὶ γῆνος τοῦ Κέρτου γῆνος; τοῦ ὅλης, ἀνταρέχειν πειθαιστάτας τοῦ φειδοῦ Μίνη, καὶ Ραδάμανθον. ⁷ Pausanias Messen. & Eliac. prior. Strabo. lib. 10. ⁸ Chron. p. 152. ⁹ S. Pauli Epist. ad Titum cap. i. v. 12. Callimach. Hym. in Jovem v. 8. Epimenides, ut testantur Hieronymus ad Titum, Augustinus contra Adversarium Legis, Chrysoft. Sermon. III. Epist. ad Titum, & Origenes lib. 3. contra Celsum. Innuit quidem Scholia festi Callimachi aliam ob causam Cretensium mendacia in proverbium abiisse, Παρεργίατα τοῦ τὸν κρητικῶν, ιπποῦ Φιλοδεῖον, λόγῳ Ιδομένεος Φίλοντος Κέρτου πήσεισαν λαχών μετέσπει τοῖς Ελλησι τοῦ λάθυρου Φίλον τὸν κρητικῶν ιανοῖς απεποιήσατο. Et Suidas, Κέρτιστον τὸν Φιλοδεῖον. Ιδομένεος γράμματα τὸν κρητικῶν ιανοῖς ιετέλετο. Sed mecum certè sen-

scholia sti accepimus, [¶] hoc ipsum sepulchrum Minois erat, hac inscriptione insignitum, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ, sed cum injuria temporis ^{πο} Μίνω^ς erasum esset, pro Jovis sepulchro ostentabatur. Newtonus autem Cretensium veracitatem vindicat, integrum inscriptionem Jovis sepulchrum designare existimans. Nam Μίνω^ς ἐ Διὸς ταφ^{ός} latinè reddit *Minois Jovis sepulchrum; Minois qui erat Jupiter;* sed hæc verba verti debere *Minois Jovis filii sepulchrum,* sub intellecto τῶν υἱῶν per Ellipson Græcis usitatam, Græculis omnibus est notissimum. Quod si ita se res habet, tota Newtonianæ argumentationis moles funditus ruit. Nam si Minos non sit Jupiter, Asterius non est Saturnus; si Asterius non sit Saturnus, tum Cadmus Asterio coœvus in aureo sæculo non vixit; quod si Cadmus in hoc sæculo non vixerit, nequaquam probatur, quod probandum erat, Deucalionis diluvium in secunda vel tertia ante sæculorum initium generatione evenisse.

Sed instare possunt Newtonianæ Hypothesos fautores, parum interesse an Minos sit ipse Jupiter, an Jovis filius; hoc enim concesso, unius solummodo generationis differentiam oriri, quæ in re tam remota & obscura nullius est momenti. Sed falluntur illi qui sic argumentantur, quique ætatem Jovis constituunt respicientes ad ætatem eorum qui pro filiis ejus sunt habiti. Jovi enim, quicunque is fuerit, in Deorum numerum relato, & immortalitatem induisse credito succendentium hominum superstitione varios potuit imputare filios, non eos modò qui eodem quo ille in terris versatus est sæculo vixisse putabantur, sed eos etiam qui multa post sæcula nati fuerunt, nimirum quotiescumque adulatores regi cuivis vel heroi hunc honorem adscribere voluerunt. Sed Newtonus ab hoc negotio omnem superstitionem & fabulam removet, eosque universos qui Jovis filii dicti sunt ita reverâ fuisse existimans, ex eorum notiori sæculo ipsius Jovis sæculum statuere non dubitat. Hujusmodi argumentationis breve quoddam specimen Lectori juvat exhibere, ut quām fallax, inanis, & nullius ponderis sit exemplo ostendam. Secundum Newtonum [¶] condita est Roma sexcentis fere ante Christum annis, secundum usitatum Chronologiam fere septingentis quinquaginta. Ego autem si methodo Newtoniana probare velim longè antiquiorem fuisse Romanam, sequente arguento quod ex Newtono didici, opinionem meam defenderic. Heros ille qui sub Martis nomine colebatur, erat Sesostris Ægypti rex, [¶] qui mille ferè ante Christum annis [¶] floruit. Sed Mars Romuli erat pater, ut Livius, Virgilius, aliique memorant; ideoque Romanam nongentis plus annis ante Christum conditam fuisse necesse est fateamur. Vel aliàs sic insistam — Romulus sexcentis ante Christum annis floruit; Ergo Mars, seu Sesostris, Romuli pater, non amplius sexcentis &

tiunt Callimachus, Κρήτης ἀεὶ Φέασιν ἐ ΓΑΡ τάφοι, μὲν ἄρα, σπέν Κρήτες ἵτεκτίνεσθι. Et Lu-
canus extremo <sup>8^{vi} Tam mendax Magni tumulo quām Creta Tonantis. Et Nonnus Dionysiac.
lib. 8. Οὐ γὰρ ἀεὶ παρέμενε Διὸς Φεδόνων τύμβοι Τεγεοῦρην Κρήτεσσιν, ἵτεκτοι πέλασι ἵτεκτοντες.
[¶] Ad Hymn. in Jovem v. 8. Ετ Κρήτη ἵτεκτοι τῷ τάφῳ Φέ Μίνω^ς ἵτεγίγγεται, Μίνω^ς ἐ Διὸς
τάφ^{ός} τῷ χρόνῳ ἡ τὸ, Φέ Μίνω^ς, ἀπολεσθεῖσσι τοις πελεκεψησι, Διὸς ταφ^{ός} ἐκ τύπου μὲν ἔχει
λίγησι Κρήτες τῷ τάφῳ Φέ Διός. [¶] Chron. p. 38. [¶] Ibid. p. 98. [¶] Ibid. p. 23.
triginta.</sup>

triginta. Quis tales rationes inanes esse non videt? Hujusmodi tamen est omnis Newtoniana argumentatio de Asterio, Minoe, cunctisque insuper Deorum filiis, quæ ex antiqua μυθολογίᾳ desumpta est.

Aliud verò argumentum quo Hypothesin suam Vir Magnus tuetur, hisce penè verbis conceptum legimus. “ Aliquando cum Mentore in Ithaca vixit Homerus, & ab eo multa didicit quæ pertinerent ad vitam & res gestas Ulyssis, cuius Mentor amicus fuerat.” Quod si verum sit; Hesiodum, Homero supparem, in generatione post Trojanum bellum proxima vixisse necesse est.

Sed unde, quæso, constat Mentorem illum Ithacensem Ulyssi cognitum fuisse? Homerus nempe, ut tradit libellus ille de vita ejus Herodoto adscriptus, cum Mentore quodam in Ithaca versatus est, à quo cùm multa beneficia accepisset, hanc illi gratiam retulit, ut nomen ejus Odysseæ infereret sub charactere viri prudentissimi, & amici summi Ulyssis. Haud commode ex suspecto hoc libello argumentum petit Newtonus, cuius quidem auctoritati, ut jam patebit, quandocunque hypothesi suæ adversatur, solito usus acumine, nihil tribuit. Sed historiæ habeatur fides; cum Mentore Ithacensi versatus fuerit Homerus; ægrè tamen evinces eundem Mentorem Ulyssi familiarem fuisse ex eo quād in Odyssea talis describitur. Salent enim Poetæ, aliam referendi gratiam plerumque incapaces, amicorum nomina immortalitati consecrare. Phemius ille^{*} quem in procorum epulis citharâ canentem Homerus inducit, pro ipsius vitrico & præceptore à prædicto Biographo venditatur. Tychius vero^x quem σκυλιότερων ὄχις αἴεισον, & clypei septemplicis fabricatorem idem celebrat, eundem Cumâ diverfantem benigno hospitio exceperisse traditur. Et magistrum suum imitatus Virgilius, ut nobilibus quibusdam inter Romanos familiis blandiretur, ^zSergestum, Cloanthum, &c. Æneæ comites adjunxit. Sed quis sibi persuadeat utrumvis poetam historiæ in hac re auctoritatem secutum fuisse, vel exinde trahat argumentum, quo rei incertæ fides concilietur? Quinimò nec ipsius Mentoris ætas facile pateretur, ut ille una cum Ulysse, ac deinde cum Homero versatus fuerit. Ita enim computando colligimus. Ulysses ad Trojanum bellum profecturus rei familiaris curam & regimen Mentoris jam Seniori^y committit,

Μέντως ὁ οὐδαεῖθαι ἀμύμονος ἦν ἔταιρος,
Καὶ ὁ τὸν τὸν νησιν ἐπέτρεψεν οἶκον ἀπανθά
Πείθεσθαι τε ΓΕΡΟΝΤΙ, καὶ ἐμπεδα πάσια φυλάσσειν.

Mentorem isto tempore quinquaginta ad minimum annos natum fuisse suppono, nam Hesiodus virum quadraginta annorum juvenem^b appellat; Trojâ jam captâ ad sexagesimum annum pervenerat, ideoque florente Homero triginta quinque abhinc annis, haud procul absuit à centesimo si superstes fuerit. Non igitur verisimile est Mentorem illum quocum vix-

^aIbid. p. 164. ^bOdyss. P. 263. ^xIliad. H. v. 220. ^zÆcid. lib. 5. 121.
122. ^aOdyss. B. v. 225. ^bEgy. v. 441. Τεσταρχοτεστρίς αἰγάλεις.

isse Homerus dicitur, Ulyssi cognitum fuisse; nec id quidem in animo fuit Biographo illi qui Herodoti nomine insignitur. Nam Homeri ætatem ad annum à capta Troja centesimum sexagesimum deducit, quo tempore nemo certè ex Ulyssis amicis in vivis esse potuit.

Sed ab ipsis, ni fallor, poetæ verbis hæc omnis lis de distantia inter Hesiodi ævum & Trojanum bellum componi potest. Octoginta post hoc bellum annis, si Thucydidi credamus, ^c Græci colonias deducere cœperunt. Alii ^d quidem, inter quos ^e Newtonus, anno post Trojam *sexagesimo* Æolicam migrationem primam factam constituunt; inter omnes autem convenit ^f non ante tertiam Æolorum migrationem, quæ post primam tertia generatione, post Trojam ^g annis fere centum & quinquaginta facta fuit; Cumam conditam fuisse. Ipse verò Hesiodus testatur ^h patrem suum fuisse Cumanum, & in paupertatem tandem delapsum, relicta ita urbe, Asram migrasse. Verisimile autem est non eum ex primis Cumæ colonis fuisse sed ex eorum posteris; ejus autem familiam quæ in nova forsan colonia floruerat, processu temporis ad angustias redactam. Ex qua historia licet determinatum ævi Hesiodei tempus statui non potest, ejus tamen ætas in tantum colligitur, ut istam post ducentos ad minimum annos à Trojano bello collocare necesse sit. Quapropter quid sibi velit Newtonus nequaquam intelligo, qui Hesiodum pluribus annis ante Æolicam migrationem vixisse arbitratur.

His adjicio, quòd Herodoti auctoritas, cui multum videtur Newtonus tribuere, cum illis est qui inter Trojana tempora & Hesiodium maximam interponunt distantiam. Trojanum enim bellum ⁱ octingentis ante se annis accidisse, quadringentis Hesiodium floruisse existimat. Cum eo videtur consentire scriptor gravissimus & ferè suppar Thucydidès, qui de Homero absque ulla cunctatione tradit ^k ἦλλας ὑπερέστη τῷ Τρωικῷ γένοντος.

Quinetiam ab ipso penè nomine quod Trojano sæculo Hesiodus attribuit, conjectare licet illud à suis temporibus remotius fuisse. ^l Αὐθέων ἡγάων τῶν γῆς, οἱ καλέονται Ημίθεοι, augustius quiddam sonat quam quod de hominibus à nobis penè visis & cognitis prædicare solemus. Revera maximi homines in suo sæculo meri sunt homines, & quanvis famam meritis suis respondentem adipiscuntur, major tamen è longinquò reverentia, & venerationem conciliat antiquitas. Non nisi volventibus annis res gestæ splendidis fabellis decorantur, & insignes viri ad Deos evehuntur; ^m

*Præsentis tibi maturos largimur honores
Jurandasque tuum per nomen ponimus aras;*

^a Lib. 1. cap. 12. p. 11. Edit. Wetst. ^b Strabo lib. 13. ^c Chron. p. 33. ^d Strabo lib. 13. ^e Marmor Chronic. Home-
^f Strabo lib. 13. Pausanias in Laconic. Vell. Patrc. lib. 1. ^g Marmor Chronic. Home-
ri Vita Herod. adscripta. ^h Egy. v. 636. ⁱ Herodot. lib. 2. ^k Thucyd lib. 1.
^j Egy. v. 159. ^m Horat. Epist. 1. lib. 2. v. 15, &c.

quis à vera veneratione profectum judicaverit, nec potius à turpissima dominantium adulazione? Quanto rectius vera vita hominumque sensus in sequentibus exprimuntur?

*Sed tuus hoc populus sapiens & justus in uno,
Cætera nequaquam simili ratione modoque
Æstimat, & nisi quæ terris semota suisque
Temporibus defuncta videt, fastidit & odit.*

Si quis igitur suspicetur Hesiodum de hominibus triginta annorum inter-
vallo à se remotis tam magnifica & portentosa prædicasse, næ ille non satis
intelligit vel humani generis ingenium, vel rationem fabularum, quæ lon-
go intervallo res gestas sequuntur, & generatione quadam, ut dicitur, æqui-
voca, ex veritatis corruptione nascuntur.

Jam verò summi viri rationes Chronologicas quæ ad Hesiodum imme-
diatae spectant, absolvisse videor. Instituti operis modum excederem, si uni-
versas quæ in isto libro continentur ad examen revocarem. Sed negotium
illud literatis viris commendo industria sua & perscrutatione dignissi-
mum. Quamvis enim universas simul sumptas tantum in se roboris ha-
bere non existimo ut ab illis antiqua Chronologia subverti queat; in iis
tamen tanta scientia, tam perspicax judicium, & acris vis animi elu-
cet, ut etiam in hoc opere (quid ultra dicam?) Newtoni genius agno-
scatur.

De ætate verò Hesiodi respectu habito ad ætatem Homericam quid sit
statuendum dispiçiamus. In hac re duobus testimoniosis ante citatis accedo,
Herodoti nempe & Chronicis Marmoris Auctoris, inter quos convenit eos
vel iisdem temporibus vixisse, vel Hesiodum per paucis annis præcessisse.
Ad quod confirmandum non leve est argumentum non solum in utro-
que poeta veneranda illa morum simplicitas quæ certissima est nota anti-
quitatis, sed insuper eadem similesve locutiones in utriusque operibus
subinde occurrentes; quibus nonnulli quidem inducti existimant quod re-
centior Hesiodus Homerum imitatus fuerit; sed cum easdem phrases rarissime
& recentioribus usurpatas inveniamus, æquius est concludere istas lo-
cationes proprias fuisse ita saeculo in quo poetæ nostri vixerunt, & postea
in desuetudinem abiisse. Sed cum alii aliter scriptores fentiant, & opinio-
nes suas variis muniant argumentis, postulat instituti nostri ratio ut eo-
rum singula examini subjiciamus, & quid in se ponderis habeant perscrutemur.

Prima nota per quam de utriusque Poetæ ætate judicatur, diversus est
styli character quem viri docti in utroque se deprehendisse arbitrantur.
Illud vero ~~negligunt~~ quæ fallax sit & errori obnoxium suprà me me-
mini innuisse. Jam verò eandem rem confirmare libet ab iis quæ vir do-

etrina & judicio præcellens Joh. Albertus Fabricius, ad hanc item respiciens observavit. " *Justus Lipsius in notis ad lib. I. Velleii affirmat " majorem simplicitatem & rudiorem antiquitatem in Hesiodo comparere quam in Homero.* Contrà Salmasius ad Solinum p. 867. Lipsii judicium (nomine ejus præterito) refellens, contendit longè suaviorem Hesiodum & comptiorem, eoque minus antiquitatis redolentem censer debere, quod Dionysio Halicarnassensi judice καὶ ἐφόντος ήδονῆς, καὶ ὀνομάτων λεύτης, καὶ σωθέσεως ἐμπελῆς. Quam Salmasii sententiam nuper Cl. vir Ludolphus Neocorus in historia Critica Homeri amplexus, si ex scriptis, inquit, utriusque Poetæ judicium ferendum est, Homerus sanè ob majorem simplicitatem remotiorem antiquitatem redolet. Comptior enim Hesiodus & rotundior. Sed quod pace doctissimorum virorum dictum esto, magna in utroque simplicitas, nec minor elegantia nativa in utriusque poematis comparet; ut ætatem diversam ex adeo diversi argumenti scriptis tam parum diversis concicere fortassis sit operam perdere. Præcipue cùm omnes fere qui Hesiodum Homero antiquiorem negant, illum tamen putent vel aliquo eodem tempore cum Homero vixisse, vel non ita multis annis post, quæ exigua temporis diversitas non adeo diversum statim scribendi characterem inducit." Merito igitur rejicimus illud ætatis κελίειον quod à styli charactere desumitur, præcipue cùm inter viros doctissimos qualis sit utriusque Poetæ stylus nondum convenerit. Quorum tamen discordiæ hanc unicam esse causam existimo, quod qui majorem Hesiodo quam Homero simplicitatem attribuunt, auctorem Iliad. cum auctore Εργῶν καὶ Ημέρων conferant; qui majorem Homero, auctorem Οδυσσείας cum auctore Θεογονίας vel Ααρίδ. haud interea secum reputantes quantum à subjecti diversitate scribendi ratio variari debeat.

Aliud argumentum ex quo ætas antiquior Homero arrogatur, desumitur à vocabulis quibusdam ab Hesiodo usurpati, quæ in saeculo Homericō vel in usu nondum fuisse, vel diversam ab ista quam in Hesiodo obtinent, tunc temporis significationem habuisse existimantur. Sic enim Dan. Heinlius ad Egy. 229. Αγγαλέον πόλεμον τεκμαίρει), " Frustra non fuerunt antiquorum glossæ nescio quæ, quæ nos monent τεκμαίρομαι παρ' Ομήρῳ πὸ τελεῖω, παρ' Ησιόδῳ δὲ πὸ Βελδύω. Ceterum quod notabunt utriusque poetæ studioi, vel ex hoc Homerum appetet Hesiodo nostro priorem, cui πὸ τεκμαίρειδι est πὸ τελεῖν. Antiquâ enim linguâ τέκμαρι ita in usu erat. Philosophus Rhet. I. πὸ γὰρ τέκμαρι καὶ πέρι ταῦτα ἔστι καὶ ἀρχαῖα γλῶττα." Valeret hoc argumentum si semper πὸ τεκμαίρομαι τῷ τελεῖῳ æquipolleret, nec alio unquam sensu à Veteribus usurpatum inveniretur. Sed saepius ab ipso Homero idem huic verbo quem ei affigit Hesiodus, sensus attributus est, ut ex sequentibus patebit. Iliad.

H. v. 70. Αλλὰ κακὰ φρονέαν τεκμαίρεται αἱμφολέσσοις. Odyss. H. 317. Πόμπην δὲ τὸν ἕγω τεκμαίρομαι. M. 139. Εἰ δέ καὶ σίγου, τότε τοῦ τεκμαίρομενοῦ ὅλοθρον. K. 563. Αλλὰ δὲ τοῦ ὁδοῦ τεκμήρεσθαι Κίρκη. In his, inquam, omnibus eundem sensum obtinet τὸ τεκμαίρομαι, quem in versu Hesiodeo supra citato, Αργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται δίχοντα Ζεὺς, & ejusdem operis v. 239. Τοῖς δὲ δίκιοις Κρονίδαι τεκμαίρεται, & aptè ab Homeri interprete exponitur Βελδίων, προσημάνεται. Nec quidquam obstat huic interpretationi, quod notavit Aristoteles τὸ τέκμαρε eandem quam τὸ πτέρων, vetere lingua significationem obtinuisse. Patet enim causa cur hic ei sensus attributus est; nam cum τὸ τεκμαίρομαι primario sensu *machinari, moliri, intendere, significare*, finis verò illud sit in quod homines colliment & tendant, ideo τὸ τέκμαρε, quod proprio sensu *consilium & propositum* denotat, pro ipso fine Veteres usurparunt.

Affirunt porro vocem νόμον Homeri ætate in usu non fuisse, sed τὰς θέμιστας occurrere, quotiescumque apud eum legum jurisve fit mentio; sed legitur νόμον apud Hesiodium; de qua re videat Lector quæ fusiū adnotavi ad Theogon. v. 66. Illa interim hic loci responsio sufficiat, quod à silentio Homeri male arguitur prætermissam vocem post ejus fæculum natam fuisse. Quis enim credere, vel omnino suspicari potest universum Græcæ linguæ thesaurum per ejus poemata distributum esse?

Eiusdem generis est observatio illa, quam à Summo Viro Samuele Clarke in Notis suis in Homerum factam legimus: "Occurrit hæc vox καλὸς, in Iliade & Odyssæa, amplius *ducenties & septuagies*; & his omnibus in locis priorem semper producit. Unde sequentes mihi video obseruationes colligere à nemine, quod sciam, occupatas.

Quartò: Hinc mihi novo argumento confirmari videtur, Hesiodium non æqualem fuisse Homeri (nisi fortè per longa regionum intervalla linguis loquebantur planè divisæ) sed recentiore mukò (quod & aliunde censuit Cicero; *Homerus*, inquit, *multis, ut mibi videtur, antè fæculis fuit*. Lib. de Senect.) Hesiodus nimurum, ut priorem in voce καλὸς sæpè producit [Egyp. 2, Hmēr. v. 196, Theogon. v. 8, 17, 22, & alibi] ita eandem sæpè quoque corripit [Egyp. v. 63. Theogon. v. 584, & 902.] Neque hoc solum; verum etiam more Dorico ultimam in vocibus τετταῖς, δευταῖς, κύπεροῖς, Αργύραις, μελαναιταῖς, βυλαῖς (quinetiam & λαγῆς in accusativo plurali) corripuit: [Egyp. v. 182, 281, 293. Aar. Hg. v. 302. Theog. v. 60, 267, 401, 534, 653.] Cujusmodi exempla apud Homerum neutiquam occurunt. Similiter vocem ὄπωρον, cuius penultimam Homerus semper producit, Hesiodus recentiore pronuntiandi more corripuit: Egyp. v. 33." Ad hæc respondeo; nihil certi vel probabilis de ætate utriusvis Poetæ ex hisce observationibus inferri posse, ob defectum scilicet aliorum Poetarum Homero coævorum. Si enim alii extarent coævi Poetæ

^a In Iliad. B. v. 43.

duo vel plures, qui in vocum citatarum prosodia cum Homero constanter & perpetuo congruerent, haud injuria Hesiodum ab eorum praxi discrepantem ab eodem sacculo amoveremus, eumque postea, vel forsitan prius (quid enim vetat?) vixisse suspicaremur. Sed cum nemo jam talis, praeter Hesiodum, de quo quaestio est, supersit, ex cuius scriptis de communī praxi istius saeculi judicare possumus; ecquis tutò affirmaverit, omnes istius sevi Poetas istam constanter secutos esse prosodium, quam sibi Homerus prescrispsit? Judicium hoc esset, pace tanti Viri dixerim, nimis temerarium. Nam quo magis aequalibus suis Homerus antecelluit, eo majorem ab ipso *axeis*, & strictiores poeseos regulas expectare fas est; alios autem inferioris notae Poetas, quibus tantus rigor esset incommodus, laxiora sibi fræna impo-suisse, omnesque omnium Dialectorum varietates sibi in subsidiis vocasse, suspicari. Ejusdem ferè rei insigne exemplum vel ætas nostra & patria suppeditat, in qua eundem virum tum in sensuum sublimitate, tum in numerorum modorumque venustate exactissima aequalium suorum chorum longissimè superantem admiramus. Habeat igitur istam Homerus laudem, quam præclaro ejus Interpreti denegare non possumus; Hesiodumque, quem Homero in arte sua inferiorem, nimirum ne nobis Πάνθεος φησι objiciatur, statuimus, majorem sibi licentiam indulsisse, eumque nihilominus, cum illo vixisse fateamur.

Nostræ etiam Hypothesi objici potest, quod eidem genti populoque diversos ritus & mores Homerus & Hesiodus attribuant, ac proinde inter ipsos intervallum temporis haud mediocre intercedere necesse sit, cum vix fieri possit, ut universa gens, mutatis moribus, ad contrarias consuetudines repente transfugiat. Hujus quidem discordia unicum, quod sciām, allegatum est exemplum; ad illa Hesiodi verba ⁹ Λοκροί τοις αγχέμαχοις notat scholiastes, Ο Ομηρός τοις σωματιοῖς εἰπε, Οὐ γὰρ σφι ταῦτην νομίην μήπερ φίλοι τοις. Responderi potest, 1. Non satis constare an uterque Poeta de eodem populo verba fecerit. Nam cum diversæ essent Locrorum gentes, & Homerus, ut patet ex urbium nominibus, Opuntios & Epicnemidios solos Qilei Ajacis imperio subjectos descripsiterit, suspicari possumus Locros illos, qui Amphitryonem secuti sunt, & ab Hesiodo αγχέμαχοι appellantur, Ozolitas fuisse, qui ab aliis Locris interjecta Phocidis regione removebantur, & fortasse ut locorum situ, sic institutis & militia à prioribus illis distabant; de quibus sane Hesiodum verba fecisse verisimilius esse arbitror, ex eo quod isti Locri Taphiorum & Teleboarum, quibuscum bellum gererat Amphitryon, erant finitimi. 2. In dubio est, an utervis Poeta singularum gentium mores & consuetudines, quales in Trojanis erant temporibus, descripsiterit vel cognorit. Nescio equidem quo pacto ad ipsos tam magno

⁹ Aeneas Hege. v. 25.

Iliad. N. 713.

Λοκροὶ αἱμότεροι.

Xenophon de Agesib.
lo rege. Et Hist. Gr. lib. 4. Οὐ τούτοις οἱ Φωκαὶ τὸ Βασιλεῖον ἀργότεροι, τούτοις δὲ οἱ Λοκροὶ τοις αἰαλίγεις διττοὶ γάρ εἰσι, &c. Strabon. Geograph. lib. 9. p. 637. Edit. Amst. Βαρκένης δὲ εἰσι οἱ Λοκροὶ διηγέργεις διχα. Ibid. p. 650. Pausan. in Phocicis.

Iliad. B. v. 531.

Τοῦ γὰρ πρὸς Επειδὴν Δουρῶν Ομηρός μέρον.

Ibid. p. 653.

Iliad. B. v. 486.

temporis

temporis intervallo remotos istiusmodi circumstantiarum notitia possit pervenire, quippe cum in ista ætate historia vel nulla esset, vel admodum imperfecta, & Homerus ipse testetur ^{*} res maxime memorabiles, Græcorum ducum, populorumque nomina, incerta & obscura se fama accepisse. 3. Idcirco probabile est utrumque Poetam singulis gentibus à se memoratis ritus & consuetudines non ex vera historia, sed pro arbitrio attribuisse, illud sibi solum proponentes, ut poemata sua pulchris descriptionibus & grata varietate decorarent; ut omnino temerarium esset & ineptum ex Epithetis illis πλάξισποι, ἀγχίμαχοι, &c. de varia variarum gentium militia aliquid statuere. 4. Observari debet hanc objectionem petitam esse ex Aenei, Hesiodo, quod quidem poema pro genuino Poetæ nostri opere habendum duxi; de illo tamen sic mecum statuens, infirmiora esse argumenta, quibus ejus αιθερία, quam quibus Homeri & Hesiodi συγχρονοὶ evincitur. Si cui igitur citata objectio alicujus esse momenti videatur, in illam potius quam in huic incidat suspicio.

^{*} Ilad. B. v. 420. II. 31



E R R A T A.

Theog. v. 104. pro *catilenam*, lege *cantilenam*. 170. pro τελέσαιμι,
l. τελέσαμι. Scut. Herc. 180. pro Φάληρον, l. Φάληρον. 275. pro αὐθομόνων,
l. αὐθομένων. Opera 27. pro *veto*, l. *verò*. 316. pro *solitus*, l. *sollicitus*.
728. pro ἀνίστοις, l. ἀνίστοια. Frag. 124. Ικετοὶ δὲ εἰς dele. 179. Χαιρετοὶ Λυγ-
κῆς γλωττή dele. Certamen p. 244. pro *Medone*, l. *Medonte*.

*Errata in accentibus notare supervacancum duxi, cum istiusmodi non sint, ut
lectorem morari possint.*

ΗΣΙΟΔΟΥ
ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

HESIODI
ASCRAEI
THEOGONIA.

ΗΣΙΟΔΟΥ τοῦ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

Mουσίων Ελικωνίαδῶν δόρχώμεν^τ σείδειν,
 αἴτ^τ Ελικῆνος ἔχειν ὅρος μέγας τε ζάφεόντε,
 Καύτε φειδὲ κρήνης ιοειδέα πόστ^τ απαλεῖσιν
 ορχεῦνται, καὶ βαριὸν ἔριαδενέ^θ Κερύκη^θ,
 Καύτε λοεσαίμφραι τέρεντα χέρα Γέρμησοιο,
 Η Ἰπατεκρείης, η Ολμεῖς ζαφέοιο,
 Αχρεπάτη^ψ Ελικῶνι χρεὺς σλεπαύσαντο,
 Καλὺς, ιμερέσεντας ἐπερρέσσαντο ἢ προστά^τ
 Ενθεν δύτορούμφραι, κεκαλυμμέναι πέρι τοσλῶ,
 Ενύχιαι σεῖχον, φεικαλλέσε οὔσαιν ιεῖσαι,
 Τυμεῦσαι Δίας τ' Αἰγάλοχον, καὶ τάστιαι Ήετη
 Αργεῖη, χρυσέοισι πεδίλωις ἐμβεβαῖαι,
 Κέρην τ' Αἰγάλοχο Δίας γλαυκῶπιν Αἴθιένη,
 Φοῖσόν τ' Απόλλωνας, Σε Αρτερην ιοχέατρα,
 Ήδὲ Ποσειδάνεια γαμήλοχον, σινοσίγασον,
 Καὶ Θέμην αἰδοῖην, ἐλικοβλέφαρέν τ' Αφροδίτην,
 Ήβην τε χρυσοσέφδιον, καυλήν τε Διώνην,
 Ήώ τ', Ήέλιον τε μέγαν, λαμπτάν τε Σελιένην,
 Λάπτω τ', Ιάπτετόν τε, ιδὲ Κερόνον αγκυλομήτην,
 Γαιόν τ', Ωκεανόν τε μέγαν, καὶ Νύκτα μέλαναν.

20
Αλλων

HESIODI ASCRÆI DEORUM GENERATIÖ.

AMUSIS Heliconiadibus incipiamus canere, [numque:
 Quæ Heliconis habitant montem, magnumque divi-
 Et circa fontem cœruleum pedibus teneris
 Saltant, aramque præpotentis Saturnii,
 Atque ablutæ tenerum corpus aqua Permessi,
 Aut Hippocrenes, aut Olmii sacri,
 Summo in Helicone choreas ducere solent,
 Pulchras, amabiles, firmiterque saltare pedibus :
 Inde concitatæ, velatæ aere multo,
 Noctu incedunt, per pulchram vocem emittentes,
 Celebrantes Jovemque ægida tenentem, & venerandam Junonem
 Argivam, aureis calceamentis incidentem :
 Filiamque Ægiochi Jovis, cœruleos oculos habentem Minervam :
 Phœbumque Apollinem, & Dianam sagittis gaudentem,
 Atque Neptunum terram continentem, terræ motorem,
 Et Themin venerandam, & blandis oculis Venerem,
 Hebenque aurea corona decoram, formosamque Dionen,
 Auroramque, Solemque magnum, splendidamque Lunam,
 Latonamque, Japetumque, ac Saturnum versipellem,
 Terramque, Oceanumque vastum, & Noctem atram :

Αλλων τ' Αθανάτων ιερέγυν γῆρας αἰὲν ἔοντων.
 Αἱ νύ ποδ' Ησίοδον καλὴν ἐδίδαξαν αἰοιδὴν,
 Αρνας ποιμαίνοντ' Ελικῶν^Θ ωστὸς Ζεφέοιο.
 Τόνδε δέ με περιπισσε φεαὶ περὶ μῆθον ἔειπαν
 Μέσση Ολυμπιάδες, καῦχαι Διὸς Αἰγιόχοιο.

25

Ποιμένες ἄγρων λοι, κακοὶ ἐλέγχει, γατέρες οἶον,
 Ιδμήνιοι φεύδει πολλὰ λέγειν ἐπύμοισιν ὄμοια·
 Ιδμήνιοι δὲ, εὗτ' ἐφέλαμψη, ἀληφέα μεθίσαντο.

Ως ἔφασαν καῦχαι μεγάλοις Διὸς δέ πέπειαν,
 Καί μοι σκηπτίζον ἔδον, διάφυτης ἐρευθλέ^Θ οἴζον,
 Δρεψάδης θητόν· σκέπνυσσεν δέ μοι αἰδηνή·
 Θείλει, ὡς κλείσιμη τά τ' ἐασόμενα, ποσὶ τ' ἔοντα.
 Καί με κέλοιθ' ὑμνεῖν μαχάρεων γῆρας αἰὲν ἔοντων,
 Σφᾶς δὲ αὐτὰς περιφέτον τε καὶ ὑσεργον αἰὲν αἰείδειν.
 Αλλὰ τί μοι τῶντα ποσὶ σῆμαν ή ποσὶ πέτειν;

30

Τεύη, Μεσσάων δέχώμενος, ταὶ Διὶ πατεῖ
 Υμνοῦσα τέρπειοι μέγαν νόον συτὸς Ολύμπιοι,
 Ειρδοῖσι, τά τ' ἔοντα, τά τ' ἐασόμενα, περὶ τ' ἔοντα,
 Φωνῇ ὄμηροῦσαι· τῷ δὲ αἰχμάτῳ ρέει αἰδηνή
 Εκ σομάτων ἱδεῖσα. Γελᾷ δέ τε δώματα πατεῖδες
 Ζηνὸς ἐρυθρόποιο, φεαῖν δὲ πλειεόσαη
 Σκιδναμήνη. Ηχεῖ δὲ καύητην φόεντ^Θ Ολύμπιοι,
 Δώματα αἰθανάτων. Αἱ δὲ αἰμερετοις σασανιέοσαι,
 Θεῶν γῆρας αἰδοῖον περιφέτον κλείσιν αἰοιδῆ
 Εξ δέχης, τὸς Γαῖας καὶ Οὐρανὸς βύρὺς ἐπικτον,
 Οἵτ' ἐκ τῷ ἐγένοντο φεοὶ, δωτῆρες ἔστων.

35

40

45

Δεύτερη

DE ORUM GENERATIO. 5

Aliorumque immortalium sacrum genus semper existentium:

Quæ olim Hesiodum pulchrum docuerunt carmen,

Agnos pascentem Helicone sub divino.

Hoc autem me primum Deæ sermone compellarunt

Musæ Olympiades, filiæ Jovis Ægiochi:

Pastores sub dio manentes, mala probra, ventres solum,

Scimus falsa multa dicere veris similia:

Scimus etiam, quando voluerimus, vera loqui.

Sic dixerunt filiæ Jovis magni veridicæ,

Et mihi sceptrum dederunt, lauri perviridis ramum,

Decerpere mirandum. Inspirarunt autem mihi vocem

Divinam, ut canerem tam futura quam præterita.

Et me jubebant celebrare beatorum genus sempiternorum,

Se vero primo & postremo semper decantare.

Sed quò mihi hæc circa quercum, aut circa petram?

O tu, à Mufis ordiamur, quæ Jovi patri

Canendo oblectant magnum animum in Olympo,

Memorantes, & præsentia, & futura, & præterita,

Voce concinentes. Illarum vero indefisa fluit vox

Ab ore suavis. Ridet autem domus patris

Jovis valde tonantis, Dearum voce suavi

Dispersa. Resonat vero vertex nivosi Olympi,

Domus immortalium: Hæ vero immortalem vocem emittentes,

Deorum genus venerandum in primis celebrant cantilena

Ab exordio, quos Tellus & Cœlum latum genuerunt,

Quique ex his prognati sunt Dii, datores bonorum.

Δεύτερην αὗταις Ζῆνα, θεῶν πατέρεων δὲ καὶ αὐτοῖς,
Αεχόμενά τινας εἶναι, λίγυσσαί τ' αἰσιόντες,
Οοιον φέρεται τότε θεῶν, κρείτεροι τε μέγιστοι.

Αὖθις δὲ αἰνιδρώσαν τε γένος, κρείτερον τε γηγόντων
Τυνδόσαμ, τέρπτυσι Διὸς νόοις ἐντὸς Ολύμπου,
Μέσην Ολυμπιάδες, καὶ ταῦτα Διὸς αἰγιόχοι.
Ταὶς δὲ Πιερίη Κρηνίδῃ τέχε πατέρι μηγεῖσα
Μητροσύνη, γυνοῖσιν Ελαϊδῆς μεδένεσσα,
Λημοσύνην τε κακῶν, ἀμπαυμά τε μεριμνάσσα. 55

Ενέσει γὰρ οἱ νύκτες ἐμίσγετο μητέρα Ζεὺς,
Νόσφιν ἀπ' ἀγανάκτων, ιερὸν λέχος εἰσαναβαίνων.
Αλλ' ὅτε δὴ τὸν τούτοις ἔλιν, τοῦτο δὲ ἐτρεψπον ὄραμ,
Μηνῶν Φθινόντων, τοῦτο δὲ ἡματα πολλ' ἐτελέσθη,
Η δὲ ἐτεκέ σύνεια κέρας ὄμοφερνας, τοῖν διοιδή
Μέμβλεταν, δὲ σῆθεστιν ακηδέα θυμὸν ἐχόσαμε,
Τυτθὸν ἀπ' ἀκερτάτης καρυφῆς ηφόεντος Ολύμπου,
Εντάσει σφιν λιπαρεῖ τε χρεῖ καὶ δώματα καλά.
Παὶ δὲ αὐταῖς Χάρετές τε, καὶ Ιμερός οικίς ἔχουσιν,
Εἰ θαλίης ἔρατην τὸν δέρμα σώσαιν οἴεσσι, 65
Μέλπονταν πάντων τε νόμους, καὶ ἡ θεα κεδύνα
Αγανάκτων κλέισουσιν, ἐπήρεστον τοσαν ιεῖσαν.

Αἱ τότε ἵσται τοῦτος Ολυμπιον αἰγαλόμεναι ὥπερ καλῇ,
Αμβροσίη μολπῇ. τοῦτο δὲ ταχεῖ γάμα μέλαινα
Τυνδόσαμες ἔρετος τὸν παδῶν ταῦτα δεπός ὄρώρει,
Νιαζομένων πατέρες εἰς τούτην, οὐδὲ τὸν θραυσθεὶς μεταστηνει,
Αὐτὸς ἔχων βερούτην δὲ αἰγαλόσεντα κεραυνὸν, 70

Kárp-

DE ORUM GENERATIO.

5

Secundo rursum Jovem, Deorum patrem atque hominum,
Incipientesque canunt Deæ, & finientes carmen,
Quam sit præstantissimus Deorum, & imperio maximus.

Porro & hominum genus, fortiumque gigantum
Celebrantes oblectant Jovis mentem in Olympo,
Musæ Olympiades, filiæ Jovis ægida habentis :
Quas in Pieria Saturnio peperit patri mista
Mnemosyne, collibus Eleutheris imperans,
Oblivionemque malorum, & solatium curarum.

Novem enim cum ea noctes mīsus est prudens Jupiter,
Seorsim ab immortalibus, sacrum lectum concendens.
Sed cum jam annus exactus, circum volutæ vero essent tempestates,
Mensibus exactis, diesque multi transacti essent,
Ipsa peperit novem filias concordes, quibus carmen
Curæ est, in pectoribus securum animum habentibus,
Paululum à summo vertice nivosi Olympi,
Ubi ipsis splendidique chori, & ædes pulchræ.
Juxta vero eas & Gratiae & Cupido domos habitant,
In conviviis : amabilem autem per os vocem emittentes,
Canunt omniumque leges, & mores venerandos
Immortalium celebrant, amabilem per os vocem emittentes.
Illæ tum ibant ad Olympum exsultantes voce pulchra,
Immortali cantilena : undique vero resonabat terra atra
Canentibus hymnos : jucundus vero à pedibus strepitus excitabatur,
Euntium ad patrem suum. Ille autem in cœlo regnat,
Ipse habens tonitru, atque ardens fulmen,

Κάρτει νικήσας πατέρεσ τον Κέρον. Εὗ δὲ ἔκφυε
Ἄθανάτοις δίέπαξεν ὄμών, καὶ ἐπέφρεδε πυρά.

Ταῦτ' ἀρετὴ Μάσσης σύειδον, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσα,
Εννέα θυγατέρες μεγάλες Διὸς σύγηγαῖαι,
Κλειώτ, Εὐτέρηπη τε, Θάλειά τε, Μελπομένη τε,
Τερψιχόρη τε, Ερωτώ τε, Πολύμηλά τε, Οὔρανίη τε,
Καλλιόπη δέ τοις δέ τοις φερετάτη θήσιν απασέων.
Η γὰρ οὐκ εἰσιλθεῖσιν αἴματι αἰδοίοισιν ὀπικῆς.

Οντινα πυρίσασι Διὸς κῆραν μεγάλοιο,
Γενόμενόν τοις δίσιδωσι διοπτερέων βασιλίων,
Τῷ μὲν θηλῇ γλώσσῃ γλυκερίᾳ χείσσιν ἔερσιν,
Τῷ δέ ἐπεὶ σόματος ρέει μείλιχε· οἱ δέ νυ λαχοὶ
Πάντες ἐς αὐτὸν ὄρῶσι, οὐδεκέποντα θέμισας
Ιθείησι δίκησιν· οὐδὲ αἰσφαλέως αἰγρεύειν,
Αἴψα τε οὐ μέχει νεκρῷ θηταμένως κατέπαυσε.
Τάνεκρα γὰρ βασιλῆς ἐχέφρενες, τάνεκρα λαχοῖς
Βλαπτομένοις αἰγορῆφι μετάπτοτα ἔργα τελεῦσι
Ρηϊδίων, μαλακοῖσι τερραφάμβοις ἐπέεσσιν.

Ερχόμενοι δέ αὐτὸισιν, θεὸν ὡς, (ιλάσκον)
Αἰδοῖ μειλιχίῃ μηδὲ δέ τοις αἰγρομένοισιν·
Οἵσα τοι Μάσσαν ιερὴ δόσις αὐνθρώποισιν.

Ἐκ γὰρ Μάσσαν οὐκ εἰκνόλας Απόλλων
Αιθρεῖς αἰοιδὸι ἔσσοντι θηλῇ χθόνα οὐκ ηγαγεισαί·
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆς. Οὐδὲ ὅλεις οὐκινα Μάσση
Φιλεῦν· γλυκερή οἱ δεσπότισμα! οὐδὲ αὐδή.
Εἰ γάρ τις καὶ πένθει ἔχειν νεακηδέι θυμῷ

75

80

85

90

95

Αζη

DE ORUM GENERATIO. 9

Vi superato patre Saturno. Bene autem singula
Immortalibus dispositi simul, & ordinavit honores.
Hæc sane Musæ canebant, coelestes domos incolentes :
Novem filiæ magno è Jove prognatæ :
Clioque, Euterpeque, Thaliaque, Melpomeneque,
Terpsichoreque, Eratoque, Polymniaque, Uraniaque,
Calliopeque : hæc autem præstantissima est omnium.
Hæc enim & reges venerandos comitatur.
Quemicumque honoraturæ sunt Jovis filiæ magni,
In lucem editumque adspexerint à Jove nutritorum regum,
Huic quidem super linguam dulcem fundunt rorem,
Hujus vero verba ex ore fluunt suavia : ceterum populi
Omnes ipsum respiciunt, reddentem jus
Rectis judiciis. Hic autem secure in concione verba faciens,
Statim etiam magnam contentionem scite dirimere solet.
Propterea enim reges prudentes sunt, ut populis
Damno affectis in foro res iterum integras restituant
Facile, mollibus alloquentes verbis.
Incedentem vero per urbem, tanquam Deum, venerantur
Reverentia blanda : eminent vero inter ipsos congregatos.
Tale Musarum præstans munus hominibus.
A Musis etenim, & eminus feriente Apolline,
Viri cantores super terram & citharoëdi :
Ex Jove vero reges. Ille vero beatus, quemcumque Musæ
Amant : suavis ei ab ore fluit vox.
Si quis enim vel luctum habens recenti dolore saucio animo

Αζή) κερδίου ακαχίμημον, αὐτὰρ αἰσιός
Μασάων θερόπον κλεῖστα πορφύρεων αἰνθρόπον
Τυμόσῃ, μάκρησές τε θεύς οἱ Ολυμπον ἔχεσσι,
Αἴψ' ὅχε δυναφρεγμέων θηλιῆς), όδε τι καὶ δέσποιν
Μέμνη). ταχέως δὲ παρέτρεψε δύρε φεύσαν.

100

Χαίρετε τέκνα Διὸς, δότε δὲ ίμερέσαστεν αἰσιόν.

Κλείετε δὲ αἰθανάτων ιερὸν γῆρακον αἰνέντων,

105

Οἱ Γῆς ἐξεχρόστοι καὶ Οὐρανοῦ αἰτησόσι τῷ.

Νυκτὸς καὶ δυοφερῆς, τοις δέ τοις αἰλιμνοῦς ἐπεσφε Πόντῳ.

Εἴπατε δέ τοις τὰ πορφύρα θεοὺς καὶ γαῖας γένοντα,

Καὶ ποταμοὶ, καὶ Πόντος αἰτησότοις οἰδματι θύσιαι,

Αιγαίο τε λαρυπτόσαντα, καὶ βεσσανὸς βύρυς ὑπερθεῖ,

Οἵ τε σκόλιοι εὐθύνοντο θεοῖς δωτῆρες ἐσάν.

Ως τέ αἴφεντῷ δοσασαντο, καὶ τοις πημασι διέλοντο,

Η δὲ καὶ τοις τὰ πορφύρα πολύπτυχοι ἔφον Ολυμπον.

Ταῦτα μοι ἔσπετε Μίσσαμ, δλύμεπια δώματ' ἔχεσσι,

Εξ αρχῆς, καὶ εἴπωτε δέ, τι πορφύρας γένεται αὐτῶν.

110

Η τοι μὴν πορφύρα Χάρης γένεται αὐτὰρ ἐπείτε

Γαῖης διένυσεντῷ, πάντων ἔδος αἰσφαλέσσει

Αθραύστων, οἱ ἔχεσσι καίρη νιφάσι τῷ Ολύμπῳ,

Τάξτασά τ' περόεντα μυχῷ χθονίος διένυσθεντος.

Η δέ Ερέ, δις καύλλιστος ἐν αἰθανάτων θεοῖσι,

120

Λυσιμελής, πάντων τε θεῶν, πάντων τοις αἰνθρόπον

Δάμνα) σὺ σήθεστι νόσοι, καὶ οὐκέπερονα βελτίων.

Εκ Χάρης δέ Ερεβός τε, μέλανανά τε Νῦξ εὐθύνοτα.

Νυκτὸς δέ αὖτ' Αἰθήρ τε καὶ Ήμέσην εὖεγένοτα,

115

125

Οὐς

DE ORUM GENERATIO. II

Tristetur, animo dolens, Poëta vero
Musarum famulus res claras priscorum hominum
Laudibus celebraverit, beatosque Deos qui Olympum incolant;
Statim hic sollicitudinum obliviscitur, nec quicquam dolorum
Meminit: cito enim deflexerunt eos alio dona Dearum.
Salvete natæ Jovis, date vero amabilem catilenam.
Celebrate quoque immortalium divinum genus, semper existentium,
Qui Tellure prognati sunt, & Cœlo stellato,
Nocteque caliginosa, quosque falsus nutritivit Pontus.
Dicite insuper, ut primum Dii & terra fuerint,
Et flumina, & Pontus immensus, æstu furens,
Astra que fulgentia & coelum latum superne:
Et qui ex his nati sunt Dii, datores bonorum.
Utque opes divisorint, & quomodo honores distinxerint,
Atque quomodo primum multa juga habentem tenuerint Olympum.
Hæc mihi dicite Musæ, cœlestes domos inhabitantes,
Ab initio: & dicite quodnam primum fuerit illorum.
Primo omnium quidem Chaos fuit, ac deinde
Tellus lata, omnium sedes tuta semper
Immortalium, qui tenent juga nivosi Olympi,
Tartaraque tenebricosa in recessu terræ spaciose:
Atque Amor, qui pulcherimus inter immortales Deos,
Solvens curas, & omniam Deorum, omniumque hominum
Domat in pectoribus animum, & prudens consilium.
Ex Chao vero Erebusque, nigraque Nox editi sunt.
Ex nocte porro Ætherque & Dies prognati sunt:

Οὓς τέκε χωαταρίμην, Ερέβι φιλόπτη μητεῖσαι.

Γαῖα δέ τοι πεφῶτοι μὴν ἔχεινατο ίσους ἑαυτῆς.

Οὐρανὸν αἰσερόεντ', οὐαὶ μην ταῖς πάντα καλύπτοι,

Ο φρ' εἴη μακάρεσσας θεοῖς ἔδος αἰσφαλὲς αἰεῖ.

Γείνατο δ' ὥρεσι μακροῖς, θεῶν χρείεντας σκαύλας

Νυμφέων, αἷς ναίσσαι αὖτις ψηστίντα.

Η δὲ καὶ αἰτεύχετον Πέλαγος τέκει οἰδματι θῦνον,

Πόντον, ἀτέρ φιλόπτορος ἐφιψέευς· αὐτὰρ ἔπειτα

Οὐρανῷ δύνητος, τέκ' Οκεανὸν βαθυδύνει,

Κοῖον τε, Κρηόν τ', Υαφέανατ', Ιαπετόν τε,

Θεῖαν τε, Ρέαν τε, Θέμην τε, Μητρούντας τε,

Φοίβον τε χρυσοσέφαλον, Τηθεύ τ' ἐρετεντού.

Τὰς μὲν ὅπλά τοιτοῦ γένετο Κεόντος αἶγαλομήτης,

Δεινότατος παύδων· θαλερὸν δ' ἄχετηρος τοκῆσε.

Γείνατο δ' αὖ Κύκλωπας ὑπότροφοι ἵπας ἔχοντας,

Βεόντιών τε, Στερόποιών τε, καὶ Αργήνοις ὀβεριόθυμοι,

Οἱ Ζεύςι βρευτίων τ' ἔδοξε, τοῦτον τε κεραυνόν.

Οἱ δὲ τοι τὰ μὴν ἄλλα θεοῖς σκαλίχιοι ἦσαν,

Μῆνος δ' ὁφθαλμὸς μέσοις ἐπέκειτο μετάπτῳ.

Κύκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμοι, ὃνεκ' ἄρετος σφέων

Κυκλοπεῖς ὁφθαλμὸς ἔεις σκέχειτο μετάπτῳ.

Ιδύς τ' ἱδὲ βίν τοὺς μηχαναὶ ἦσαν ἐπ' ἔργοις.

Αλλοι δ' αὖ Γαῖας τε καὶ Οὐρανὸν εἶχεγήσαντο,

Τρεῖς ποῦδες μεγάλοι καὶ ὀβεριοι, σόκοι ὀνομασοί,

Κόπιος τε, Βελάρεώς τε, Γύρης τ', ωφρίφανα τέκνα.

Τῶν ἐπειταὶ μὴν χεῖρες αἴπεις ἄμαν αἰσαγόντο

125

130

135

140

145

150

DE ORUM GENERATIO. 13

Quos peperit ubi concepisset, Erebo concubitu mista.
Tellus vero primum quidem genuit æqualem sibi
Cœlum stellis ornatum, ut ipsam totam obtegat,
Utque esset beatis Diis fides tuta semper.
Genuit præterea montes altos, Dearum grata domicilia
Nympharum, quæ habitant per montes saltuosos.
Atque etiam infugiferum pelagus peperit aëstu furens,
Pontum, absque amore suavi. Ceterum deinde
Cœlo concumbens, peperit Oceanum profundos vortices habentem;
Cœumque, Creumque, Hyperionemque, Japetumque,
Theamque, Rheamque, Theminque, Mnemosynenque,
Phœbenque aurea corona insignem, Téthynque amabilem.
Hos vero post natu minimus natus est Saturnus vafer, [tem
Sævissimus inter liberos : floridum autem odio prosequebatur paren-
Porro genuit & Cyclopes superbum cor habentes,
Brontenque, Steropenque, & Argen forti animo præditum :
Qui Jovi & tonitru dederunt, & fabricarunt fulmen.
Qui sane per alia Diis similes erant,
Unus vero oculus media positus erat fronte.
Cyclopes vero illis nomen è re erat, eo quod ipsorum
Rotundus oculus unicus inerat fronte.
Roburque & vires, & variæ artes erant in operibus.
Alii rursus è Tellure & Cœlo prognati sunt,
Tres filii magni, & prævalidi, nefandi,
Cottusque, Briareusque, Gygesque, superba proles.
Quorum centum quidem manus ab humeris prorumpabant

Inac-

Απλοῖσιν κεφαλαῖς ἐνέργεια πεντάκοντα
Εξ ὧντων ἐπέφυκεν διπλὰ τοιοῦτα μέλεαν.

Ιχθὺς δὲ ἀπλατός, κροταρή, μεγάλῳ στόματι εἶδε.

Οοιοι γὰρ Γαῖας τε καὶ Οὐρανὸν ἔτεροντο,

Δεινότατοι πούδεν, σφετέρῳ δὲ πάχεων τεκμῆ

Εξ ἀρχῆς. Καὶ τούτῳ μὲν ὅπερ τις κατέβη γένεται,

Πάνται διπλάρυπτασιν, καὶ ἐς φάσιν ὡς καίνοτον,

Γαῖας ἐν καθιμῶν· κρινῷ δὲ ἐπετέρπετο ἕργα

Οὐρανὸς· οὐ δὲ ὅπος συνεχύετο Γαῖας πελάση,

Στενομήρη· πολύτην ἐν πλευραῖς ἐπερράστη τέχνην.

Αἴψα δὲ πρώτουν γένος πολὺς αἰδίμαντος,

Ταῦτα μέρος σύνεστον, τούτον ἐπέφερε ποιητὴ φίλοις.

Εἶπε δὲ θαρρούσας, φίλον τεπημήρην ἦταρ·

Πεντές δέκατοι καὶ πατέρες αἰτιοδέλτι, τούτοις καὶ ἐδέλπε

Πείθεαδ, πατέρες γε παχεῖστοι ποιέμενοι λόγοις

Υμετέρου. Πρότερος γὰρ αἰσκέας μίσοιτο τέρπε.

Ως φάτο· τὰς δὲ τάχα πάντας ἔλεν δέος, τὸδέ τις αὐτῶν

Φέρεγξατο. Θαρρότας δὲ μέγας Κρόνος αἰγαλούμητο;

Αψαλπίς μέθοισι περιπέμπει πατέρας καθίνετο.

Μῆτερ, ἐγώ καὶ ταῦτα γένεται παραχρήματος τελέσαμι

Εργον. Επεὶ πατέρος γε δυσπειρίτης οὐκ αἰλεγένειο

Ημετέρης περιπέμπει γὰρ αἰεικέας μίσοιτο τέρπε.

Ως φάτο· γένεται δὲ μέρος φρεσὸς Γαῖας πελάρη.

Ειστε δέ μει κρύψασσα λόχη· ιανδικεῖς δὲ χτεινοὶ

Αρπτοι καρχαρόδοντοι· πόλειν δὲ πάντες δύνατο πάντα.

Ανδρεῖ, ἀπ' Αρκαδίης αἰλιτορεῖς, οὐ ρ' αὖτε ἔχετ' ίχθυς;

Εἴ πίντων δὲ σκένινων,

Οας ἐλαφίδης, λιπόμεαδα· δοσ' οὐχ ἐλαφίδης, φερόμεαδη,
Ου νοίσας τὸ λεχθὲν, ἔρετο αὐτὸς, οὐ, πιλέροιεν. ④ Δέ φασι,
σὺ αἰλείας μῆδης αἰγρεῦσαι μιδέν· ἐφθειείσθαι δὲ, καὶ τῷ φθειεῖσθαι
ἐλαφίδης, καταλιπτεῖν δὲ δὲ τούτην ἐλαφίδην, [ἔπι] σὺ τοῖς ἵματίοις φέρειν.

Αναμυηδεῖς δὲ τὴν μαντείαν, οὐ ποτε τέλος αὐτῆς ἕκοι τὴν βίαν,
ποιεῖ τὸ τὴν τάφον αἵντες ἐπίγραμμα· αναχωρῶν δὲ σκέπτεν, οὐ-
τοῦ πηλᾶς, ὀλιοδῶν καὶ πεσούν θητὰ πλανύραν, τελταῖος, ὡς
φασι, τελευτᾶς καὶ ἐπάφη σὺν Ιω. Εσι δέ τὸ ἐπίγραμμα τόδε,

¹ Ενθάδε τὴν ιερὴν κεφαλὴν καὶ γαῖα καλύπτει,

Ανδρῶν ἡρώων καρπήτορα, θεῖον Ομηροῦ.

ro juxta mare confedisset, adolescentes quosdam piscatum venientes fertur interrogasse,

Viri, Arcadii pescatores, habetisne pisces?

Illi autem dicentibus,

Quae cepimus, reliquimus; quae non cepimas, habemus,
Responsum non intelligens, percontatus est eos, quid dicerent;
Illi autem responderunt, in pescatione quidem se nihil cepisse;
sed pediculos venatos fuisse, eorumque quos ceperant, reliquisse,
quos vero non ceperant, jam in vestibus ferre.

Recordatus igitur vaticinii, vitæque finem sibi jam instare intelligens, sepulchri inscriptionem componit; inde vero recedentem, luctulento solo, lapsum, & in latus concidentem, tertio post die, mortuum esse dicunt, & in Io sepultum. Epigraēma autem hoc est,

Hic sacrum caput terra tegit,

Virorum Herorum præconem, divinum Homerum.

1. Huc addatur Pauli Sileniorum illud, An-

tholog. 1. 3. fol. 266.

Ἐγένετο Πλειδὴ τὸ σφέν τίκτε, Θεῖος Ομηροῦ,

Κλεπτής, οὐκ' ἀγριελέ τομός τοιούτου σπειρίδης.

Εἰ δὲ λίγη γεγονία πίστη χάδιν ἀνέρεα ποτε,

Μή τοδὲ θυμῶσθε, οὐ τοιούτης, θυμόμενος.

Καὶ γάρ ἀλπινόντα προτυγίητη πίστη Διός,

Μητρὸς αὐτοῦ ὄστιαν, διξατο Λητοίδην.


2 Γρ. ἔχει π, olim ; male.

JOHANNIS GEORGII GRÆVII

LECTIONES

HESIODÆ

I i



JOHANNIS GEORGII GRÆVII

LECTIONES

HESIODEÆ.

CAPUT I.

Ιεσιδης. Ελικοβλέφαρος. Vetus lectio Hesiodo asserta. *γενοὶ ἐλεύθερος.*
Ελεύθερος. Cur Mnemosyne illi dicatur imperare. Egregius Hesiodi locus mendā liberatus. *γλυκαρὴν χάισον ὑπότην.* Ros Achaius.
 Mel, nectar pro eloquentia. Lucianus emendatus. *Θύμος Αἴγιος.*
 Antiqua lectio Poëtæ restituta, & alius Hesiodi versus à Cratis censura vindicatus. *Μηχαναὶ.* Cycloibus cur centum manus tribuantur. Rursus Hesiodi lectio vindicata ab emendatione Seleuci. *Στενομύρη.*

V. 3. **K** *Πλίνιος ιωνία] Non ignoror iōnīs sūpē esse μέλας, violarum instar nigticans, ut apud Homerum Iliad. λ, πόντος iōnīs, niger pontus, apud alium Poëtam iōnīs nōlā, nigra nubes. Sed in fonte laudaveris potius liquidas & argento puriores aquas, quām nigras, turbidas, limosas. Hinc adducor facile ut veterum Magistrorum sententiam amplectar, qui χρήματα iōnīa docent esse iōnīs, hoc est, ἄνθεις φειτοραγώμέν, ἀνδρῶν floribus cinctum fontem, in agro floreo situm. Etymologicum Magnum: τὸν ὄντα βοτάνης, τὸν ἄνθεις παρὰ τὸ ἄνθεια ταχύ. Καὶ Hesiodus*

Πίπι Κέλυψιν iōnīa

Αρτὶ τὸν ἄνθειαν. Vide & antiqua Scholia Ayanūm in hoc carmen.

V. 16. *Ελικοβλέφαρον τὸν Αργεδίτην] Ελικοβλέφαρος & εἰλικέτην puellæ Græcis dicuntur, quæ sunt mobilis oculorum petulans-*

sia, ut Petron. loquitur, sive quæ habent, ut idem dicit:

*— blandos oculos & inquietos
Et quadam propria nosa loquaces.*

Qui hinc Ovidio dicuntur argussi. Aliter plerique sentiunt, & exponunt: nigros oculos habentes. Sed ea vera est quam dixi hujus vocis notio, quam facilè pluribus confirmarem nisi res ipsa loqueretur.

V. 28. *Αλεθία μαθίσαδη] Antiquorum scholiorum auctor notat in quibusdam libris fuisse γηρίδην. quam lectionem non temerè damnem. Sciunt enim qui Veterum Scripta cum judicio versarunt, rariora & exquisitora semper fuisse expuncta, & pro iis supposita trita, & ab usu vulgi minus remota. Μαθίσαδη alterius est glossema. Hesych. γηρίδη, φτίγγιδη, λίγην. Hesiodus in ἔγγοις, v. 257.*

*Αὐτὸς τοὶς Δίτι περὶ ταῦτα οὐδὲν Κεριάνι
Γιμντέται εἰπεῖν αὐτοῖς τοῖς.*

*Statim apud Jovem patrem confidens
Saturni filium exponit hominum iniqui-
tatem. Nec est quod quis modulum
syllabæ objiciat, quasi tertiam ante ul-
timam habeat brevem. Qui Græcos
Poëtas non negligenter legerunt norunt
ancipitem esse hanc syllabam in pleris-
que hujus notæ verbis, ut in Δακτύοις, ἀνά,
ἀρισταῖς, μηνίοις, in ἀνείσοις perpetuò ferè pro-
duci.*

v. 54. *Γυναικῶν Ελευθερῶν μηδένα] Fer-
tilitati Eleutherorum imperans, hoc est,
fertilibus Eleutheris. Superius in ἐργοῖς,
νῦν δοῖς, pro νῦν δοῖς. Eurip. αὐτοῖς
πόδος, pro τοῖς αὐτοῖς. quæ loquendi
genera Hebræis, & qui eorum idiotismis
gaudent, Græcis Scriptoribus Novi Fo-
deris sunt perfamiliaria. Apud quos μη-
δέν καρύματος, est κίνημα μηδέν, μηδέ
ἀδημα, pro μηδέ αδημα. de quibus fusè
viri docti. Eleusinæ est urbs in confiniis
Atticæ & Megaricæ propè Platæas, quæ
postea in numero multitudinis dicta E-
leutheræ, ut sequentibus temporibus Pla-
tæa, quæ Homero Platæa. Nomen fer-
tur accepisse ab Apolline Eleuthere. Ste-
phanus de urbibus: Ελευθεραὶ πόλις Βοιω-
τίας καὶ Ελευθεραὶ τῷ Απόλλωνι. Mnemo-
syne illi dicitur imperare, qm̄a ibi culta
fuit, & fortè templum habuit. Horatius
de Fortuna:*

*O diva gratum que regis Antium.
quia Antii templum erat celebre For-
tunæ.*

v. 59. *Μήνων πομπῆς] Exactis men-
sibus. Virg. III. Georg. 139.*

*Exactis gravidae cùm mensibus er-
rant.*

Aurel. Victor. *Tum exactis mensibus
geminos editos. Plaut. Amphit. III. 2.
Menses tibi exactos vides. vulgo malè
exponunt: mensium decrementum.*

v. 83. *Τῷ μὲν γάλασσῃ γλυκαρίν χάσμαν ἀσ-
τριν.] Quid Regibus cum cantilena? Poëta-
rum hoc donum est, quibus paullò post tri-*

buunt γλυκαρίν αὐτὸν, non Regum. Tam
celebrem locum, tam πάνθημα, ut cum
Luciano loquar, tam diu in mendo cu-
buisse, nec id animadvertisse viros do-
ctissimos, præsertim cùm antiquorum
scholiorum auctor veram servaverit le-
ctionem, quis non miretur? Ille verò
pro ἀστριν legit ἔρων.

*Εέρων] Εέρων, inquit, οὐ δρόσος κυεῖας.
νῦν οὐ μεταφεροῦ τὸ μένι. γλυκαρίν ἢ τὸ γλυ-
κύ ἢ ἀπαλὸν τὸν λέχειν. sic scriptissime Hesi-
odum dubitare nos non finit Theomistius
in Protreptico ad Valentinianum Junio-
rem, quæ est inter orationes numero un-
decima, ubi non solum vera Hesiodi
scriptura retinetur, sed &c exponitur.
Nam cùm versus hos ut olim scribeban-
tur, recensuisset: Παπαῖ, inquit, ἡλίκον
ἄειδοντας τοῖς βασιλεῦσι ὁ ποιητὴ, εἰ
μὴ τὸν μικρὸν ἀμελάτην. Πρῶτον μὲν αἰδίου εἴ-
τες ὄνομάτην, &c. τοὺς διορθεῖς ὄνομάτην τὰς
βασιλίας τὰς τὸν τὸ μικρὸν ἀμελάτην, τὸ γύναι-
δικόν τον αὐτὸν τὸν τὸ γλατῆν δρόσον γλυκαρίαν,
τὸν λέχειν τυχόμενον τὸν ἀριθμὸν λέχειν τὸ δρόσον.
Papæ quamquam bonorum copiam Poëta
regibus conciliat, nisi Musas contem-
pserint. Primum enim venerandos illos no-
minat, &c. Præterea reges ipsis, quos
Musæ respexerint, alumnos Jovis ap-
pellat, &c ex illorum lingua suavissimum
rōrem distillaturum confirmat, utiles ac
fructuosas orationes roris nomine signifi-
cans. videndus integer locus, qui hos
sex Poëtæ versus egregia paraphrasa illu-
strat. Totum enim exscribere nec vacat,
nec lubet. Sic ros Achæicus in Catale-
ctis Virgilii, est eloquentia Græca, At-
tica:*

*Ite binc inanes Rhetorum manipū, ite
Inflata rōre non Achæico turba.*

Sic bene Scaliger & Turnebus emen-
dant, hoc est, Rethores Latini, qui lo-
quaces tantum estis, sed expertes & ru-
des veræ illius Atticæ eloquentiae. Ei-
gor autem hic pro melle poni rectissime
Scholiaestes notavit. Mel verò & nectar
Poëtis sapissimè est eloquentia. Ovidio:
Ne-

Nelcia mella Nestoris eloquentia. Antiquus Poëta:

Cujus Cecropio pectora melle madent.
Symmachus: *Affluebat enim multo melle facundiae, quod auctum tecum doleo.*
Licentius ad Augustinum:

— reputans quæ pectora in alto
Conceptum in lucem vomuisti nectareum mel.

Vario Atacinus:

Piero liquidam perfundis nectare mentem.

Lucianus in libro quomodo scribenda historia ferè eadem ratione herbam, ex qua mel apes conficiunt, pro eloquentia ponit. Sed locus est corruptus, Επειγος οὐ Θεούδην γέλαστην ἀρχὴν τοῦ μέλαντος πολέμου τοῦ ἀρχῶν, ὡς ἔκεινος οὐ τοῦ εἰαυτοῦ ὄντος πρέπει, γέλαστην ἀρχὴν ἀποστοῖ, οὐ δυνός τοῦ Αἴτιον διανοίαν. Interpretes sic reddunt: *Alter summus Thucydidis imitator valde similis archetypo cum suo nomine principium dicit, ut ille festivissimum illud principiorum, animamque Atticum spirans. Profecto non minus festivi sunt librarii simul & Interpretes, qui exordio tribuunt animal Atticum, quam historiographi, qui putabant se egregiè referre Thucydidem, si nomen suum præponerent ipsi suæ historiæ, ut Thucydides. Lucianus scripsit: γέλαστην ἀρχὴν ἀποστοῖ, οὐ δύπος τοῦ Αἴτιον διανοίαν. elegantissimam omnium exordiorum, & thymum Atticum redolens. Nihil certius. Quid thymo Attico decantatus, unde mel Hymettium?* Plin. XXI, 2. *Mellis Attici summa laus in toto orbe existimatur. Ergo translatum est ex Attico thymum. Sed alia ratio naturæ obſistit non durante Attico thymo, niſi in afflato maris. Eubulus.*

Kai σάφιον θύμον την Τρυπτίαν.

Silphium & *thymum Hymettiorum.* Sed de hac emendatione in nostris observationibus plura dicemus.

v. 91. *Ἐρχόμενος δὲ ἀρὰ ἀστοῦ] Legitur in aliis exemplaribus ἀράγοντα, testante scho-*

liorum Auctore. quam lectionem superiorius asserimus ad v. 312. *Ἄστος.* Non tam per urbem euntibus, quam in concessionem venientibus Regibus hic cultus tribuebatur. Non quidem ignoro Reges olim urbes ingredientes divinis fuisse honoribus exceptos, inter aras, victimas, ardentesque tædas incessisse: sed antiquissimis illis Regibus, quorum regna finiebant intra patriam, honores maximi in concessionibus, ludis, & spectaculis praestabantur. Quis nescit etiam longè post in Gracia magna virtutis & doctrinæ præmia ac honores, si cui erant exhibendi, (de agonistis nunc non loquor) eos in sacris illis ludis fuisse exhibitos meritis?

v. 93. *Οὐα τοι μυστῶν]* Antiqua scholia legunt. *οὐα τοι μυστῶν.*

v. 94. *Ἐκ τοῦ μυστῶν]* Non in illis ipsis scholiis solum; sed & in Didymi, ut volunt, expositionibus ad Homeri Iliad. a. v. 176. *scribitur: ἐν γάρ τοι μυστῶν.*

v. 118. *Γαῦ τούτους γένεται]* Interpretes: tellus lato pectora prædita. sed τούτους hæc generaliter est τύπος, lata, latè patens, quod perpetuum terræ epitheton, sicut & τύπος, quod itidem ineptè redundat terra latas vias habens.

v. 142. *Οἱ δὲ τοι τοῦ ἄλλα]* Crates delevit hunc versum, & pro illo suppoluit istum:

Οἱ δὲ ἐξ ἀδανάτων δινοὶ τρόποι αἰδίνεται. causa hæc est. quia Cyclopes fuerint mortales, non dii, nec diis similes. Inde postea ab Apolline interempti, teste Leucippo in Catalogo. Sed hæc vis est. Quasi non plures commemorentur in hoc libro, qui ex diis sati mortales tamen nati fuerint. Cyclopes autem diis similes erant robore & statura magnitudine, non immortalitate.

v. 146. *Ιπός τ' ἀδελφὸς, οὐ μαχαρᾶς ἵππος ἐργος]* Μαχαρᾶι sunt dolii, fraudes, non molimina, ut Interpretes. Hinc μαχαρᾶς ἐργος Euripidi est dolorum consutor. Plaut. *Machinari machinam,* dolum commissi.

nisci. Apud quem frequenter machina est fraus, fallacia.

v. 150. Απ' ἄλλων διαφορῶν] Variè vertitur. optimè, si quid video, ab humeris prorumpabant. Non Græci solum Hesiodi Interpretes, sed & nostræ ætatis viri docti nescio quas frivolas comminiscuntur rationes, cur his terræ filii tribuantur centum manus. Mihi exploratum est hoc commento nihil aliud significasse Veteres quām hominum illorum violentiam, ferocitatem, & injustitiam. Erant χειρόδικοι, nihil divini humanique pensi habebant, omnia vi & manu agebant; omne eorum jus & opes in armis sitæ erant. Χεῖρ, ut Latinis manus est vis, ut supra noratum. Tales fuisse illos gigantes, qui ante diluvium καθηλώκου commemorantur à Mose, non tam corporis stupenda mole, quām ferocitate, superbia, violentia, injustitia insignes, Gennadius, Theodoretus, Johannes Damascenus, pluresque alii docent. Tot manibus, ut solent semper fabularum lata esse incrementa, postea etiam tot affinxerunt capita. Vide Heraclitum εἰς ἀπίστων cap. II.

v. 155. Σελεύκης δ' ἔχοντο τοῦτο] Non assecuti sunt sensum Poëtæ; qui reddi-

derunt: *suo verò infensi erant parenti; cùm velit: à suo infestabantur parente.* quia fata cecinerant filios eum regno exuturos, hinc infestus erat liberis. Hi verò non antè succensuerunt parenti, quām à Tellure matre certiores essent facti facinoris, quod in eos coetus moliebatur. ἔχονται est μούμαι. Homer. O. Iov. 5.

Ηχεῖν πάντα διέτο,
Infestabatur ab omnibus Diis, invisus erat omnibus Diis. Quod rectè veteres Grammatici præcipiunt esse ab ἔχονται, non ἔχονται.

v. 160. Στενοχόην] Seleucus scribit: ἔχονται. Sed hoc ipsum est στενοχόη, ut in illo Poëta: στενοχήν τείνον, dolens super mortuos. In tristitia enim cor contrahitur & angitur. Inde Cicero tristitiam definit opinionem recentis mali præsentis, in quo demitti contrabique animo rectum esse videatur.

v. 176. Λυκρίδης Νοτίοις ιπποτοῖς
ἴσχυροι] Vertunt: Undique verò Tellari cupiens amorem imminebat. Obscurè, & parum Latine. Ιπποτοὶ οὐλητοὶ, est flagrans cupiditate consuēscendi, concubitus. Φιλότης enim αὐτοῖς, ut millies apud nostrum & Homerum.

C A P U T II.

Hesiodus saepius emendatus, ut & Hyginus & Apollodorus. Μετα-
χέοντος. Νύξ. Ζόφος. Αεροι cur Syri antiquis Græcis Scriptoribus
sint dicti. χαλκεόφανος. λύγε εἰδεῖα.

v. 188. **M**Ηδία δ' ὡς τὸ φέρων λαντυκέας,
αἰδίμαντον
Κάλλας' ἐπ' Ηπείρῳ] Assentior Commelino, aliisque scribentibus: αἰδίμαντον. Falx enim non abjiciebatur, & in ponto ferrebat, ut vulgata lectio & versio præse fert, sed natura Cœli. Interpunge:

Μάδια δ', ὡς τὸ φέρων λαντυκέας αἰδί-
μαντον,
Κάλλας' ἐπ' Ηπείρῳ,
hoc sensu:
Testesque, postquam ut prius (scilicet
dilectum) resecuit ferro,
Projectit in Epirum.

v. 227. Λέων τι, Λαμπάν τι] Scribe: Λι-
μὸς ex Diacono & veterum scholiorum
Auctore, quos non inspexit Commelini-
nus, cùm pro Λέων olim λυμὸς scriptum
fuisse tradat. Λέων omnes agnoscunt, non
verò λυμὸς.

v. 245. Κυμαδία, Σπηλώπεια, Θελή τ'
ἐρόσια] Pro Κυμαδίᾳ corruptè apud Hygi-
num legitur *Cymothoea*. Θελή verò non est
epitheton, sed nomen Nereidis, ut ex
antiquis scholiis apparet: Θελή περιτάτη,
Hygin. *Nesaea*, *Spira*, *Theoc.* Apud aucto-
rem tamen bibliothecæ, qui Apollodorus
esse dicitur, hæc Nympha omissa est, ut
aliz plures: sicut contrà leguntur ibi
alia Nympharum nomina, quæ nec hic
nec apud Hyginum extant. Nostræ le-
ctioni non obstat, quod copula deside-
retur. Desideratur & v. 250.

— Καὶ Πρωπομέδια,

Δωρεῖς, οὐ Πλάτων, οὐ σύνοδος Γαλατία.
Inferiū v. 340.

Φάγη τι, Ρύσσον τ', Αχλοδίον ἀργυροδίον.
Istam lectionem postulat quoque numer-
sus Nympharum. Si enim hanc expun-
gas, erunt tantum novem & quadragin-
ta.

v. 245. Μελίτη] Apollodorus suppo-
sititius: Μελίτη. Nihil muta. Homero
quoque Μελίτη dicitur, & Virgilio *Aen.*
5. 825. Pro Εὐλιάθη vitiosè Hyginus
Clymene. Jam autem enim hujus Ne-
reidis meminerat. Bis enim illud no-
men occurrit in indice illo Nereidum
Hygini.

v. 247. Εὐρίκη] Melius apud Apollod.
Εὐρίκη. Corruptè apud Hygin. *Euridice*,
quæ nullum inter has marinas Nymphas
locum habet.

v. 248. Πρωτῶ] Atqui hæc superiùs v.
243. fuit commemorata. Certum igitur
aut hic aut ibi hoc nomen esse corru-
ptum. Forsan legendum Κερτῶ, quod
Nereidis nomen apud auctorem Bibliothecæ.

v. 249. Πρωπομέδια] Apollodorus, Πρω-
πομέδια.

v. 255. Ηΐβην] Sic & legendum apud
Apollodorum, ubi male Ηΐβη. Pro Γλαυκο-
νέην, idem auctor Γλαυκοδόν.

v. 256. Ποτητίρη] Relitue hoc no-
men Hygino, ubi male legitur *Panopea*.
Panopes paullò antè meminit, quamvis
corruptè vulgo legatur in editis *Panope*.

v. 258. Πιλινέην] Apollodorus Πιλινέ-
ην. Pro Λινεάθηα mendicè Hygin. *Ala-
miffa*.

v. 261. Εύπικη] Apollod. Εύπικη, &
pro Περιπέη malè Πιύρη. Et v. seq. pro Νη-
μερτη vitiosè apud eundem scribitur:
Νημερης. Hygin. *Nimertis*.

v. 269. Μεταχέρων δ' ἄνθην] Hoc est,
sublimes feruntur, volant. Interpretes: *in*
cælo enim degentes volant. Ergo Har-
pyiae in cælo habitant? *Μεταχέρων* est
μετάχειρ. Apollonius Argonaut. II. 589.

Τὰς δὲ μεταχέρων περιφέρει,
In alio autem sublimes ferebatur. Et
Lib. IV. 952. de pila: *καὶ τὸ κέρα πάντα*
δὲ μεταχέρων. *Et in aërem projicit alle*
sublimes. Scholia ad priorem locum. Τὰ
μεταχέρων οὐκαντὶ δὲ μετισχεῖν.

v. 270. Γραιας τέκνα τελλυπάρην] Quo-
modo Graecæ sunt τελλυπάρην cùm sint
canæ natæ, unde & χαῖδι dicuntur. Γραια
enim est vetula. Scribendum omnino
τελλυπάρην, ut sit Cetus epitheton, quod
& superiùs versu 238. ei tribuit. Ubi
tamen male scribitur Καδε, quamvis &
apud Hyginum Cetho sit. Hunc locum
sic emendandum esse vidit olim Seleucus
apud scholiorum consarcinatorem,
cujus auctoritas hic non fuit respuenda.
Verba scholiorum adscribam ut corrigi
debet, in editis enim sunt corrupta.
Φέρκω] Φέρκως δὲ ἐπαρχοῦσθι οὐδέποτε. Κητῶν δὲ
βάρδος. Γραιας δὲ τὸν ἀρχέν. ἄμεινον δὲ γεράτη
τελλυπάρην, οὐδέποτε Κητῶν τὸ ἐπίθετον.

v. 271. Πρεστοκτόνος] Hoc est, οὐδέποτε
οὐδέποτε, ad occasum, quia ibi solem Oceano
mergi, & noctem oriri credebant. Apud
Homerum tamen ζεὺς est septentrio,
secundum Aristarchi & Strabonis senti-
tiam, quem vide lib. X, & Merici
Casau-

Casauboni V. Cl. diatriben de Hackiana Homeri editione. Versu præcedente mirum cur Interpretes omiserint πύρ, quaque ratione multos in fraudem deduxerunt, qui hac versione persuasi crediderunt Hesiódum Gorgonum sedem locasse in Africa. Verum ego nullus dubito quin significaverit Gorgades Insulas, quæ sitæ sunt contra Εαστική xīpē olim, nunc Caput Vitide dictum. Ex enim à Gorgonibus nomen hoc acceperunt, quod illas coluisse ferantur hæ pueræ. Iis etiam vicinæ sunt Hesperides. De quibus vide antè v. 215.

v. 283. Οἱ δὲ χείροι] Noli credere Latinis Interpretibus, qui hic denud sensum auctoris non perspexerunt, cum vertunt: *ceterum bic ensem aureum tenebat manibus caris*, quasi ad Pegasum pertineret. Atqui de Chrysaore loquitur, cuius nominis reddit rationem, sicut in præcedente versu Pegasu. Inde opponitur τῷ μὲν ἡ Ν. Pegasus dictus quod ad οὐρανὸς Oceani natus sit, χείροις, quod manibus teneret, cum ederetur, χείροις ἀρ.

v. 304. Εἰν αἰγαῖσι] Apud Syros. Græci magistri temere hic affirmanτ Aegia montes esse Ciliciæ & Lydiæ. Arimi enim Homero & antiquissimis Poëtis Syria dicuntur. Strabo fine lib. XVI. Λέγει γὰς τὰς Αἴγαιas ὁ ποντικός, τὸς πατοῦς Ποσειδῶνος γένεσις μὲν μὴ τόποι πατεῖ Σείεις, τῷ δὲ Κιλικίης, ἢ ἄλλοι ποτε γένει, ἀντὶ γὰς τὸ Σειληνὸν αὐτὸν. Nominat etiam Arimos Homerius, quos Posidonius docet accipiendo non locum aliquem Syriae, vel Cilicie, vel alias terræ: sed Syriam ipsam. Ferebatur autem Typhoeus occisus esse in Syria ad Oronitem fluvium, qui propterea Typhon dictus est. Idem Scriptor eodem loco: Οερίτης τὸ οὔμα τὸν τῇ γεφυράντος αὐτὸν Οερίτης μεταβατικός, γελάθης αράγοντος Τυφάν. Mußeūs δὲ οὐταῦδε τὸ τῇ αἰεὶ γεφυράντον τὸν Τυφάνον, γὰς τὰς Αἴγαιas. Oron-

tes cum prius Typhon diceretur mutato nomine ab illo qui in eo pontem fecit, Oronites est appellatus. Huic loco Typhonis fulmine iicti fabulam affingunt & Arimos. Alii tamen & plerique Latini Poëtae Insulam Campaniæ littoribus adversam Inarimen, quæ & Ænaria dicuntur, Typhonis antro adsignant decepti similitudine vocis. Ut verò rectè docuit Strabo Αἴγας esse Syros, sic docere non potuit, cur olim Syri dicti sint Αἴγαι, & quæ sit hujus appellationis causa. Perabsurda enim sunt quæ de illa prodidit. Hoc verò nuper admodum didicimus à Viro Maximo, Samuële Bocharto, qui in Geographia sacra ostendit hoc nomen antiquissimos Græcos accepisse ab Hebræis, quibus Syria dicitur Aram à conditore suo Aramo Semi filio. Inde Bethuel & Laban Aramæi Genes. XXV. & Syriae regionibus Aram præponitur. Aram Nabarajim, Syria duorum fluviorum apud Sacros Scriptores est Mesopotamia. Aram Damaseck, Syria Damascena. Vide ipsum Lib. II., cap. 5, & 6.

v. 310. χαλκόβραχος] Hoc est magna voce. Interpretes: ænea voce. Hesych. χαλκόβραχος, ιχθέρων. Stentori Homerus tribuit. Superius in Aenei v. 243. χάλκιον ἐγένετο. Vehementer acutè clamabant. Homerus:

Οἱ δὲ ὃς ἦν ἡστὸς ὅπα χάλκεον Αιακίδε. Hic verò ut audierunt vocem magnam Achillis. Vide quæ de hoc loco notavit Porphyrius Quæstione VI. ad Hom. Virgilio eadem tralatione: vox ferrea, Lucretio, vox ærea.

v. 312. Λίχος αἰδηνός] Poëticum dicendi genus pro λίχος, ἀλίθιος, perniciosam. Superius in ἴργον, σει τούτα εἰδὼς, prudens. Nec abhorret longè ab hoc illud quod notavimus in Aenei, λευκὴ Sternus, pro leuca.

C A P U T III.

Vetus lectio reposita in Hesiodo. φίξ' ὄλον. Φίξιον. Picati. Βοῶπις. Hesychius emendatus, & Dracontius. Βάπτιος. Catulafter. Hesiodo medela. Αρρέστης ζεφυρός. Hesiodus emendatur, & alio loco exponitur. Γλαυκή.

v. 326. $\sum_{\text{φίξ'}} \text{όλων}$] Reposui veterem lectionem ex antiquorum scholiorum auctore. qui legit φίξ' ὄλον, & explicat φίγη φίλον. addit porro Boeotos dixisse φίξη, unde φίξιον locus ubi Sphinx astatem egerit. Huic Euripidis Scholiafest adstipulatur in Phoenissis, qui tradit φίξιον ὄφος à Sphinge dictum esse, ipsamque à Boeotis vocatam φίγη. Hinc & Latinis picati dicti, quorum pedes formam Sphingum habebant. Festus: *Picati appellantur quidam, quorum pedes formati sunt in speciem Sphingum, quod eas Dorii phicas vocant.* Sic φίξιον τίπος phiceum monstrum dicitur Sphinx apud Lycophronem Cassandra, v. 1463. Φίξιον verò est mons Boeotiae, cuius meminit in Aenei, v. 31.

— τάχα δ' ἵξε πυράντος, τόδεν αὖθις,
Φίξιον ἀκέρτατον περούσιστο μητίτα Ζωΐς.

Celeriter pervenit in Typhaonium, unde rursus ad Phicium summum accessit sapiens Jupiter. Stephanus de Urbibus: Φίξιον ὄφος Βοιωτίας ἡ Ἀρά διρρόρη, καὶ ἡ Ἀρά βεδάνης τὸ ί. vide & Plutarchum in libello, quod bruta ratione urantur. Aeoles postea præposuerunt σ., sicut pro φάσι, φάσι, pro μέρο, σφέρο, pro μῆ, φῆ, sic & pro φίξιον, φίξιον. Sic enim ille mons appellatur apud Palæphatum in MSS. in editionibus perpetuam φίγην scribitur.

v. 330. Ελεφαίρη] Benè Grammatici, ελεπτίον. Hesych. εἰλεφάριδος, βλάχα.

v. 336. Εκ κητῶν καὶ φίξιον] Rectius alii φίξιον, ut Homerus Odyss. a. 72.

& alibi. Vide Eustath. ad Il. 8, v. 862. sed hoc & alii observarunt.

v. 352. Πλαστόν] In nonnullis codicibus extitit πλαστόν, ut veteres testantur.

v. 355. Πλατόποτος βοῶπις] Turpissimè Interpretes: *Pluto bovinis oculis.* Vel pueri norunt βοῶπος esse magnos oculos habens. Omnia enim magna Græci βοῶπος vocant, ut & prisci Latini. Hinc elephanteum dixerunt βοῶπον *Lucam.* Sic Græci βόεινα apud Hesych. βόλιψος apud Erasistratum est μέγας παιδός, magna famēs, βοζάρος, μεγάλωχος jactator: βότης, quod legitur apud Alciphronem ep. 62. est μέγας παιδός puer adultior. Hesych. βότης, νίγρος μέγας, ἀφίλος, μέγας παιδός ἡ ιχθύς, scribe ιχθύς. Glossæ veteres: *catulafter* βότης. Aliæ ἀρτίποτος *catulafter.* quæ vox Dracontio restituenda. In lib. II, v. 191. in editis legitur:

Non catulastra gerit puerilis, non

puer audet

Atrectare tener Martia tela manu.

Legendum: *Non catulafter agit puerilis.* Loquitur ibi de variis hominum pro distincta aetatis ratione studiis. Catulastræ autem sunt pueri grandiores, qui incipiunt *catulire*, hoc est, ad venerem incitari. Inde & Catulli nomen. Oculi verò magni inter præcipua pulcritudinis περιφέσια. Liban. Progymnasi. Ομηρος Ιρδοῖς αδεια βούλημος ὁς εἴποις ὅφελμος τῷ Ηρακλοῖ τοι μεγάλα πι, βοῶποι αὐτὸν ἐγέλεισα. Homerus offendere volens quod oculi Junonis

*nus magni essent & pulcri, bovinos ocu-
los eam habere dixit.*

v. 375. *Κείω δὲ Εὐρύβιη τίκτει*] Sic & Interpretates: *Crio autem Eurybiae peperit.* Igitur Crio est foemina, Eurybia veritas? Attamen superius Hesiodus ostendit Eurybiam esse filiam Ponti. Quid tricamur? legendum: *Κείω δὲ Εὐρύβιη τίκτει.* Vedit hoc etiam Commelinus, nisi quod pro *Κείω* male scribat *Κρέιω*. Sed *Κείω* dicitur & Apollodoro, & Scholiis antiquis, & Euripidis Interpretari.

v. 379. Αργέσην Ζεφύρον] Argēsēn hīc non
est Caurus, sed Zephyri līdēsēn. Inseriūs
v. 870.

Νέστι Νέτε, Βόρεια τε, καὶ ἀργυλεῖα Ζιφύρειο.

*Præter Notum & Boream: & ce-
lerem Zephyrum.*

Homerus Iliad. λ, v. 307.

Ἀργέσαο Νότοοι βαζεῖν λαίλαπη τύπων.

Celeris Noti uebemente procella ver-

berans.

Scholia antiqua ad hunc locum Hesiodi:
Αργέστην τὸν ὄχην καὶ ταχὺν, καὶ πεπλαγέν τινα.
Hesych. Αργέστο Νέστος. τῷ ληγούμενῷ λευκό-
ντος. πήδες δὲ γελάτιναι. Οὐάρηρος γὰρ πλάνας οἵδιαν
ἀνέψιες. τινα δὲ ταχύτερον. Sed quam Hesy-
chius damnat expositionem, eam probat
Strabo lib. I. quem vide.

v. 417. *Ἐρδον ἵετα καὶ τύμπανα*] Est sacra faciens secundum patios mores & consuetudinem, ut in *Carmínibus aureis*, quæ Pythagoræ adscribuntur: -

Αθανάσιος μὲν αρχότα θείας τρόπου ἡσ. Μάκης),
Τίμα.

Immortales quidem Deos primo secundum patrie consuetudinem, Venerare. nonne dixit Prophyrius loco supra laudato.

v. 430. Εν τῷ ἀγορᾷ λαοῖς μετατίθεται, π
καὶ ἴστανται] Sic legunt editiones recentiores: & vertunt: *Inque concione inter*

bomines eminet, qua scilicet voluerit.
Heinsii editio major: *ār x' Wānon*, Inter-
terp. *quorum scilicet vult.* Sed utraque
lectio non est unius aesis. Quem enim
commodum sensum inde conficeret?
Reponenda est veterum librorum & edi-
tionum lectio, quam temere commuta-
vit Commelinus, ut ex notis ejus editio-
ni præfixis videre est: *Hic pro īr'*, in-
quir, *reponimus ī r'*, & *pro ār x' ār x'*.
Sed *ār x* non erat de sua sede deturban-
dum. Subauditur enim *μετατέτατην*. Sen-
sus est, in concione inter homines excel-
lit quemcumque voluerit excellere He-
cate. Ejusdem sententia versus est in
initio *Ephor*, quod me docuit Vir sum-
mi ingenii & eruditionis Johannes Fri-
dericus Gronovius, cui quantum debeant
hæ reconditæ literæ nemo ignorat, nisi
barbarus, & omnis humanitatis expers:
Or nū 2/3 βροντή ἄρδεις ὅμως ἀπαντή το φα-
τού τη.

Per quem mortales homines pariter sunt obscuri clarique. Nobiles ignobilesque sunt Jovis magni voluntate. Sic hic locus ex sententia doctoris nostri est interpungendus. Δίὸς μεγάλοιο ἔκπτωτον, idem est quod hic dixit θεός καὶ διάβολος. Jupiter nobiles & ignobiles, claros & obscuros facit, quos vult. Omnia nunc sunt liquida, discussæ omnes tenebræ, quæ viros doctos exercuerunt, qui prava distinctione induiti sibi persuaserunt, Δίὸς μεγάλοιο ἔκπτωτον abundare, & ominis causâ tantum esse appositum, quia nihil sit quod referatur. Sed nunc quid referatur nemo non videt.

v. 440. Οἱ γλαυκοὶ ματίφρενοι ἤράζο-
μ] Γλαυκός simpliciter est mare, Latinis
cœrulea. Virgil. *cœrula verrant*. Inter-
pretes: *glaucom mare*.

C A P U T IV.

Hesiodus emendatur & ejus antiquus Scholia stes. Αἰγαῖον ὄρος. ιερὰ πόλις. ιερὰ πύτε. Κύβρα. Stephanus emendatus. Γύαλα παρηγοῦ. Mos Veterum in Deorum statuis, templis, aris ornandis lana. Cur Homerum Plato è Republica sua ablegans voluerit ornari lana. Locus Hesiodi ex conjectura emendatus. Παράθετο. Chaos. Hesiodus interpunctione emendatus. Επανή. Lucianus correctus. Ωρόγενος. Εργυματα ἔχει. Hesiodus emendatus & antiqua Scholia. Μαζανῆρα. Horæ pulcritudinis præfides. Ορείς. Ορεῖος. Χρωστίπηκες. Αμαντές. Ανάγκης. Mitræ sunt fasciæ, & barbararum mulierum cultus. Σπεθάνα. Vetus lectio Hesiodi restituta. Εργανίδημος. Αφροδίτη νύχιος.

v. 485. **A**ρχέων ἦ τὸν] In Cappadocia mons Argæus est, cuius meminit Claudianus, Plinius, alii. In Creta autem frustra quæras montem hoc nomine. Nullus enim in illa reperitur. Itaque in animum induxi meum jam dum reddendam esse Poëtæ lectionem veram, quam servavit παλαιῶν χορῶν Scripтор. Is legit: Αἰγαῖον ἐτὸν, aitque sic Cretam dictam olim à capra Olenia Jovis nutrice quasi Capræ montem. Αἰγαῖον ἐτὸν] Σημεῖον δὲ τὸν καὶ ἐπὶ τοῦ αἰγαῖον ἐγέλεσθαι τὸ Διὸς, ἐπεὶ αἴγα θίνεσσιν. ἀφ' ἣς καὶ Κέρτη αἰγαῖος ὅρος γελεῖται, καὶ Αἰγαῖον τὸν εἰών τὸ Ιδαῖον γελεῖμνος. Οὗ Ομηροῦ in Τιδεῦ ὅπλα τὸ αἰγαῖον αἴγαζεν αὐτῶν ἐγέλεσθαι. Nola quod Εγιστε (nimisrum Hesiodus) Αἰγιοκbum dixit Jovem, quia capre ubera suxit. A qua etiam Creta appellatur Capre mons. Et à nonnullis Αἰγαῖον dicitur mons Ida. Homerus ab ejus armatura agide ipsum Αἰγιοκbum dixit. Sic hic locus est restituendus, qui flagitosè corruptus est in editionibus. Hanc lectionem confirmat quoque Theon ad Aratum, apud quem & ipsum olim sic lectum fuit in his versibus:

Δίκτη ἐτιθέσθαι, ὅπερ γέδει Αἰγαῖον
Αιτημένην.

Sic enim scriptum fuisse, non ut nunc γέδει Ιδαῖον, his verbis testatur: Τιδεὺς χάρασσος, γέδει Αἰγαῖον, παρεῖ Ηοΐδει λαβόντες φάνοντες τὸν Δία ἐτοιχεῖσθαι παπυρωμάτῳ ἐν Κρήτῃ γελεῖμνος. Hinc & H. Grotius conjicit apud Aratum legendum esse Λιάτην, ut huc apud Hesiodum. Sanè apud hunc scribi debere Αἰγαῖον luce clarius est. Montem Αἴγæum in Creta quia ignorabant, idèo apud Aratum, ut sequentibus prodit Theon, expunctum est & Αἰγαῖον & mutatum in Ιδαῖον. Sanè sic olim scriptum fuisse licet ex Scholia stes antiquo Arati discere ad v. 32. Ο μη τοῦ μείζοντος Δίκτη ἐτιθέσθαι ὅπερ γέδει Ιδαῖον. Qui cum ludentem in Dicta bene olente, prope montem Ιδαῖον. Τιδεὺς χάρασσος, γέδει Αἰγαῖον, παρεῖ Ηοΐδει λαβόντες φάνοντες, τὸν Δία ἐτοιχεῖσθαι παπυρωμάτῳ ἐν Κρήτῃ γελεῖμνος. Quidam huc scribunt γέδει Αἰγαῖον ex Hesiodo id sumentes qui dicit, Jovem in Αἴγæo monte in Creta nutritum. Sed addit idem, Si in Creta nullus est mons Αἴγæus, præstat conqueſtare in lectione vulgata apud Aratum,

& aliter illum locum interpongere. Alius est *Ægæus campus*, *Aījāor mōior*, sed ille campus fuit in Phocide, de quo vide Stephanum de Urbibus in *aījāor pīlātōr*, & quæ illic notarunt viri docti. Mons *Ægæus* est is ipse, mea quidem sententia, qui à Ptolemæo vocatur *īpā mīrā*. Inde sancta rupes dicta, quia in illius antro credebatur custoditus & enutritus fuisse Jupiter. Erat collis Idæ, qui poste ab urbe in illa posita appellabatur Pytna, & urbs *īpā Pūtra*, quod cognomen ei adhaesit à colle. Strabo Lib. X. *Tūs ḥ Idaīs λόρρφy Pūtra, ἀφ' ḥ ἵπα Pūtra ἡ πόλις. Pytna Idæ collis, unde urbs Hiera Pytna.* Malè in Dione Lib. XXXVI. *Ispēnīdā* scribitur. Quod & nuper animadvertisit Vir magnus Ezechiel Spanheimius, in eruditissimo commentario de præstantia & usu Numismatum antiquorum. Hinc vides cur nonnulli Jovis incunabula ponant in monte Ida. Stephanus de Urbibus non collem, sed campus dicit. *Ἐτ ἡ Αἰγαῖον μὸιον σωάπον τῇ Κίρρᾳ ὁσ Ἡσιόδος. λέγεται παρὰ αἴγα πότι φειδόμον* (sic emendarunt viri docti) *Σὺν τούτῳ τῷ Πύθον ὄφες, ἀφ' ḥ ἡ τὸ μὸιον Αἰγαῖον.* *Est & Αἴγæus campus annexus Cirræ, ut apud Hesiodum. Dicitur vero à fluvio Αἴξ, qui olim descendit à monte ad Pythium, à quo & campus Αἴγæus.* Nullum est dubium, quin hunc locum respexerit ιδνηγαζο. Campus *Ægæus* late patuit, ut & Pythium & Gortyna in illo fuerint sita. Hinc Strabo Gortynam in campo federe ait. Hic verò est ille campus *Ægæus*. Imò totam Insulam olim *aījāor* fuisse appellatam ex Scholaste modò accepimus. Sed quænam illa Cirrha cui fuit aditus *Ægæus campus*? Sanè Cirrha in Creta nulla est. Legendum *Kīrpa* quæ eadem est quæ Pytna. Stephanus: *Ιρά Pūtra, πέδις Κρήτης ἡ οειγητός Kīrpa, οἵτα Pūtra, οἵτα Κάμερος, ἐπ' οἵτος īpā Pūtra. Hiera Pytna urbs Crete, quæ prius Cybra, postea Pytna, deinde Camiros, deinceps Hiera Pytna.*

Non est quod nobis scrupulum injiciant Lyctii, ad quos à Rhea delatum esse Jovem paulò ante Hesiodus cecinerat: cùm ji satis longè à Pytna, seu monte *Ægæo* absint. Verùm non urbs intelligiur Lyctus, sed populus Lyctius, sub quorum ditione tum fuit & mons & campus *Ægæus*. Lyctios enim magnis opibus aliquando floruisse Strabo dicto loco ostendit. Malè Hiera petra in mappis Ptolemæi littoribus maris Carpathii apposita est, non longè distans à Dicta, cùm sit collis Idæ.

v. 499. Γυάλαις ἡπὸν Παρνασσοῦ. Interpretes: *in jugis Parnassi*. Sed γύαλα potius sunt valles καταβόστα, φάνη juga. Apud Euripid. γύαλα καρπόρα, *valles frugiferæ*. Hoc loco intelligit anfractum illum rupis Parnassi & planitem in qua urbs & templum Delphicum. De qua Strabo Lib. XI. & Justin. Lib. XXIV. In templi enim ἀραδίμων longè pòlit fuisse istum βάσιν testatur Paulianas in Phocicis: *Ἐπαρδάρην ἡ ἡπὸν τὴ μηνιάτος, λέδος ἐστὶ μέγας, τόπος ἡ ἔλαιον ὕσπεραις καταχέσθιον, τοῦτο κατέστη ἐκάπου τελεῖον δημόσιον ἀρέα.* Est δὲ ἡ δέξα ἐπί μηνιάτος δεινός Κέρφη & λίθος ἀπὸ τῆς παύσεως ἡ ὁσ αὐτὸς ἡμεσην αὐτὸς ὁ Κέρφος. Ab eo monumento cum rursus ascendere inceperis, lapidem videoas modice magnum. Hunc quotidie oleo perfundunt, singulisque festis lana in eo ponunt rudem. Fama autem tenet esse illum ipsum lapidem, qui datus fuerit Saturno pro puerō, quemqae postea rursus evomuerit. Lana ornabatur hic lapis diebus festis, quoniam omnia quæ maximè sacra erant, & divino vellent honore affici, ungebantur, & lana, laneisque tæniis ac coronis ornabantur. Arborem sacram Arnob. lib. V. lanarum velletibus colligatam ac circumvolutam dixit. Et Plutarchus in Theseo ramum ex olea sacra decerptum ιειώ λευκῷ καπιστημόν, lana alba recinctum fuisse ait. Sic solebant lares lana cingi, & fores ac aræ templorum, cùm rem lacram die solemini

mni essent facturi, vittis laneis ornari. Propert. IV, 6.

*Costum molle date, & blandi mibi
tburis honores.*

*Terque fockum circa lanceus orbis
eat.*

Hinc intelligimus cur Plato, ubi Homericum è sua republica in aliam civitatem dimittendum esse censet, eum jubeat undictum & lanâ coronatum educi. Αποπίπομέν τι ἄν, inquit, εἰς ἄλλην πόλιν, μῆνες καὶ τερψαὶ καταχέοντες ἡ ιερὰ σεβαστί. *Dimittamus eum in aliam urbem unguento caput ejus perfundentes, & lanâ coronantes.* Amandari quidem volebat Homerum è sua civitate, ne qua opinio sequior de Deo civibus suis, qui fabularum mysteria non intelligebant, per imprudentiam ex ejus cantibus affricaretur; sed volebat eum dimitti non tamquam hominem scelestum, & infamem, sed tamquam hominem divinum, dignumque qui ad instar Dei ungeretur, & lanâ coronaretur, hoc est divinis afficeretur honoribus. Diis enim & rebus sacratissimis hic honos habebatur. Homericum enim Plato unus omnium maximus faciebat, & ob artis divinitatem mirifice celebrabat, ejusque sententiis utebatur frequenter ad docendum, verbis verd & loquendi generibus ad dictiōnēm expoliendam. Hæc est vera ratio cur ungi & ieiū voluerit coronari Homericum Philosophus: non quod tamquam exul & civiliter mortuus fuerit ejus, quia mortui ungebantur: nec propter Poëtrorum mollitatem, quam lanea corona significaverit, ut hercle Musarum & Platonis ingratiss docuit Andreas Schottus Nodorum Ciceronianorum lib. III. cap. 12.

v. 532 *Taut' ἄστα ἀλόγονος]* Ellipsis, quam hinc fingunt Interpretes, male convenit cum genio auctoris & ipsius linguae Graecæ. Quis enim dicat ταῦτα ἀλόγονα, pro propter hæc venerari, ut illi volunt? Locus est contaminatus, qui sic

puto emaculabitur, si legas: *Taut' ἄστα ἀλόγονος, hæc quidem moliens.* & aut vestitatem temporis, aut alio vitio exolutum, aut negligentia descriptorum intercidit, inde ea à præcedente syllaba ἄστα est absorptum, quod frequentissime in veterum libris contigile neto nescit paullò modò humanior.

v. 574. *Ἄγνωθεν ιδῶν]* Sic lege. vid. Etymol. Magnum. Male vulg. ἀγνωστού.

v. 612. *Παρατάσην]* Est effugere, vita-re Dei consilia, decreta. Nam quæ fati manent, quamvis significata non vitantur, ut Tacitus ait. Homer. Iliad. a, v. 134.

*Μήδ' ἔτος ἀγαδίς τῷ ιατρῷ, θερίκαιλ' Αχαλίην,
Κλέπτει τὸν, ἵππον τοῦ Θεολογίαν, ἐδίψει ποίη-*

σης. *Ne sic, quamvis fortis sis, divine Achiles,* dolosè agas, quoniam non effugies, *neque mibi persuadabis.* ἐ Θεολογίαν, scilicet quæ decrevi facere.

v. 700. *Κωπία δὲ διάσιον κάπτειρ χάρος]* Incendium ingens corripuit inferiorum sedes. Sicut paullò ante de clamore:

— *Eros δὲ ίργει βαρεῖα*

Τάρπειαν ἴργειται, ποδῶν αὐτῆς τὸν οὐρανόν. Concusso verò gravis venit ad Taritarum caliginosum, & pedum magnus fragor. Chaos lèpè est inferiorum domicilium: Plutarchus sanè χάρος, ἄδυτος, οὐρανός, ἐπίστροφος exponit. Orpheus apud Ovidium X. Metamorph. ad Plutonem & Proserpinam:

Per ego hæc plena timoris,
Per chaos hoc ingens, vastique silen-
tia regni Oro.

Statius:

Qui numquam sospite nato
Triste chaos, vastique situs patiere
sepulcri.

posset etiam aërem interpretari. Aristophanes in Avibus:

Διὰ τὸ πόλεις τὸν ἀναργίας ἡ τὸ χάρος

Τὸν μεντεῖον τὸν κατεστὸν τὸν αἰγαλοπόντιον.

Per urbem alienum & cibos femorum
nidorem non transferebis. Ubi Suidas & alii veteres Magistri χάρος exponunt aërem.

rem. Hinc & vetus Interpres Luc. XVI,
26. illud μήτε χάος, quod inter epulo-
num divitem & Lazarum erat chaos ma-
gnum interpretatur, hoc est, vastum ina-
ne, vastum intervallum quale est aëris, si-
ve, ut Tertullianus vertit, immensa di-
stantia sublimitatis & profunditatis. Ap-
pud nostrum Poëtam inferius v. 740. lo-
cum Erebi vastum & immensum in quo
Titanes servabantur χάος μήτε dicit,
quem postea v. 814. ait esse πῦρ χάος
ζόργον, ultra Chaos tenebricosum, hoc
est, Erebus. Itaque magis probo prio-
rem expositionem, & hoc nomine, quia
de aëre paullò ante verba fecit:

Φλέξ δ' ἡπα διαὶ ἵρην ἀνετε.

Fiamma verò ad aërem divinum perve-
nit magna. Sequentia tam obscurè &
ineptè versa sunt, ut quid Poëta velit ex
versione ne Oedipus quidem intelligat.
Verba Græca sunt:

—— οὐσιη δ' ἄντα

Ορθαλμοῖσιν ἴδειν, οὐδὲ ταῖσιν θεαταῖσιν,
Αὔτως ὁτι γάλα καὶ ἥπατος τῷρες ὑπὸρθει
Πίλαντα.

Sic interpongenda mihi videntur. Mens
Poëtae est: *Simile autem videbatur at-
que si coram oculis quis adspiceret, at-
que auribus audiret, eodem modo ut cum
terra & cœlum latum supernè appropin-
quabat.* Aërem, inquit, terram, pon-
tum, Tartara corripiebat ignis fulminum
a Jove missorum, tantusque fragor ex il-
lo oriebatur incendio, ac si cœlum ruer-
re, sive terram cœlo misceri videret &
audiret.

v. 709. Οὐλοὶ δ' ἀπλάτοι] Antiquorum
Scholiorum auctor notat in nonnullis
exemplaribus legi κύρος, quod præ edita
lectione placet. v. 718. Αρχαλέοισιν ἔδι-
ου. Scholia antiqua legunt ἀρχαλέου,
quæ vide.

v. 735. Ερδάλι γῆς] Appositiè ad hanc
locum Seneca Hercule furente:

*Sterilis profundi vasitas squallet
soli,
Et fæda tellus terpet aeterno fin,*

*Rerumque mæstus finis, & mundi
ultima:*

*Immolus aër baret: & pigro sedet
Nox atra mundo.*

Vide Virgil. VI. Æneid. v. 577. Homer.
Iliad. 9. v. 429.

v. 748. Λαοὶ τοι] Sic leg. cum veter-
e Interprete. Nec aliter legisse videntur
qui Latinè verterent Hesiodum, cùm in-
terpretantur *propinquantes*, quod non
significat vulgatum εμφίς τοι.

v. 768. Επιώνις Πιροφόροις] Est hoc
proprium Proserpinæ epitheton. Home-
rus Iliad. 1.

Κινδύνοις Αἴδην καὶ ἐπιώνιν Πιροφόρεις.
*Invocans Plutonem & terribilem Pro-
serpinam.* Proclus superius, ad Elys.
Aīdēn δι πηνοῦς οὐδετέλιοι περάλεοι, οὐδετέ
ἐπιώνιν Πιροφόρεις. Restituenda hæc vox
Luciani Necyomantiae: Δάμοιοις δρε πάν-
τας ἴπποις, πυρὶς, καὶ Εερίας, καὶ νυχας Εγέ-
την, καὶ αἰτωλὸν Πιροφόρεις. Interpres vertit:
*Damonas simul omnes inclamat, Πε-
πιας, Ερινnyes, Hecaten nocturnam, ex-
cellam Proserpinam.* Fodissimè. lege:
ἐπιώνιν Πιροφόρεις. terribilem Proserpi-
nam. Postea verò sunt Furizæ.

v. 797. Λπολέϊψ] Benè antiqui Gram-
matici: *ωραῖς μάνους, libans.* Libantes
enim aliiquid de pateris effundebant in
mensas & aras. Sic & simplex λείψει. Unde Latinorum libo, libum, libamen.
Insanient qui hæc dicunt ab ξαλείψει.

v. 806. Ωγύηοι] Referendum est ad
ἔρηκοι, non ad ίδηραι, & exponentum ma-
gnum. άγύηοι enim est magnus. Hesych.
ἀγύην, πλατᾶ, ἀρχαῖ, μεγάλη πάνη. Stygem
autem fuisse maximum Deorum jusju-
randum alibi noster dixit, & res nota
est.

v. 818. Οὐ χεῖρις μὲν ταῖσιν] Nec hæc
mentem Poëta ceperunt, qui vertunt:
*Cujus manus quidem sunt ob robur ope-
ribus aptæ.* Εργαστα ἔχει est ἤρδειδαι.
Hæc est sensus: *Cujus manus quidem
ob robur semper operantur.*

v. 851.

v. 851. Εγένονται καὶ τόποι] Circa Saturnum existentes, qui unde cum illo in vincula sunt conjecti. Interpretes diverso planè & absurdo sensu: *A Saturno seorsim existentes.* Titanes Saturni fuerunt copiae contra Jovem, à quo vieti cum suo Imperatore deturbati sunt ad inferos.

v. 872. Μάτης ἄρπα] Reddidi Hesiodi prisorum exemplarium lectionem: Μάτης, quam probant Hesychius & Scholia antiqua. Hæc: Μάτης τετράκις πατεῖται ποιεῖ, οὐτος γενίτος, δραστικός. Sic lege, illum vide.

v. 875. Αλλοτε δ' ἄλλαι ἄντα] Legendum est, quod Άλοικε dicitur pro ἄντα. Et sic lectum olim fuisse Etymologici scriptor ostendit: Τὸ γέ τῆ πατεῖται, ἄντα, Αἰωνιότερον. ἐρχεται δὲ αὖταις, μάτης ιστον. Αλλοτε δ' ἄλλαι ἄνται. Malè legitur ἄλλα in Etymologico. Hanc emendationem sequens Alzogianus confirmat, & ἄνται ferri non posse declarat.

v. 903. Αἴ τ' ἦτορ' ἀράτοις ρεποδηποῖσι βροτοῖς] Inscitius Interpretum insigne monumentum & hic locus est, dum vertunt: *Quæ opera matura faciunt mortaliis hominibus.* Loquitur de horis. Non quidem ignoro eas esse cœli jani-trices & ministras solis. Valet. Flacc. lib. IV.

— Sol auricomus cingentibus boris
Multifidum jubar & biffeno sydere
textam

Loricam induitur.

sed quis non videt aut alias planè esse has Hesiodi horas ab illis Homeri, aut alias partes eis dari à nostro Poëta, cui sunt pulcritudinis praesides. Quod & nomina illarum declarant. Quid enim magis res humanas pulcas reddit & florentes, quam Eunomia, Dice, & Irene, hoc est, bonæ leges, Justitia & Pax. Hæc sane divæ non matura reddunt mortaliū opera, sed ornant, excolunt, nitorē & decus illis conciliant. Pind. Olympion. XIII. de beata & omnium

rerum copia affluentे Corintho: Εἰ τῷ δι δ' Εὐνομίᾳ γείτονται τοι, βάθρον πολιῶν ἀφρελίς Δίκη, καὶ διώργονος Εἰρήνη, ταμίας Αἰράτης πλάτη, χεύονται πάντες εἰςέλα Θεόμοδος. In bac (Corintbo) Eunomia habitat sororesque, fundamenta urbium firma, Justitia, & iisdem moribus prædicta pax, dispensatrices hominibus divitiarum, aureæ filie Themidis consultricis bona. Hinc omnibus rebus ornandis adhibentur Horæ. In ipsis in Pandora comenda, v. 74.

— Ληρὶ δὲ τῷ πάντα

Ιψας τανάκους σίρην ἔρδεοις θαυμάτων.
Ipsem porr̄d Flora pulcram comam bantes coronarunt floribus vernis. Theocritus de poculo pulcherrimo, & suavem exhalante odorem Idyll I, v. 148.

Ητο δὲ τὸ δίκαιον διονύσιον φίλον οὐ κατέβασεν.

Οὐδὲν τετράδιον γετε διακρίνεισθαι σκανδάλον.

Ἐν τοι ποκαλοῦ: contemplare, amice, quam suaviter olet,

Florarum in fontibus ablutum dices.

Hinc ὥρα est pulcritudo. Οὐδεὶς pulcer. Hesych. ὥρας οὐμόρη. οὔργονος, οὐργίων, οὔργοντος. Theocr. Idyll. I, v. 109. Οὐδεὶς κακωτός. Formosus Adonis. Οὐραία pulcrum redde, decus & venustatem concilio. Est vocula μαρίπης, sicut superius μαρίχηρ, & plures aliae. Pro ὥραιον frequentius legitur verbum paragogicum ὥραιζεν. Hesych. ὥραιζεται, καλλωτεῖται. ὥραιορειν, καλλωτεομεῖν. Quia vero ὥραιος est pulcer, & homines in adolescentia & juventute sunt pulcherrimi, hinc ὥραιος est ἀρμάτων, in ætatis flore constitutus. In ipy. v. 695.

Ὤραιος δὲ γυναικεῖος ποὺς νοτὶ οἰκον ἀγεντός.

In ætatis flore uxorem tuam in dominum duc.

Sic enim bene exponit Scholiastes Theocriti ad Idyll. I, v. 109.

v. 916. Μέσους χρυσάμπετον] Interpretes: *Musæ aureis mitris revinctæ.* Praestat interpretari: aureis reticulis ornatoe. Λυτρός est άρδηρα, τεχθεὶς διademata,

dema, reticulum, fascia, quâ mulierum coma redimitur. Homerus Iliad. X, v. 468.

Τὰς δ' ὑπὸ κρατίς χέες δέσματα σιγαλέντα,
Αμπυτα, κεκύρωλο τ' ἀδὲ πλεκτὴν ἀράδη-
σιν.

Longè autem à capite fudit splendidas fascias, reticulum, vittamque & implexum redimiculum. Ubi brevia Scholia Didymi, ut credunt vulgō: Αμπυτα κόσμος πὰ σὲ δὲ κεκύρων, ἀράδην τὰς πεῖχας δὲ κε-
ραῖς. Hinc rectè ab Hesychio exponitur ἀράδην. Anademata enim erant fasciæ crinales. Sed & mitræ erant fasciæ, quibus coma religabatur. Hinc Judith. X. μίτρα Castalia reddit fasciam. Verùm mitris utebantur barbaræ mulieres, & vetulæ, & meretrices: Ovid.

*Simulavit anum mitraque capillos
Prefferat.*

Juvén. Sat. III. v. 66. *Ite quibus grata est pieta lupa barbara mitra. Plerumque vitio vertitur. Itaque mitras tribui Muisis οἱ χαιτεῖτε non ferent. Barbaræ enim illæ mitræ à Græcarum matronarum & puellarum reticulis fuerunt diversæ. Hæc Homero separav. Iliad. Σ, v. 567.*

*Kai π' αὐτῇ γελᾶς σεράρας ἔχον.
Sed apud Pollucem lib. V. cap. 16. re-
ctius legitur:*

Tῶν δ' αὐτῷ πλεκτὰς σεράρας ἔχον.

*Harum bæ quidem plexas coronas ha-
bebant. Ut superius πλεκτὴν ἀράδην. Σε-
ράρας autem fuisset proptia antiquarum Græcarum mulierum ornamenta capitis ex Ælianî Poët. Isop. Lib. I, c. 18. cog-
noscimus: Πλεκτὴ δὲ διέξειν ὑπὸ τρυπῆς αἱ πολλαὶ τῷ γυαναῖς; Επὶ μὲν γέ τε κεφαλῆς σε-
ράραν ἐπεπένθετο ἐψηλάν. Quis vero neget plerasque veteres mulieres luxu difflu-
xisse? Caput enim ornabant aliæ fasciâ. Sic verte. Erat enim σεράρα limbus seu fascia altior caput, seu aliud quid am-
biens. Hinc & loricae & murorum pin-
nae separav dicuntur.*

v. 925. *Ἄρεικύδημον*] Miror unde in

recentiores editiones irreperserit hæc in-
epta lectio & vocabulum nihil, cùm te-
ctè legatur in prima editione majore
Heinsiana, Stephaniana, ac plerisque
aliis omnibus antiquioribus, ἐχεικύδημον,
quod rectè exponunt antiqua Scholia &
δόρσον ἐχέρευσαν. Tumultus, turbas exci-
tantem. Quamvis in editionibus vitio
librariorum omisum sit ἐχεικύδημον, &
sola extet explicatio. Monuit etiam me
de restituendo hoc eleganti vocabulo
Thomas Reinesius, vir numquam satis
laudatus, præfatus extare id quoque
apud Cointum Lib. I. v. 178. ubi Eris
dicitur ἐχεικύδημον. Synonymum esse ἐχέ-
μαχον, ἐχερόμαχον. Εχερόμαχον διβρυον di-
xisse Nonnum XIII. Dionys.

v. 927. *Εἰ φιλόποιη μητέσια*] Legendum
est οὐ φιλόποιη μητέσια, ut nuper ostendit
mihi elegantissimus juvenis Cuperus ex
Scholiaste Apollonii, qui ad Argonaut. I.
v. 859. ι φιλόποιη est sine concubitu, ex
se sola, sine consuetudine cum masculo.
Nihil certius. Confirmat vetus Scholias-
tes Hesiodi: Πρῶτος δέ τοι Ηφαετος in μήτη
Ηφαετος. Διὸ καὶ τοῦ σούλων. Οὐ δέ Ομηρος
ἐν Διός καὶ Ηφαετος. Primus iste Vulcanum ex
sola Junone canit. ideoque & hoc nota.
Homerus vero ex Jove & Venere. Et
Apollodorus I. Bibliothec. Ηφαετος οὐδὲ
τίνος ἐγένετο Ηφαετος. Juno sine concubitu
peperit Vulcanum. Hinc & Apollonio
dicitur Ηφαετος, Junonis filius non Jovis.

v. 934. *Φίλον*] Malo vertere *Terro-
rem*, quādum cum Interpretibus, *Timo-
rem*. Sequitur enim Δέιπος, Timor.

v. 971. *Κρήτης ἐν πονηρᾷ θηριᾷ*] In accen-
tu peccatur. Legendum Kritētis ἐν πονηρᾷ θη-
ριᾳ, ut superius v. 538. ἔγειτα πονηρᾷ θηριᾳ,
intestina cum pingui adipe. Kritētis πονη-
ρα, Cretæ pinguis adeps, est Cretæ
fertilissimus ager.

v. 989. *Φιλομ. ινδὸς Αρεστην*] Sic le-
gendum ex Hesiodi sententiâ. Vide su-
periū v. 200. & quæ ibi notat Interpres.

v. 991. *Νησοπόλον πύχον*] Archilochus
emendat πύχον, quasi agentem in Cypri
recessit.

recessu, qui à nullis possit adiri. Alii eamdem vim tribuunt τῷ νύχτῃ, exponentes ἀραιον, λαθραιον, occultam, quæ à nullo videatur: Sed propria vocis significatio retinenda. Pleraque enim sacra Veneris noctu celebrabantur. Inde nocturna dicitur Plauto. Idem Curcul. I. 3. v. 25, & 40.

*Quid tu Veneri pervagilare te uovi-
fi, Phædrome?*
*Nam hoc quidem bant multo post
lucet.*

Pervigilia Veneris cui non nota? Vide carmen elegans incerti auctoris quod inscribitur, Pervigilium Veneris.

JOHANNIS GEORGII GRÆVII

LECTIONES IN SCUTUM

HERCULI S.

C A P U T V.

Λαοσός. Hesiodus emendatus & vindicatus. Ταύτηφυρος. Δῶρα ΑΦρόδιτης. Πλεκτὴ ἄρματα. In Hesiodo conjectura. οχιστη ἄπλω. Phædrus emendatus. Εχεν, habere pro regere. Adamantinus. Obscurus locus Hesiodi & aliquot Homeri expositi. Κυάνη πίνχης. Πτώχης in scutis quid. Πτώχης montium juga. Πολύπλοκης Ολυμπος. Ελαύνει, διελαύνει. Ducere.

AΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΩΤΣ] Servius ad XII. Aeneid. hunc librum laudat nomine Αανδροΐδας. *Latinus*, inquit, secundum Hesiodum in Αανδροΐδα Ulysses & Circes filius fuit. Sed erat Servius; Non in Αανδριδα sed in Theogonia hoc dicit Hesiodus. Et sic legendum videtur apud Servium.

In Αανδριδα v. 3. Λαοσός] Ad bella con-citanis, bellicosis. Hesych. Λαοσός, τὸν ἐπερμένον εἰς τὸ πάνεμον. Οἶστι ιδίουτον Αδίων. Cur vertant *populorum dissipato-*ris causam nullam video. De matre Alcmena quæ Herculem edidit diversæ sunt

Veterum sententiae. Pelopis filiam suis se consentiunt fere omnes. Hinc Hercules Pelopis pronepos dicitur in antiqua inscriptione. Diodorus Siculus illam vocat Euryomedam, Plutarchus Lysidi-cen, Apollodoro in Bibliotheca Anaxo Alcae filia dicitur.

v. 9. Η Λήγη ὁρ] Lege: η N.

v. 23. Τῷ Αἴαμα Κέρδον] Diaconus le-git Κέρδον, & interpretatur πορεύεσθαι. Pe-simè meo judicio. Κέρδον πολέμοιο η πολέ-μος conjungenda esse vel puer videat.

v. 29. Αρίς ἀλκητρα φυτεύον] Cui per-suadeas tironem Græce lingua nescire

ἀρῆς ἀλκῆς esse depulsatorem malorum, damnorum, calamitatum? Hinc Hercules appellatur ἀλκητής. Interpretes tamen portentoso errore transtulerunt: *Martis depulsorem*. Inferius:

Θήκατο δ' ἄρα τὸν ἄρεν ἀλκῆς οὐδέποτε.

Injectit autem bumeris malorum depulsatorem gladium.

v. 35. *Tarōpīu Ηλικτώμ*] *Pulcra Electronida*. Ridiculè Interpretæ. proceræ Electronida. quam paullò ante appellaverat θεοφεγγος, nunc dixit, ταύροφεγγος. Hesych. ταύροφεγγος, δρόσοφεγγος, τοφεγγος, λεπίθεφεγγος. quæ pulcros & teneros talos habet, formosa. Sic apud eumdem: *Tarōpīu* est λεπίθεφεγγος, tentiter textus. *Tarōpīu* Veteres exponunt τοφεγγος. Tarōpīu, λεπίθεφεγγος. Tarōpīu non solum est μανῆς, sed & λεπίθεφεγγος.

v. 47. *Τηρπάδης διεγειν πολυχύστου*] Nescio quid hic deliret Diaconus, qui hæc verba accipit de Alcmena, asseverans illam hic à Poëta dici Venerem, quia superius scriperit, eam omnes antecellere mulieres ἀσθὴν γέγονα. quæ an fano homini in mentem possint venire dubito. Cui enim, præcipue qui Græcos Poëtas enarrandi partes sibi imposuit, potest latere σάση ἀρεγδίτης esse εὐνοεῖς, σύντης, πολυτης, *Concupitum*, *consuetudinem*?

v. 52. *Bim Ηρακλείου*] Ineptè vertitar: *vis Herculanam*. Cùm sit secundum pervulgatam & creberimam Græcis Poëtis circumscriptiōnem, ipse Hercules. Inferius:

Ἐν μίστῃ τὸ δράκοντος ἵππῳ φέρει, ὃν παρεδει. *In medio autem draco erat terribilis.* Homerius Iliad. B. v. 387.

Ei μὴ νὺξ ἐνδιάμενος δρακόντης φέρει, ἀνδρῶν. *Donec nox irruens dirimat viros*, ubi ridiculè Interpretæ, *robur virorum*. Ubi Interpretæ denud: *draconis horror*. Imatus est Horatius:

Perrupit Acheronta Hercules labor. hoc est Hercules, ut apud eumdem Cato-

nis virtus est Cato: *Narratur & priſca Catonis virtus ſepe incalvifſe mero.*

v. 63. *Πλακτὸν ἡρῷον*] Inferius v. 309. *ἀρματα κολλήτα*. v. 307. *ἱπποκῆν δίππος*. hoc est, currus ex lignis congettextos, compactos. *πλέων* de curribus, ut apud Latinos *texere* de navibus. Claud. *Quæ ſylvia carinas texuit*. Propert.

Ite rates curvas & leti texite cauſas. Ut pulcrè & veriſſimè emendavit Gronovius ὁ πάντα in Observationibus. Eustathius ad Iliad. Θ. p. 602. *Δίπποι παραγίνεται, καὶ ὁ πλακτὸς μέρος ἐπιπλεκτός*. *Αλλὰς* γό *πλακτὸς* οὐ *πλακτός λέγονται*. Vide eumdem ad Iliad. Ψ. Texebantur autem currus ex viminibus, ut multis docet Scheferus lib. I. de re vehiculari c. 3.

v. 93. *Ηρ ἄπις ἀχέων*] *Culpam suam lugens, non ποχαμ*, ut vulgus Interpretum. Existimo autem legendum ὅχεων, culpat suam ferens, hoc est, luens. Homer. Iliad. p. 300.

O γέρεον ἡνὸν ἀδεδεις
Ηιε, ἦ ἄπις ὁχέων αἰσχεγεις Δυναμη
Hic verò mente sua captus iuit, suum
culpam luens stolido animo. Quod lo-
quendi genus etiam Hebræis frequens,
ut in illo, *filius non portet delicta patris*,
hoc est, *non luat*.

v. 95. *Αλλὰ οὐ δάσον ἔχειν πανικόντα*
ἴμινον ἀκυπέδων] Hoc equos rege frenis.
Hoc Phædro est, *ora continere frenis*
spumantibus. Lib. IIII, fab. 6.

Sed istum simeo sella qui prima ſe-
dens

Jugum flagello temperat lentum mea,
Et ora frenis continet spumantibus.
Sic legendum effe ante quadraginta annos vidi, & probavi Gronovio. Horatio
est ora frenis temperare. Lib. I. carm.
7.

*Gallica nec lapatis temperet ora fre-
nis.*

Ubi Scholiastes meus ineditus: *Gallica*
pro Gallicarum equorum ora. Ovid. *spe-
mantia ora coercere*, IV. Metam.

— dam

LECTIONES IN SCUTUM HERCULIS. 267

— dom flectit in orbem
Quadrupedes cursus, spumantiaque
ora coercent.

Id. V. Metam.

— Dea fertilis angues
Curribus admovit, frenisque coer-
cuit ora.

Id. epist. Phaedra:

Saepè juvat versare leves in puluere
currus,
Torquentem frenis ora sequacis
equi.

Seneca Hippolyto v. 1002.

Celos sonipedes oxyus subigit jugo
Et ora frenis domita substiftis ligat.

Manil. lib. V.

Stare levi curru moderantem qua-
tuor ora.

Spumigeris frenata lupis, & flecte-
re equorum

Prævalidas vires.

v. 103. Ηδην] Male in multis editio-
nibus legitur η δην. In aliis η δην, & sic
legit Joannes Diaconus. Sed nihil muta.
compellabant Seniores. Vide Scholia in
Homeri ad dictum locum & Apollonii
Rhodii ad Lib. III, v. 52. Homerus Iliad.
l. v. 518.

Ηδην η μάρα ην η λεύκουρος κατηγόρω.
Venerande, certe te jam valide pro-
perantem desineo.

v. 104. Ταιριονος Ερροθαυερος] Non alia
ratione Neptunus dicitur ταιριον, uti &
Oceanus apud Euripidem in Oreste: Η
πάτην θαλασσον η ταιριονος αἰγαλεων ινίων,
κυρια χθονα. Aut Pontum quem Oceanus.
Taurinum caput habens Devolvens utinis
circuit terram. quam ejus filii, fluvii,
nimicrum propter violentiam, & strepi-
tum. Festus: Taurorum specie simula-
cra fluminum, id est, cum cornibus
quod sunt atrocia ut tauri. Virgil. IV.
Georg. 371.

Et gemina auratus taurino cornu
vulnus

Eridanus: quo non alius per pin-
guia culta

In mare purpuream violentior in-
fluis amnis.

Horatius: lib. IV. carm. ode 14. v. 25.
Sic tauriformis volvitur Anafidus,
Qui regna Dauni præstuit Appuli
Cum fœrit.

Strabo lib. X. de Acheloo: Οι διαρχε-
ται ησαν πολιτεις, ταῦτη μη ισχεται λέγεται
& Αχελωον εστι, καθάπερ η τε αλλος ποταμος.
το η τε ονοματει, η τη γη την ονοματην ησαν
κακηις οντα. Qui autem ex fabulis ve-
rum colligunt, tauru similem forma A-
cheloum aiunt, ut & alios fluvios, ob
strepitus & flexus atque orum, qui cor-
nua dicuntur. Vide & Elian. Var. Hist.
II, 32. Sic & in antiquis nummis flu-
vii forma bovis exprimuntur, ut pridem
docuit vir doctrina & judicio magnus
Antonius Augustinus in Dialogis.

v. 105. Ος Θεον κράτυρον έχει] Inter-
pretes vertunt: qui Thebarum mania
tenet. Nec improbo. έχει tamen poterat
etiam verti, babet. Nam habere Latini
sequuntur ut Græcis έχει dicuntur loca,
qui illa possident, & gubernant, qui il-
lis præsunt. Justin. XII, 4. Terras inter
amnes Hydaspes & Indum Taxiles ba-
bebat. Flor. IV, 2. Siciliam & Sardiniam
annonæ pignora per legatos habuit.
Tacitus II. annal. 20. Festinare & ur-
gere ut provincias & legiones solis ha-
beat. Sic & homines & Dii dicuntur
haberi ab iis, sub quorum potestate &
ditione sunt. Ovid. I. Metam. v. 196.

Cum mibi qui fulmen, qui vos be-
neque regogue,
Struxerit infidias.

v. 116. Θυρη γαῖαν] Noanulli codi-
ces legunt non male μηδε γαῖαν.

v. 136. Κυρίν η πέτρα ιδηκα Δαιδαλεην
ἀδηματος] Diaconus contendit ἀδηματα
hic non esse lapidem; sed οδηγει. Hunc
sequeuntur Latini Interpretes. Sed quis
tam hospes est in Veterum Scriptis, cui
lateat adamantina Græcis & Latinis dici
omnia que valde dura sunt & firma?
Sic Horatius Marti tribuit adamantis-

nem tunicam. Ovid. IV. Metam. de se-
dibus inferorum :

Cæreris ante fores clausas adamante sedebant.

hoc est, obicibus & postibus firmissimis.
Sexcenta apud Poëtas exempla facile
invenies.

v. 143. Κύρος ἢ ἀλόπηξ ἐνάλαυτο] Interpretes inscitissime : *cæruleis plicis fulgorem interfecantibus.* Verte : *cæruleæ laminae erant ductæ.* Κύρος πήχει, sunt cæruleæ laminae, ut apud Homerum *spissæ* κύρος, cærulea lorica. Πήχει sunt laminae, tabulæ, plagulæ, coria ex quibus scura conficiebantur. Etymolog. M. exponit τὴν ἀλέρην, ἐπενάντιον ἐδοκάτα. Ex pluribus enim plagulis, pellibus, textis, tabulis, pro materia diversitate, conficiebantur clypei Græcorum, sicut & scuta Romanorum. Unde vult Varro scutum dici à secando, quasi secatum. Quamvis autem in veriberio labatur Togatorum doctissimus, est enim scutum à σῦνε, qui pellibus obducebatur, ostendit tamen Veterum scuta ex variis partibus fuisse compacta. Liquidissime Homerus Iliad. H. v. 248.

Εξ οὐδὲ τίχεις ἡδὶ δαιζων χελκος
ἀτερπις

Ἐν τῷ ἑσθιμάτῃ ἔντονος γένος.

Ceterum sex per plagulas penetravit fin-
dens baſta, in septima autem pelle ba-
ſit. Ajax clypeus erat ἐπαπλυχος, fin-
gula pellis constituebat πήχει, sive pla-
gulam. Iliad. T, in descriptione scuti
Achillis :

Αλλὰ δύο μὲν ἔλαστρα ἀλόπηχεις, εἰ δὲ ἄλλη
ἐπι τρίτην

Ησυχος πήχεις ἔλαστρον Κυλλοποδίων
Τὰς δύο χελκοῖς, δύο δὲ ἕπεδαν γεωπέρφεο
Τὸν δὲ μιαν χευον.

Sed duas quidem adegit per plagulas,
hæ autem adhuc tres erant. Quoniam
quinque plagulas Vulcanus duxerat, duas
areas, duasque intus flanni: Unam ve-
ro auream. In quibus locis ineptissime
Interpretes πήχεις vertunt plicas, ut ia-

pluribus aliis. Polybius in descriptione scuti Romanorum σωδόματα appellat, lib. VI. Εκ διπλῆς σωδόματος, ταυρεύοντο πηγαῖς ὁδοῖς μὲν τὰ πάντα μεχρι τηρματος σφεντικται. Scutum è duplice tabulato glu-
tine taurino est compactum: extrema superficies linteo, deinde vitulino corio circumtegitur. Nicetas Choniata lib. I. rerum Isaaci Angeli in descriptione thoracis ex lineo coactili scepis aut decies in se complicato συμπλύγεται dicit, quæ Poëtas Veteres πήχεις. Αὐτὸς μὲν τοι ὁ Κόρε-
χειος ἄντι Συρῆνος πενικτητα διλυγαντίτην, in δι-
λίνει πεποιηθέντος ὑφασμα σίγηρον ἀναρρέει πλι-
σμένην πλέοντος ποντεύεις σφεντικτον δίκιλον θύραντος ἐπειδέντο. οἱ ποτέται δὲ ἦν ἀσπιπονίς
ἄλλοι καὶ σίγηρον συμπλεκτοί, οἱ καὶ βέλους τοι παρ-
τοὺς σεργάντεον, καθιδμένοι δὲ εἰς ὀκτακόδιμα καὶ
τοῖς ὑπόδοματος συμπλύγεται. Ipse Conra-
dus sine scuto tunc dimicabat: sed pro
lorica textum quoddam gestabat è lino
factum, vino austero probe salito mace-
ratum, sæpius replicatum; quod qui-
dem sale & vino coactum adeo firmum
adversus icterum erat, ut penetrari à nullo
telo posset. Erant autem hujus texti
plagellæ octodecim & eo plures. Pro-
pter eamdem rationem tabulæ quoque
ex quibus fores compingebantur πήχεις
dicuntur. Pollux onomast. IX. 5. πήχεις
sunt etiam pugillarium tabulæ, sive sint
eburneæ, sive ligneæ, sive aureæ. Hinc
δίστηνχος, τετρίστηνχος, πολύτηνχος. Nec lon-
gè inde discedit quodd pro jugis mon-
tium πήχεις ponuntur. Apollon. Rhod. III,
101.

Βι ἐπι μετειπειον καὶ πήχεις.

Iuit per juga Olympi.

Ubi ridiculè Interpres novissimus valles
exponit. Jugis montes connectuntur.
Hinc nostro in Theogon. v. 113. πολύ-
τηνχος Ολυμπος est multa juga habens.
Ineptè Interpretes : *calum multis sphæ-
ris implicitum.* Vide Eustath. ad Iliad.
Θ. p. 610. ubi varias de hujus vocis no-
tione & origine sententias tradit. Ελαι-
zen vero & θηλαιζεν sunt propria in hac
re

re verba. Homerus in loco superiori laudato: ἐτεὶ πάντα τίχες ἥλασι Κυλοπεδίαιν. Quoniam quinque laminas duxit Vulcānus. Idem alio loco: ἡ ἄρα χαλκούς ἥλασι, quam faber crarius fecit. Ελάντην διδεῖν, χειρόν, ferrum, aurum ducere, propriè dicuntur fabri aurarii & crariorum. Hinc εἰδωματα sunt laminæ ductiles. Eu-
stath. ad d. l. πάντα τίχες ἥλασι. Εργατα τοῦ
πατέρος τίχην χαλκούτιν. dicitur hoc qui-
dem secundum artem fabrorum crariorum. Est enim proprium χαλκέων ver-
bum. Herodot. I, 68. Ελάντης ς χαλκός
διδεῖν σιδερον εξελαύνειν. Cum uenisset
in officinam crariorum videns ferrum du-
ci. Idem I, 50. Καλαχέδονος χρυσὸν ἀπο-
τεινειν, ἵματίδια τοῦ αὐτοῦ εξίσταιν. Immensam

vim auri liquefecit, ex quo dimidiatos
lateres duxit. Noster inferioris in Theo-
gon.

Tὸν αὐτὸν χάλκον ἔρχεται οὐδὲτειν.

Quem circa ferreum septum ducitum est.
Apollon. Rhod. Argonaut. II, 232.

Οὐδὲν οὐδὲν ἀδύματον ἴντελθειν.
Ne si cor ei sit ex adamante ducitum.
Ελάντην Latinis est ducere. Horatius de
Alexandri ærea statua: *Ne quis se ad-
ceret ære.* Πάντες recte etiam verti pos-
sunt tabulæ, quamvis sint ferreae, aut
coriacea, aut ex alia materia. Sic apud
Tertull. de pallio eadem tralatione pli-
ca longæ in toga dicuntur *tabulæ togæ*,
quod similes sint tabulis.

C A P U T VI.

Λευκὴ Γέννησις. Αποληπτος. In Hesiodo menda exenta. Eidem lux. Αμφὶ^τ
Καύκα, & similes locutiones. Τιταρίους. Αγελαίην Αθλιῶν. Μάχην κο-
ρύσσειν. Danielis Heinsii elegantissima emendatio asserta. Juve-
nali lux. Rumpere auditorium. Hesiodus distinctione adjutus.
Πάνερθος καστίπρος. Κίσιος. Τιτάνειν. Χλωρὸς εἶναι. Οὐτὶ χλωρὰ ἀδ-
μαντος βάινειν. Leves in hastis. Et similes locutiones.

v. 146. **Οὐδέποτε λευκὴ θύεται]** Perve-
nustum loquendi genus est
pro ὀδύνηι λευκάρι. Antiqua inscriptio in
consecrationem templi in agro Herodis
Attici, τοῖν χλωρὰ θύεται, herba viridis,
quod olim observavit Salmasius, & ante
eum David Hoeschelius in epistola ad
Meursium scripta, quæ penes me est.
Simile loquendi genus apud Aratum,
λευκὴ φάνηται χλωρί. vertit Cicero obscuro
corpo cibæ.

v. 147. Οὐδόποτε ἄπλητοι] **Dentes ma-**
gni. Hesych. Απλητος, ἀπλεστος, ἀχώεστος,
μίζα. Interpretes pessimè: *dentes inac-
cessi.* Ut & v. 230. Γεγόνης ἄπλητοι, sunt
terribiles. In Theog. v. 151. Χύρες ἄπλη-

soi manus magnæ, terribiles. Sophocles:
Ajace flagellifero v. 256. Τὸν ἄπλητον
ἴκει. *Hunc furor magnus tenet.* Nam
sic legitur in editionibus antiquis. Re-
centiores Stephaniana, Plantiniana, ut
& Græcus Interpres scribunt, ἄπλητον
ut significet furorem seu insaniam veram,
hoc est, magnum.

v. 155. Ετι δέ οὐδέποτε πολέμος τοι, φέλετο τὸν Αρδρο-
κτασίην περιδίται] Legendum: ἀρδροκτασίην τὸν
ἴδιον. Vertendum verò: *In eo tumultu-*
sus, terror, & homicidium ardebat sci-
licet ira, indignatione, dimicandi libi-
dine.

v. 171. Οὐδίποτε πάντων] Legendum:
οὐδὲν πάντων.

v. 179. Κανίς τ' ἀμφὶ ἄραχτα, Δρίαντά τι] Hi omnes accusativi ab hoc versu usque ad 183. exponendi sunt per nominativos, *Cæcens Rex, Piribous, &c.* quod satis indicat versus, qui iis subjicitur :

Ἄργυρος, χειστα σεῖ χερὶ τεύχε ἔχοτε.
Latinos Interpretes fugit elegantissimum istud dicendi genus, οἱ ἀμφὶ Πλάτων, πρὸ Πλάτων, de quo superius egimus. Poëta omisit articulam.

v. 181. Τιταρίστοι] Notat Diaconus hunc Lapitham nomen accepisse à loco quem coluerit. Is est fluvius Thessaliae. Suidas : Τιταρίστης ποταμὸς Θεσσαλίας. Sed & ejus accolæ eodem nomine fruebantur. Stephanus de Urbibus : Τιταρίστης ποταμὸς Θεσσαλίας. τὸ Ιδνικὸν ὄμορφον Τιταρίστης. Stulte ἡρῷον τερτιον νοστρος *Martis*. cur non : filius *Martis*? Sic autem omnes dici πολιτικὴς ἄνδρας qui Homerum, parentem omnis doctrinæ & elegantiæ legerunt, non possunt nescire. Apud eumdem eodem sensu : ὁις *Apros*.

v. 185. Λοσοὺς εἰσιστῶ] Ovidio XII. Metamorph. dicitur Astylos :

Quique suis frustra bellum diffusa-
serat augur
Astylos.

v. 196. Ιερόμων τι] Ruentium. non : festinantium. nisi forsitan legendum : οἱ ιερόμων τι avidorum scilicet pugnæ.

v. 197. Αγαλέιν τετορίστη] Cave vertas, *prædatrix Tritogenia*, cum Interpretibus. Retinendum Græcam epitheton *Agelea*. qua significatur bellicosa Minerva. Suidas : Αγαλέιν ή Αθηνᾶ, ή θεὸς τῆς ἀγενήτης, τεττάσι, σπανωτήν. Noster infer. Theog. v. 318. Homerus Iliad. A.

v. 178.

Πρότερα δὲ διὸς Συζύγην Αγελάν.

Prima Jovis filia Agelea. ubi æquè interpretè Interpretes : *prædatrix*. vide ibi Eustath. scholia Didymi & Etymolog. Magnum.

v. 198. Μάχηρις ιδέαντος κορυφαῖς] Quid est, pugnam velle armare? Sic enim reddiderunt Interpretes. Kopiæstes μάχηρις

est accendere prælium, ciere bellum, ut Justinus loquitur de Artemisia : inter primos duces bellum acerrime ciebat. Noster paullò antè : Κορυφαῖς εὐβοι ἀρ-
σπόρ, accendens pugnam virorum. Pindarus Isthmionic. VIII.

— μάχας ἵναιμερέτου

Ἐργον τὸ πολὺ κορύφωτα.

Pugnae homines interimentis opus in campo ciere, quod est fortiter pugnare. Κορύφων λέρη generaliter est augere. Hesych. Κορυφαῖν εἴχεν. Pindarus Isthmionic. VIII. Βιοὶ κορυφαῖναι ὄρδεσσίσται μυχα-
νεῖς, fortunas amplificare bonis artibus.

v. 203. Θῶν δὲ ἰδεὶς ἀγρὸς Ολυμποῦ] Elegantissimè hunc locum emendavit D. Heinlius, qui legit ἀγρον Ολυμποῦ fran-
gebatur, hoc est, resonabat Olympus. Polybius XV, 30. Φύεται δὲ φωνὴ τὰς τοῦ θεοῦ τὰς βασιλέας κατιέργηστο πᾶς ἐπί τοι τοῦ κρέπτη τοῦ φραγών. Satellitibus regia man-
data exponentibus plausu δέ clamore
omnia loca replebantur. Noster Poëta
inferiùs vers. 278.

Tu δὲ θραύσας λιγύρων συειγγερ τίσας αὐδίν
Εἴς ἀπαλλήλοις σομάτων, σεῖ δὲ σριστὸν ἀγρυπ-
πάχος.

Alque bi quidem canoris tibiis emitte-
bant cantum ex tenero ore, circumque
ipso frangebatur echo, id est, resonabat.
Vers. 347.

Τὸν δὲ ίππον μὲν ἐπειδὴ ἵππεστοι ἀλλάζουν
Οξεῖα χεύματα, σεῖ δὲ σριτὸν ἀγρυπ-
πάχος.
Horum equi deinde obviam sibi mutuo
fausti, acutum binnivere, circagine ipso
frangebatur echo. Virgilius :

Et cantu querulae rumpent arbusta
cicadae.

Juvenal. *Affiduo rupsa lectore columnæ.*
Nec aliter intelligendus ejusdem Poëta
locus Sat. VII. v. 85.

Gloria quantabit quid erit, si glo-
ria tantum est?

Curritur ad vocem jucundam, &
carmen amicæ

Thebaidos, letam fecit cum Statius
urbem,

Pro-

LECTIONES IN SCUTUM HERCULIS. 271

Promisitque diem: tanta dulcedine
captos

Afficit ille animos, tantaque libidi-
ne vulgi

Auditur. sed cum fregit subsellia
versu

Esurit, instatam Paridi nisi vendat
Agaven.

In quo loco exponendo principes inge-
niorum Josephus Scaliger & Ilaacus Ca-
saubonus mirè tricantur. Ille in Auso-
nianis lectionibus vult Statium Poëtam
post incredibilem totius urbis exspectationem tandem in agone Capitolino
Thebaïdem suam recitasse, sed non pla-
cuisse, & contra eum alios coronatos.
Hoc falsè significare Juvenalem dicen-
tem: sed cum fregit subsellia versu, ni-
mirum Poëtam recitantem non stetisse,
sed excidisse, hoc est, non placuisse. In
diversum plane iit Casaubonus in ani-
madversionibus in Suetonium, qui fran-
gere subsellia interpretatur vehementissi-
mè placuisse, sic ut Kēry, Euge, So-
phos acclamantium quasi subsellia fran-
gerentur. Fundum hujus sententiaz pro-
ducit Sidonius Apollinarem V, ep. 70.
*Hunc olim perorantem, & r̄bētorica
subsellia plausibili oratione frangentem,*
sacer eloquens ultro in familiam patri-
ciam adscivit. Sed uterque nihil aliud
significat quam simplicem recitationem,
quod & postea ipse Casaubonus fatetur.
Frangere subsellia versu eadem ratione
dicitur, ut rumpere legendō columnas,
cantu arbusta, Olympum. Martianus
Capella: *Nam absque his qui pertur-
bantes pectora sensusque cunctorum cog-
noscentium quoque perfregere subsellia.*
Non nego tamen etiam de Kēry & ac-
clamationibus auditorum hoc loquendi
genus posse usurpari. Sidon. lib. IX, ep.
19. *Dignum omnino, quem plausibili-
bus Roma foveret ulnis, quoque recitan-
te crepitantis Athenei subsellia curvata
quaterentur.*

v. 204. Ετ ἀγόρα, σει δι ὅλος ἀπίε-
το ἵστρων

Ἄδαράνη εἰ ἀρνήτης δαι δι ἐξη-
χον ἀδυτίς] Hi versus nec rectè sunt ex-
positi, & prava distinctione corrupti.
Ad quod enim referas εἰ ἀρνήτης non est.
Sed leviter distinctione mutata omnis
dñeia tolletur.

Ετ ἀγόρα, σει δι ὅλος ἀπίετο ἵστ-
ρων

Ἄδαράνη εἰ ἀρνήτης δαι δι ἐξηχον ἀδυτίς.
Ibi erat cætus, qui cinctus erat inge-
nitibus opibus Deorum. In certamine
Deo vero incipiebant cantare. Αγόρα
hic est concio, coetus Deorum, qui A-
pollinem & Musas audiebant canentes.
Posset & τάνιν στρυμόνi ponī post ἵστρων.
Sed priorem distinctionem probo.

v. 208. Πανιόδον καστίνεο] Interp.
stanno liquefacto. Sed πανιόδον καστίνεο
est idem ac ἀπόδον καστίνεο, stannum be-
nē excoctum, purgatum, optimum. ἀπό-
δον χρυσό Herodo est purissimum, au-
rum ad obrussam, ut loquitur Suetoni-
us, lib. I. cap. 50. ubi ἀπόδον χρυσό
oppunit χρυσὸν λευκὸν, album aurum. Ubi
aurum λευκὸν est aurum cui multum ar-
genti est admixtum, quod propterea di-
citur pallere, ut apud Catullum, lurore
expalluit auri. Hinc Augustinus sermo-
ne de commate Psalmi L. *Quoniam ini-
quitatem meam ego agnoſco. Quid vo-
luit? aurum pallorem terrae? argentum
livorem terrae? bonorem temporis fu-
mum.* Theodoreus: *Ἄγρυνται χρυσὸν πε-
ναὶ τε καὶ ἀπόδον.* Dignoscere aurum
probatum & excoctum. Ubi perperam
vir doctus in Analectis emendat ἀπόδον,
ἀπόδον ἀπόδον eidem argennum postula-
sum. Pollux lib. VII. ἀπόδον χρυσὸν ἀπό-
δον, ἀρματος, ειλεκτρὸς, ἀρφαιον.

v. 224. Ληρὶ δὲ μη κιβῶτος δι:] Quā-
male Interpretētes: circum ipsum autem
pera cerebatur. Hæc nemo, nisi Græcē
intelligat, assequetur quid sibi velint.
Sensus est, ipsum caput erat facio inclu-
sum,

sum, sive perā. *Kίσιος* est *μία*, *κίστης*.
Callimachus :

Εἰ δὲ οὐδεὶς πάντα ἡμῖν κίσιος.

Sic dicta quod in illam reponatur *βόν*, id est *πέρη*, si magni Etymologici auctori credimus, qui & hunc Heliodi locum bene exponit : *ιεδαζήν* ἐν δυτικῷ πολὺ ἀγροφ τῶν καραντρῶν τὸ Γοργόνε τὸ Πισσών. Vide & Apollodor. Bibliothec. lib. II. *Kίσιος* est, quæ aliter dicit *κίση* & *κίσιν*, ci-
sta, in qua facientes iter panem circum-
ferebant & obsonia. Vide Pollucem X,
23. *Hesychium* in *κίση*, & Etymologicum
Magnum in *κίσης*. Latinis propriè
dicitur *sportula*. Menander in Dyscolo
apud Athen. *Δεσμοστος*. IV.

— οἱ διευτ δὲ τωχεύουσι

Κοίτας φέροντες, σίκυντες τὴν θηρίον

Επει τὰν εἰσαντον.

— Ut sacrificantes parietum per-
foffores

Cistas ferentes & serias non Deo-
rum

Causa, sed sui.

Ubi male Casaubonus reponendum pu-
tat *κίσης*, quamvis & ipse post in adden-
dis repudiaverit hanc emendationem.
Pessimè verò Dalecampius vertit *lectos*.

v. 229. *Πρεσπὸς Δαναΐδες ἵππαιντιν*] Interpretes cùm hæc, & paulò præcedentia ita vertunt : *ipse autem properanti & formidanti similis Perseus Danaïdes extendebat*, ipsi nescierunt quid dice-
rent. *ἵππαιντιν* & *ἵππαιντος* interdum est cur-
rere, festinare, fugere. Hesych. *ἵππαιντιν*,
απειδεῖν, *ἵππαιντος*, *ἵππαιντιν*. Et sic hoc
loco accipiendum.

v. 231. *Ἐπὶ χλωρῷ ἀδίμαρτο βαύνοιν*] Exponitur : *In viridi adamante cunctis*
bus. Virides adamantes quis vidit ? *χλω-*
ρεῖς Græcis non solum est viridis, sed
etiam ὁχρός pallidus. Interius v. 264.
Αχνᾶς χλωρῆς, tristitia pallida. Theophras-
tus carbunculos dixit *χλωρεγενήσιπος*, hoc
est, pallidiores. Galenus in multis lo-

cis notavit apud Hippocratem *χλωρόν*
frequenter ponì pro ὁχρῷ. Sicuti con-
tra ea apud Virgil. Eclog. VI. *pallentes*
herbae pro viridibus. Notandum verò
loquendi genus exquisitum ἐπὶ *χλωρῷ* ἀδί-
μαρτο βαύνειν, *in pallido adamante venire*,
pro ornatum adamantibus, ut apud Pin-
darum *ἴππαιντιν* *ἵππαιντος*, *equi in alis pro*
alatis. Ennius : *levesque sequantur in*
basis, hoc est, hastati. Virg. V. *Ἄν.*

— *occurrit Acebes*

Horridus in jaculis & pelle Lybi-
flidos urſae.

Jaculis instructus, & indatus pelle ursi-
na. Flor. I, 1. *Juventus divisa per tri-*
bus in equis & armis ad fabita belli
excubaret. Hoc est, equis instructa &
armis.

v. 235. *Εχάρασαν ὁδύτας*] Propriè a-
cubebant dentes, ut in ἔργοις v. 573. *ἄρμες*
χαρασίμενοι falces acuere. Sed hoc loco
est frendebant dentibus, quod frenden-
tium dentes collidunt, sicut ferrum
cum acutitur ducitur in cote.

v. 260. *Περηπότις τὸν αριστεύταν τὸν*] Hunc versum nullus dubito quin respe-
xerit Aristarchus, qui in glossa antiqua
ad istum in Theogonia versum : *Καλύβ-*
η μὲν περηπότισταν δύο ἀποστολαί interpretatur
περηπότιστον, *περηπότιστον*. Quasi ix *περηπότι-*
στον essent posita *περηπότιστον* & *περηπότισταν*. Vi-
ri quidem doctissimi existimant Aristar-
chum ad versum 578. in ἔργοις. *Ηάσ τοι*
περηπότιστον μὲν δύο περηπότιστον τοὺς ἔργους. Sed hæc
nihil faciunt ad significationem *περηπότι-*
στον pro *περηπότισταν*. Iplum verò Aristar-
chum errasse hic ipse locus, qui, cùm
illa scriberet, ejus animo obversabatur,
vincit. *περηπότιστον* enim est excellens, præ-
stans. *περηπότιστον* & *ἄλλον* præ aliis excellens.
Concise dicitur pro ix aut *σεῖ τὸν ἄλλον*, ut
δια γυναικῶν, νιγρας lanarum, apud Plini-
um & mille talia. Hæc non moné-
rem, nisi intellexisset & *περηπότιστον* hic im-
pegisse.

C A P U T VII.

Αχλύς. Γυνοπαχής. Fame laborantium pedes tumescunt. Homeri locus insignis expositus. Mos nuptialis Græcorum. πάκτεν. Luderere. Τὸ Φερμύζεν. Hesiodo lux. Βάγη λήιον. Πέτυλα aristæ. Versus supposititius indicatus. Εφισδό, Πλίοχτη ιππεις. Ακρετον αἰθλον. Λυών. Hesiodus emendatus. Gestatio. Jus. Θία. Ελαιον, ἀράματα pro foris ubi venduntur. Δασί. Λιάν. Πολεμίζεν. Σπιύδεν. Hesiodus quinque correctus. Μαστιχέων, μαστιχατων, μαστιχῶν. Maffare. Θῆλυς εἴρη. Θήλεια νῦν. Η ἵλαφον cervus. Ψυχὴ vita. Δᾶς, multitudo. Populus.

v. 264. Π [Αγ' δ' Αχλὺς τίσκεις] Pulcrè & eruditè docuit V. Cl. Tanaquillus Faber ad Longinum ἄχλὺς hinc esse tristitiam. Quo nihil est certius. sic contrà φάσις est χερά. Hesych. φάσις, χερά, σωματια. Exempla apud Sacros Scriptores & τὰ ἔξω siccè occurunt. Cur verò δημοσιῷ transferunt perustas similis? Diaconus scilicet exponit κακωδία. Sed iste homo supra triviales Grammaticorum canones non sapit. Βιτριοφάς est miser, ærumnosus, plenus dolorum. At γυνοπαχής appellatur, quia fame est confecta & exhausta. Illorum enim qui fame laborant pedes tumescunt cum alia membra macescant, & exarescant. In Ἑργοις, v. 496.

Μή οὐ κακοῦ χειρῶν διψαχεῖν καταμάρτην,

Σὺν τοῖς διητοῖς, λεπτῇ δὲ παχεῖα πόδε χειρὶ τίσσει.

*Ne te male hyemis difficultas opprimat
cum paupertate: macilenta vero crassum
pedem manu premas.* Ovid. VIII. Metam. v. 807. in insigni descriptione Fa-
mis:

*Auxerat articulos macies, genuum-
que tumebat*

*Orbis, & immodico prodibant tuber-
re tali.*

Apud Ephesios lex fuit, μὴ ἐξῆται πατέται πάστεις θανάτου ὁτις ἀνέλθει παχαδῷ τὸν πόδες. non licere patri liberos exponere donec inediā pedes tumescant. Plutarchus affirmit fame confectorum pedes turgescere, corporis verò reliquias partes macefcere & attenuari. Hinc lux affulget Homeri loco Οδυσ. 9, cuius sensum nec Veteres nec recentes Interpretes gerunt.

Τὸν καὶ τὴν φοινίκαν τοῦτον γένινται
Στροβεγον τὸν ἔρδην, θαλλὸν τὸν τείφαιον φο-
γίνων,
Καὶ καὶ ὁργὴ πίνεται, μοχάλιον δημοσιόν
δῆται.

*Hunc si mibi dares stabulorum custo-
dem esse, & caularum curatorem, ut
frondes bædis apportaret, Ille saltem
serum bibens crassum genu faceret.* Hoc
est, ita curarem, ut fame & macie con-
fectus desisteret peterrare alienas urbes
& domos, hominibusque mendicando
negotium facefse: non plus cibi iste
benè habitus mendicus caperet, quam
ad famem extremam expellendam satis
esset, ne corpus faceret, cui nunc men-
dicando servit. Ulysses fuisse benè ha-
bitum liquet inferius ex Odyss. 9, ubi
Penelope ad Eurymachum procum, qui
nolebat Ulysses tractare arcum à Pen-
elope

lope propositum, illum hospitem ait es-
se μάγας ἦ τοντός.

Οὐτοὶ οἱ ξεῖνοι μάλα πέρ μάγας ἦ το-
ντός.

Iste bospes valde magnus est & validus.
Scio Eustathium, Budzum, alios omis-
to, de hoc loco sentire aliter velleque
μάγαλος ἔπειριδα τὸν εσθί, corpulentus
ficeret. In hanc rem producunt ex se-
quente libro :

Oīn ix γανίαν οἱ γῆραις ἔπειριδα φένει.
quale ex panno hoc habitu scutex femur
ostendit. Quod enim hic ἔπειριδα dixit,
paullò ante appellavit μῆρας τὰ μαγά-
λα τὰ. Sed hic de femore loquitur,
quod crassum & robustum est νεκτὸς ar-
gumentum. Ibi verò de genu, cuius tu-
mor est famis & maciei indicium. Ovi-
ditis : *genuumque tunnebas orbis.* En-
yuris est vox τανόντος. Cic. in Arato
vertit genu. Sic capiendum in priore
loco. Aristarchus verò exponit partem
supra genu, τὰ ινάρα τὸ γόνατον femur ni-
mitrum, ut posteriore loco accipitur.
Constat autem etiam ex hoc versu oīn
ἔπειριδα φένει Ulyssēm corpulentum fuisse & validum.
Cui bono igitur plus cor-
poris fecisset? Deinde serum non vide-
tur multū posse conferre ad τανόντια.
Minatur potius se seri potu illum reda-
cturum ad maciem, ut cum corpore de-
ponat istam ferociam & impudentiam,
ac desinat ψημαχεῖν.

v. 273. Εὐώνης οὐ' ἀνίμης] Nimirum,
ex more Græcorum, qui sponsas sellis
insidentes in currus imponebant, quibus
ex parentum ædibus in mariti veheban-
tur. Vide Lucian. in Lapithis. Suid. in
Ζεῦς.

v. 277. Χοεὶ παιῶντες] Saltantes. Ho-
mer. Odys. 4, 147.

Ταῖσιν οἱ μάγα δύναται αὐχέντω ποστοί
Αἰρόμενοι στεφάνους καλλίστων τοντούν.
Horum autem magna domus strepebat
pedibus virorum saltantium, & ornato-
rum saeminarum. Sic & ludere Latians.
Virgil. Eclog. 6.

Tum vero in numerum Faunosque
feraque videres

Ludere.

Horat. III, 15.

Maturo propior define funeri
Inter ludere virgines.

Ibidem :

Ιλλανα coget amor Notbi
Λαστρα similes ludere capreæ.

Ex lib. II, carm. 12.

— Nec dare brachia
Ludentem nitidis virginibus.

hoc est choreas ducentem inter virgines.
In saltationibus Veterum major brachio-
rum quam pedum movendorum ratio
habebatur. Ovid.

Si vox est, canta: si mollia brachia,
saltat.

Antiquus ineditus Interpres Horatii, qui
penes me est, ad locum illum, ex lib.
II. carm. ult. notat, dare brachia est sal-
tare gestu brachiorum. Exprimit auctem
habitu malierum, quæ brachiis exten-
sis solent saltare. Vide quæ nuper do-
cuit Vir eruditissimus Franciscus Vavaf-
for in libro omnibus Gratias & Veneri-
bus condito de ludicra dictione. Ab hac
significatione & ludere, manavit etiam
Iudius, hoc est, ψημαχεῖς, χρυσοῦ, saltator,
bistrio. Prudent.

Saltat Tonantem taurocorum ludius.
Et ludus & ludicra primò dicta sunt spe-
ctacula, quæ ludii, δεξιοῦ ediderunt, de-
inde ad alia translata spectacula, in qui-
bus nullæ saltationes.

v. 280. Τῷ φορίγγῳ] Est ad cythara-
ram. Horat. ad cytharam cestatum du-
cere curas. Lucian. lib. αἰτίων δεξιοῦ οὐ-
δίσσου πολλὰ τῇ παλαιῷ τῷ αἰώνιῳ οὐ χρή-
σαντος. Multos discens antiquos ritus ad
cantum tibiae & ad cymbala. Noster
versu sequente : κόμψοι τοῦ αἰώνος, conces-
tabantur ad fistulam. & v. 283. τῷ αὐ-
τοῖς δὲ ἵρεσος μετὸς θεοῖς. Quæ non cepe-
runt Interpretes, qui vertant: ante tibi-
cinem autem singuli præcedebant. Imo:
sub tibicine singuli procedebant. Quili-
bet

LECTIONES IN SCUTUM HERCULIS. 275

bet habebat tibicinem qui præcedebat tibiā canens, ad cuius cantum ludebat & saltabat.

v. 288. Βασὶ λίνῳ] Est magnus ager segetibus consitus. Homer. Iliad. β, v. 147.

*Ως δὲ ὅτε καύοντες βασὶ λίνον ἀδέοντες.
Velut cunctis spirabis Xeþbyrus in magnum agram segete refertum irruens.
Ibi male Interpretes: altam segetem, ut hīc: profundam segetem. Ubi optimè antiqua scholia, quæ Didymo tribuantur: βασὶ λίνοις ἔργον, ἄπολες χαριον. Diaconus vero & Scholia festi Theocriti χαριον exponunt. Sed tamen Latinis etiam Poëtis seges est ager consitus segete. Virg. I. Georg. Quid faciat latas segetes, quo sydere terram vertere, Macenas. Ubi Servius: id est, quæ res terres pingues efficiat. Segetem enim modo pro terra posuit. Sic alibi: Horrexit stratis seges ensibus. Idem Poëta Eclog. I.*

*Impius hac tam culta novalia miles
babebit?*

Barbarus has segetes?

hoc est, hos agros cultos. Tibull. lib. I. El. 10.

*Non seges est infra, non vincia cultura,
sed audax*

*Cerberus & Stygia navita puppis
aque.*

v. 289. Κυπερίβητα πίτμα] Reddunt: rostrata folia. Quis vidit folia aristatum spicis gradata, & quidem rostrata? Est scđissimus error. Quem corrigere potuissent ex Græcis magistris, qui hīc docent Hesiodum abuti vocabulo πίτμα, & uti pro sāxēs, πλάκαι, culmi, aristæ. Sic in Veteri epigrammate καλλιπίτμαι λίνοι, est ager referitus latæ segete, gratus aristis. Πίτμα quoque hac notione leguntur apud Herodotum L. I. c. 193. de Babylonis agro: Τὰ δὲ πίτμα αὐτῶν, τῆς τε πυρᾶν, καὶ τῆς κειστὸν τὸ μάκτον χίνεται πιονίους τὸ πτυχεῖον διατίθεται. Quaternam autem digitorum maximorum latitudo est

trilici atque bordei aristis. Legendum vero est κυπερίβητα, ex antiquis libris & editionibus. Quod est, fastigata, capitata, à κορών, virga capitata. Phavorinus: Κορών τετρα γέλαστη κυπερίβητα προξεπέντε κόρων λέγεται. Johannes Diaconus hoc loco exponit, γέλαστη η δι' οὐρανίας εὐρυκα. Κορών δὲ η γέλαστη. Idem est κυπερίδης. Theophrastus asparagum κορών dixit, quod Plinius vertit fastigatum. Hesychius impliciter exponit ramosus: Κορών, δέσμης. & Κορώνη, βράσης. Sic quidem veteres Grammatici. Sed alii scribunt κυπερίτην, ut notat Diaconus, hoc est, fastigata, acuminata. Latinè possit dicere spicatas aristas. Diacontius in Hæmero 409.

Ventus alit fluctus, & ventus spicat aristas.

Virgil. I. Georg.

Ferroque faces inspicat acuto.
ubi Servium vide. Si itaque sic scribas, est κυπερίτης à κορών, ut & κορώνης clavæ instar se fastigans. Sic alparagum dixit κορών. Theophrastus, quod Plinius vertit fastigatus. Κορών est clava. Κορών Diaconus exponit γέλαστη, η δὲ εὐρυκα μέτρη. Κορών δὲ η γέλαστη. Vide Phavorinum in κορών & κορώνης. Diaconus assert etiam interpretationem lectionis, quæ nunc in editis conspicitur, & exponit κυπερίτην πίτμα, unde patet à multis seculis hujus vocis scripturam fuisse ambiguam. Cur aristæ nigrae dici possint ego sane non video. Κορών potest quidem nigrum significare, à κορών, quæ est ficus nigri coloris, ut Scholia festi Aristophanis docuit, sed hīc locum non habet. Flavæ enim sunt aristæ non nigrae. Quamvis Diaconus dicat alias aristas esse albas, alias flavas, alias nigras. Sed nigras aristas, nisi injuriæ cœli vitiatas, nemo vidit. Κορώνē retainent MSS. & edit. antiquæ, idque est à κορών. Quod inter alia notat quoque omne curvum, inflexum, ut solent flecti aristæ cum matuerunt, grandia ferentes grana. Ver-

su sequente Διημήπορο ἀπίδω. vertendum Cereris donum, ut aliquoties in ἔργοις. quia frugum usum prima docuit Ceres. Antea glandibus vescebantur.

v. 291. Επαλού ἀλαδώ] MS. mens, cum Palatinis, edit. Trincavellii ἵπποις, quod rectè exponunt ἐξέτοντος δὴ τὸν ἄλω, hoc est extenderunt in area demessas aristas, sive manipulos ut rectiū exarescerent: Hesych. πτυχή, λακτίσαι, ἀκτίνη. Qui vero retinere vulgatam lectionem malunt, exponunt, arcam, seu horreum impletat, ut Theocritus Idyll. VII, v. 34.

— Μάλα γάρ σφισι θνοι μέτηρ
Η δαιμόνων τύκειν διεπάρουσιν ἀλαδά.

— Nam ipsis valde pingui men-
surā

*Dea bono frumento impletuit bor-
ream.*

v. 296. Παρὰ Λέοντις ὄρχος, ἡ ἴδαισα δίνεται. Οὐχοὶ non est vitis, ut Interpretes existimant, sed vitium ordo. Inscriptio vetus Herodis:

Μάλιστις ἄμειδον ὄρχος, ἡ ἴδαισα δίνεται.

Ne quis vitium ordines aut nemus. Vid. Scholiast. Theocrit. ad Idyll. I, 47. qui videtur hunc locum respicere.

v. 299. Τῷ νῦν δὲ.] Iste versus irreptius est. Nemo dubitabit qui hunc locum non negligenter leget, quod minor viros doctos non observasse. Quid enim faciat tibicen & ludentes inter agricolarum & vindemiatorum opus? Ne dicam inepte eum interseri descriptioni aurei illius ordinis vitium, quæ hoc versu interruptur. Conflatus est ex versu 282, & vers. 283. Nec agnoscitur à Diacono & Tzeteze. Si auctori hujus carminis sua debet restituī integratas, delendus est hic supposititius versus & tollendus.

v. 308. Επίστου ὄκις ἵπποις] Immitibant veloces equos, hoc est, incitabant laxatis frenis. sic & Latinis immittere. Sergius Galba ad Cic. in X. ad Famil. Repente equum immisi ad eam legionem tironum quæ veniebat ex castris. Vide

Gronovium ad Senecæ III. de Ira. Pro ipsius ὄκις inferius dixit διγενεῖς ἵπποις, v. 550. Ovid. I. Metam. 280.

Fluminibus vestris totas immittite babenas.

Ἐπίγενον ὄκις ἵπποις. nobis immittitis ve-
loces equos. ubi Interpretes: contra nos
tenetis equos. Επίγενος & ἐπίγενος dicuntur
ii qui in hostem movent. Herodot. ἐπί-
γενος δὲ Λακαδεμοὺς moveare in Lacedæ-
monios.

v. 309. Επικράτοντα πίνοντο ἄρματα] Interpretes: *subfultantes volabant currus.* Επικράτειν esse subfultare τὸν κέρας; legen-
dum: διπεπτόντα.

v. 311. Ακετον τοιχον ἄζλον] Indefini-
tum certamen Interpretes transtulerunt,
quod quale sit, Latinus civis non intelli-
git, cui esset anceps certamen, dubium,
cum adhuc certant & quis victoriam re-
portatur sit in incerto est. Cui oppon-
nitur *decretum prælium.* Cic. X. ad Fam. ep. 10. *Quamobrem quamquam
in uno prælio omnis fortuna res publicæ
discipiat, quod quidem cum bac lege-
res, jam decretum arbitrabar fore. fini-
tum, peractum, ut liqueat penes quem
sit victoria. Sic & res judicata apud
eundem II. ad Att. 12. Tota res etiam-
num fluctuat, que si decesserit, magis
erant judicata que scribam. certa, sicut
post sententiam latam à judicibus appa-
ret uter litigiorum vicerit.*

v. 312. Εττος ἀγῶνος] In stadio, circa.
non intra agonem, quod in versioni-
bus extat sine sensu. Αγῶν est locus cer-
tamini, stadium, hippodromus. Hesych.
ἀγῶν ὁ γύναιος, σάδον, ἀρποίσα. Idem, ἀγῶν
ἡ τοπος, ἡ τρέχοντος οἱ ἀγωνιστας. Anti-
quorum scholiorum auctor ad vers. 91.
in Theogoni. Αγῶν λέγεται τεχνης αὐτὸν τὸ
γενελον, οἱ εἰν αὐτῷ ὄχλοι, καὶ ἐναρμόνιοι, ὁρ-
μη καὶ πόλεις. vide & Porphyrii Quæstiō-
num in Homerum vicesimam primam.
Equidem pro hominibus, qui conve-
niunt, & generaliter pro concione, &
cœtu sœpius capitur. Pindarus Isthmio-
nicon

nicon 10: Es καρπέειν ἀγάθα, Ad Hyperboreum cælum. Hesiod. Theog. v. 91.

Ἐρχόμενος δὲ ἀγάθα διὸς ὁ Ιδαιομορφος.
Venientem in concionem tamquam Deum venerantur. Sic hunc versum legi in antiquis libris scholiorum auctor annotavit. quæ lectio vulgata præferenda. In concionibus enim, ludis, spectaculis præcipue magno honore Reges & Principes afficiebantur, quod vel ex unius Suetonii lectione nemini potest esse ignotum. Non insolens verò Græcis & Latinis res, quæ in aliquo loco geruntur, ponere pro ipsis locis, in quibus aguntur. Δέκας, cursus, & locus ubi curritur, stadium. Phavorinus: Δέκας τὰς γυμνασίους. ὅπη δρόμοι τόποι πάτης ἡστέας, ὅπης χοροὶ τῶν. Gestatio locus ubi gestabantur lecticæ: Ambulatio, ubi ambulationibus vacabant, sic & Belgis een wandeling. Jus pro loco ubi jus dicitur. Titulus XI. lib. X. II. de interrogationibus in jure faciendis. est in βίβλῳ pro tribunali, ut rectè Græcos interpretatos esse observavit Princeps Jurisconsultorum Cujacius. Hinc in jus vocare est ad tribunal. Θία spectandi locus. Θία καταταλαμάνειν apud Lucianum, Synesium, & alios est spectandi locum occupare. Λέγει loca in quibus confabulandi causâ conveniebant, ut supra vidimus. Οἴροι, ἔλαιοι, χύται, ὄφει, vinum, oleum, ollæ, obsonium, pro foris & tabernis in quibus vinum, oleum, ollæ, obsonia venduntur. Βιβλιοθήκαι tabernæ librariæ, ubi libri venduntur. Eupolis: στενάδοι εἰς τὰ σκηνεῖα, καὶ τὰ κεράμικα, καὶ τὰ λεβαντῖα τοῦ τεῖχου τὴν ἀρωμάτων, καὶ σεῖο τὰ γέλη. Abiit in allium, & cepas, rhus, rum & aromata, & omnis generis merces. hoc est, in loca ubi hæc merces venduntur. Oppis pro ἀγνοολογίᾳ forum ubi aves vendunt. Aristoph. Avibus: οὐ δεῖρα καὶ διδράσκοντες ἐξ αὐτῶν. Indignis nos afficis manus, qui est ex avibus, hoc est, foro, in quo aves veneunt. Sic & ἵψεις pro ἵψε-

παλέη. Aristoph. in vespis: Μικραριδῆς μὲν τοῖς ἵψεις in minulos me concidit nūmulus in pisib; hoc est, in foro pisatorio. Sic δέκα specimen rerum venalium, & forum ubi proponebatur.

v. 330. Μέτα φίρτατη λαύρ] Latinè reditum vulgo: præstantissime popolorum. Sed hoccine de uno homine dici potest? Verte: fortissime mortaliuum. Hesych: Λαύρ, ἔχας, σκηνα. Διάστημα τοῦ ἑταίρου ἀνθρώπου ἀλόγονο τοῦ λαύρου, ἕτερος τοῦ μέγετος τοῦ τοῦ μητροπολίτου ἔχει τὸ ὄπα ἐξ θεοῦ παρέν.

v. 331. Γλυκὺς αἰάρος ἀμύρος] Interpp. dulci aīo spoliaris. Cur non: dulci visat? Hesych. αἰάρος ἐπί τοῦ ἀνθρώπου, ὁ τοῦ ζεῦς χειρός, res trita.

v. 340. Εαυδίκιος] Non viderunt quid pertineat ιαυδίκιος. qui vertunt certatum. Referendum ad ιαυδίκην. Ecce διεγεγράπεται ιαυδίκης. In currum infiliit celeriter. Ibidem ιαυδίκης est generosus, ut millies monuerunt veteres Magistri. Sed surdis auribus prætermiserunt Interpretes.

v. 358. Σωματικὸν πολεμίζειν] Πολεμίζειν non est bellare, bellum gerere, sed pugnare, dimicare. ut πολεμεῖ & Latinis bellum frequentissimè pro prælio. Sallust. In eo bello trecenti milites desiderati sunt.

v. 364. Παντὶ μήτε ανείδειν] Omnibus viribus nitens, incumbens. Interpretes ut solent: totis animis festinans. Hesych. ανείδειν, ανεδίδειν, ἐνεργεῖν. In ἐργοις. Σπεύδειν ἀρόματα, φτιέσθαι, οίκοι τοῦ θεοῦ, incumbere arationi, plantationi, rei familiaris curæ. Ibidem ανείδειν eis ἀρεος diuinitatis querendis operam dare. Aelianus II. Var. Hist. 6. Καὶ ἄλλος τοῦ θεοῦ ανείδειν τὴν μαρτυρίαν, τὸ μαντίστης τοῦ τελετῶν περιποτάτης. Alios etiam adolescentes in societatem adsciscere studuit, quos ad ejusmodi facinus promississimos sciebat. Sic scepissimè apud hunc Scriptorem, & alios. Nihil triplus.

v. 372. Ηριόχος δι' ἕπαντα] Bene Palatinus codex, εμεῖς, hoc est αντίος, επαληθεύσας.

στροφ. Sic & Homerus Iliad. 6. vide Sudam. probavit etiam Commelinus.

v. 380. Πάντας ἡ Μυρμιδόνων τη πόλεις] Est Thessalia. Velleius Paterculus: *Acer bellum juvenis, natione Thesprotius, cum magna civium manu eam regionem armis occupavitis, quae nunc ab ejus nomine Thessalia appellatur, ante Myrmidonium vocitata civitas.*

v. 389. Αρχές ἡ τοῦ σίνα μαστήσων Λαί-
βεται] *Mastixēs* & *mastixās*, quod apud unum Hesychium in *mastixēs* legitur & exponitur *μαστῆς* μαστῖδες, est parago-
gicum τοῦ μαστῖδος, μαστῖδη, id est, edere, mandere, manducare, frendere. Gloss.
pappat μαστῖτη. A quo *μαστίς*, id est, mansum, cibus. Latini sequiores di-
xerunt pro eodem *massare*, quod extat apud Theodorum Priscianum lib. I, c. 8.
lib. II, c. 29. Unde liquet *μαστήσων* nota-
re actionem eam, qua animalia collisi-
fentium & conventu maxillarum res ob-
jectas comprehensasque antequam deglu-
tiant, commolunt & incident. Sic de
isto loco Vir summus Thomas Reinesius,
in litteris nuperius ad me datis, redi-
stincte & eruditissime censuit. Hinc & μα-
στήσ cibus. Homerus Iliad. I. v. 324. μα-
στήσ ἐπεὶ κολάσσοι. *Escam postquam inven-
neris.* Vide ibi Eustath. p. 655.

v. 395. Θῆλυς ἔρησ] Diacono θῆλυς est
ἀπολιτη ros, quem sequuntur Inter-
pretes, qui interpretantur, *mollis*, alii
ineptius: *fæminicus*. Verum θῆλυς
est ros herbas vegetans. Hesych. θῆλυς
ἔρησ ἡ τοῦ ποτὸς θῆλης, σφρόν, ἡ θρι-
μική. Probat Etymologicus Magni auctor,
præfatus τῷ θῆλυς dici pro θῆλη, ut vice
versa καρποὶ pro καρποῖς apud Callim. θῆλη au-
tem esse à θῆλη quod propriè est τρέφω,
quia mammarum lacte infantes nutriuntur.
Est, inquit, θῶ θῆλη μιλέν τοῦ τρέφω,
ἢ ὁ μέλλον θῆλη. Οὐκούτο γαλακτα τη θῆλη
μαζόν ἀπὸ τῆς ιδιότητος. Ex τῇ θῆλη ἦν μίνετη
θηματικὸν ὄνομα θῆλη ἡ προτὶ θῆλυς, ἡς καρπὸς.
At Eustathius ad Odys. 1, ubi hoc
ipsum exponit θῆλυς θῆρον, θῆλυς ait signi-

ficare θριμικὸν per translationem à fo-
minis ductam, quia foemelle in omni
animalium genere alant pullos suos &
infantes, non masculi. Dici autem θῆ-
λη pro θῆλη. Θῆλη, ait, ἡ θριμικὴ τῆς
θυτῶν εἰς μεταφράσει ζῶντος, ἐν οἷς τῇ θῆλη
θριμικὴ εἰσὶ τὰ πονηρὰ μᾶλλον ἡπτε τὸ ἄρρενα.
ποιητικὸς ἡ εἶτα τὸ θῆλης ὄμοιος τῷ πελεὺς ἢ
ὑγρός, τοῦτο δὲ τὸ θῆλης τε μέλλονταν· τοῦ τὸ
θῆλης ἀντρά. Quod verum est. θῆλη ρο-
πιτερού προ θῆλη. Eadem ratione & apud
Sophoclem τοῦ θῆλη dicitur. hoc est
θηματικὸς καὶ ποιητικὸς θῆλης, ut veteres Gram-
matici monent. Priorem tamen etymo-
logiam probat Plato in Cratyllo, p. 284.
edit. Francofurt. Wechelianæ. Tὸ δὲ θῆ-
λην τὸ θῆλης τε φαινετα ἐπανομάδη, ἡ δὲ θῆ-
λη ἀρέτη γε, ἡ Ερμόγην, ὅπερ πεπλέγεται ποιητι-
κῷ ἀρθρῷ, &c. Θῆλη est fæmina θῆλη τοῦ θῆλης,
id papilla dicitur. Θῆλη αὔτη, Ηλμογένης,
Hermogenes, videtur dici, qui germe-
nare facit, quasi ea que irrigantur.
Hanc vim & ros & nox habet. Virg. II.
Georg.

*Et quantum longis carpent armata
diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte
reponet.*

Theophrast. VIII. hist. Plant. 6. En Αι-
γύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ Βαρησοῖς, ὅπερ μὴ οὔται ἡ
χώρα, ἡ αστική, αἱ σφρόνες τοῦ ὄλον ἐκτέφουσι,
ἰτεὶ καὶ οἱ αἰτεὶ Κυριών καὶ Βαρειδας τόποι. In
Αἴγυπτῳ, Βαβυλονίᾳ ac Βακτρίᾳ, ubi
raro aut numquam pluie, rare omnia
convalescunt, sicut & apud Cyrenenses
& Hesperidas. Igitur θῆλη θῆρον est vim
habens vegetandi & fovendi sata, arbo-
res, plantas, ut convalescant.

v. 397. Τῆρος δὲ καρποῖς θεριγλωττές τε-
λέσθω] Lege: Ήμεροὶ δὲ καρποῖς θεριγλωττές
τελέσθω. Quando & milie artificie surgunt.
Res liquida est.

400. Δῶν' ἀνθράκες χάρμα καὶ ἄχθος] Ve-
teres Grammatici hoc loco tradunt do-
na Bacchi ἄχθος appellari, propter labo-
res & molestias, quæ exhauriendæ ho-
minibus in serendis & colendis vitibus.
Sed

LECTIONES IN SCUTUM HERCULIS. 279

Sed verius exstimo ἀχθεῖς ea dici propter dolores & mala, quae creat vinum si immodicè bibatur. Homerus Odys. 9.

Οὐρὺς οὐ τρόπει μαλινδής, ὅτε καὶ ἄλλος

Βαδίστει, οὐ τὸν μηχανὴν ἔνη, μηδὲ αἴπειν πίνειν.

Vinum te sauciat dulce, quod & aliis nocet, quicumque eo copiose utitur, & immoderatè bibit. Vide & quæ sequuntur, si tanti est.

v. 402. Κταμένος ἵλεροιο] Non cervam, sed cervum hoc loco & versu sequente 407. intelligi nullus dubito. Græci enim tam Philologhi quam Poëtæ in ἵλεροι diixerunt de cervo & cerva, ut olim dicit vir incomparabilis ad Solinum. Callimachus hymno in Dianato v. 99.

Εἶτις δὲ τεγμαλῆς ὅπερ & Πλατωνίου.

Σχευόντος ἐλάφους.

Reperiebas in cacumine montis Parrhesii Salientes cervos. Cervos fuisse non cervas vers. 102. ostendit:

Κεράν δ' ἀπλάμπετο χρυσός.

Cornuum verd aurum elucebat. Ad quem versum vide Spanheimum incomparabilem. Inveniri autem cornutas etiam cervas, præter illa quæ ibi Vir magnus notavit, ostendit cerva cornuta capta in Chersoneso Cimbrica, ante annos circiter triginta, à Duce Holsatiæ, quam eleganti elegia descripsit & decantavit doctissimus amicus noster Morhofius, cum superesset.

v. 405. οἱ δὲ τὰς αἰγυπτιαῖς] Puto scriendum: οἱ δὲ αἰγυπτιοί. v. 410. legend. ἄλλη.

v. 416. Αμφιπονιάδες δὲ βίν Ηρακλεῖν] Lege: βίν Ηρακλεῖν in casu primo. Sic & Diaconus legit, ut ex paraphrasi ejus licet colligere.

v. 420. Μίσα γὰρ δινοὶ ἕρτειν ποτὸς] De Hertule vulgo hæc accipiunt. Hinc vertunt: *Magnum enim robur inciderat viri*. Sed Diaconus Cygno hæc tribuit, τεπλάνη γε μεγάλη ισχὺς τὸν ἄρδην, ἡγεμὼν τὸν κύρον. Quem si sequimur vertendum erat: *magnum verd robur viri coincidit*, vir valde robustus coincidit. οὐδὲ γε vicissim non mutuquam apud Poëtas permutantur. Versus sequens tum optimè cum hoc coheret, si Diaconum sequimur.

v. 428. Μελίσσης δυμὸν ἀπίνησα] Dulcem animam seu vitam eripuit. Θυμὸς hic est φυγή. Brevium Scholiorum auctor in Homer. Illiad. u. v. 172. Θυμὸν περὶ τῷ ποιητῇ σπουδῶν πίπτει. τινὲς ἀργεῖν. τινὲς τὸν, θυμὸς δὲ μέγας δὲ σπουδῶν βασιλίσκος. τινὲς φυγή. οὐδὲ τοῦτη, μελιδία θυμὸς ἀπίνησα, &c.

v. 431. Οὐρῆς μαστὸν] Rescriptū ex codice Palatino μαστὸν.

v. 479. Λαὸς ἀντίρηπαν] Verte: *populus magnus*, hoc est, ingens multitudo. Virg. i. Aen. *Ac veluti magno in populo cùm sèpè coorta est seditio*. Just. XI, 2. *Tantus natorum populus*. Ovid. IV. Metam. v. 447. & lib. VI, 197.

JOHANNIS GEORGII GRÆVII
LECTIONES
In Opera & Dies.

C A P U T VIII.

Primi duo vexati versus in ἔργοις illustrati. οὐνέπιτις ὑμεῖσσοι. Δεῦτο δή.
Antiqua Hesiodi lectio bis vindicata. Plato emendatus. Αἴξεν.
Augere. Καρφεῖν. Δίκη. Jupiter Justitiæ Præses. Callimachus il-
lustratus. Hesiodus emendatus. Διάνθητα θυμὸν ἔχειν. ἔργος ἀγαθὸν εἴσι
Φιλία. Moschopulus correctus. Αἰγαρῆς ἐπανθεός. Ωρη. Vetus Hesio-
di lectio defensa. Elegans præsentium usus apud Græcos. In-
terpretes Latini sæpè notati.

IN ἵρυοις καὶ ἡμέραις.
v. 1. Μύσου Πτεινῶν ἀνδρῶν κλείσου
Διὺς τὸν ἐνέπνευτον φρέπεον] Non
veteres solum Interpretes, Proclus, Mo-
schopulus, Tzetzes, sed & Hesychius καί
των exponunt ὑμένους, θεάζουσαν. Scholia
inedita libri Vossiani. ἀνδρῶν, κλείσου,
φθεῖς τὴν τραγῳδίαν θεάζουσαν. & sequenti
versu: λόποι, ἔλαστη. Eustathius quoque
ad Odys. 1. Hesiodum Musas ex Pieria
arcessere scribit. Κλείσιν pro κλείσι nemo
Veterum dixit. Inde liquet hos versus
sic rectè exponi: *Musæ ex Pieria car-
minibus gloriam conciliare solitæ, Adeste,*
quæso, dicite patri vestro hymnum. Cum
Molchopulo ad κλείσου intelligendum
existimamus ut τῷ ιδίᾳ πεπονιστεί. Nam ut ille
ait: *Ex ἦν Μυσαῖς κλείσι τέρχεται.* *A Mufis*
venit gloria. ἐνέπνευτος ὑμένεσσι, est ὑμένετε-
nt inferius v. 33. Άλλα τοι πολλὰ Λεπτάζων
λόγοις pro ἱεραῖς, & v. 43. ψιφαῖς ἔχον
θιον, pro ἱεραῖς. Apud Hom. δὲ δ' οὐ προ-
θιον, φέροντας pro ἱεραῖς, & sexcenta ta-

lia. Solere vero Poëtas Numina quorum opem implorant ex locis, quæ iis erant sacrata, vocare; Musas ex Parnasso, Pieria, Helicone, Pindo; Apollinem ex Delo, Lycia, Xantho, quis tam hospes est in illorum lectione qui ignoret? Et sic hunc locum intellectum olim fuisse locuples testis est Aristides hymno in Jovem: Εἴνιον δὲ Μύσαι Δίὸς πᾶσισ, ἐπειδὴν ὅρῳ πότε τὸ περὶ οὐμαῖς ἀμενοντο γελέσθην ἡ νῦν. τὸ δὲ οὐμαῖς γε ἐπειδὴ Ολύμπιοι οὐαὶ Απόλλωνει Μεσογέτη τῶι θεῖσι φύσιν ἔδειπτο οὐραῖσι τὸ οὐμαῖς περγά τοι καὶ τῷ οὖλον πετέρᾳ, εἴπει Πιτεία φίλοιο οὐμᾶν ἐνδιαιτημα, εἴπει ἐν Ελικώνι τῷ Βοατίῳ χρειάτη. Agite ergo Musæ, Jovis filiae, (nec enim vos umquam alias quam nunc invocare præstiterit) sive in Olympo cum duce Apolline divinum canitis canticum, vestrum simul & universorum patrem celebrantes, sive Pieriam vos delectat domicilium, sive in Bœotio Helicone choreas ducitis. In versu secundo δὲ legitur in utroque MS. Vossiano, ut & meo,

meo, nec non in editionibus priscis, Veneta Victoris Trincavelli, Florentina Junce, aliisque, & id omnes agnoscunt Interpretes veteres, ut miter H. Stephanum solius Eustathii auctoritate compulsum reposuisse *ñ*, quod deinceps plerasque editiones occupavit. Habet ista particula obsecrandi vim in hisce formulis, *ñ* *ñ* *ñ*, *ñ* *ñ*, *ñ* *ñ*, age, sis, quæsto. Hom. *ἀγετὸν ἀνὴρ διομήνος*. Socrates in Phædro apud Platonem : *ἄγατος οὐδὲ Μύρου*, quo expressit hoc nostri Poëtae : *δύνη οὐδὲ Μύρου*. Sed totus locus Platoni addendus est, ut ex illo menda eluatatur. Socrates ibi ait : *ἄγατος οὐδὲ Μύρου, οὐ τοῦ οὐδὲν οὐδὲν λύγειν, εἰπεὶ τοῦ γένος μυρίου τοῦ λυγόν ταῦτα τὸ ξεῖνον ιππονίαν, ξυλιάν*. Cetera τοῦ μίδη, οὐ μὲν ἀγαγάκει οὐ βιλίσαι τοι λέγειν. Quid hinc τὸ λυγόν, scribendum puto τὸ λυγέν, & vertendum : *Agite igitur, οὐ Μύρε, dulces sive propter canthi genus, sive propter Musicae genus suave, hoc nomen consecutæ estis, mihi adstis in hoc sermone quens me hic amicus optimus jubet habere.*

v. 3. *Οὐ τὸν αἴσθητον*] Hos duos versus aliter distinximus, & exposuimus quād vulgo fit, uti appareat ex nostra editione. Vide inferiùs rationes in notis ad v. 430. *Θεοφορία*. *Οὐ τὸν αἴσθητον* est, ut apud Demosthenem *αἴσθητον θεόν*, *Dorum beneficio* & *mumere*. Sic Johann. VI, 51. *τοὺς ἀπόστολούς με ὁ Πατέρας, οὐ δύναται ζῆν οὐδὲ πατέρα*. *Sic ego vivo, beneficio patris.*

v. 5. *Πία μὲν γὰρ φεύγειν, γίνεται δὲ φεύγειν*] Uterque Codex MS. utroque loco legit *γίνεται*. quam veram lectiōnem esse Tertzes ostendit : *Τὸ γίνεται συνίσταται δὲ τὸ γίνεται μαρτυρᾶσθαι τοῖς τοῖς μαρτυρῖσθαι*. Nec aliter apud Homerum in omnibus legitur codicibus Iliad. p.

Πία μὲν γὰρ φεύγειν γίνεται δὲ φεύγειν μαρτυρῖσθαι.

Quæ loca male Gulielmus Canterus, de-
cuss nostræ Trajecti, sollicitavit. Hesio-
dus :

Εἴηπι πολεῖν, Δίόποτε τὸν μαρτυρῖσθαι σ' ἀπατήσουν.

Ubi rursus male mutat in *τοῖς*. Hom. II. 7.

Αἶτα γίνεται πέμπτης Σαρπηδὼν ὅρδε μάρτυρις θεοῦ.

Idem Iliad. v.

Ιστορία πολέμου τὸν Θεόν, οὐ μὲν μάρτυρα γίνεται.

v. 6. *Λαθηλοὶ ἀλέξοντες*] *Obscurum augest.* hoc est, evehit, ornat, Callim. hymno in Jovem v. 95 : *Οὐκ ἀριττὸς ἀπειλεῖς ἄλλος ἀλιστατος τοῦδε πάρεσταις ἀλέξοντες. Σινε νορτούτης δινοτες ποστούτης οὐδὲν οὐδὲν*. In qua notione quum & Latinis augere ponatur, retinui hoc verbum in versione. Sueton. Claud. *In se- met augendo parcus atque civilis nomi- ne Imperatoris abstinuit, nimios hono- res recusavit*. C. Nepos Phocione : *Namque auctus ornatusque à Demo- stibene eum quem tenebat gradum ad- scenderat.*

v. 7. *Αγλώπεια κάρπη*] Versiones vulga-
tæ : *superbum contrahit*. Alii : *desiccat*. Ineptè Proclus ostenderat *κάρπην* hinc esse εὐτιμὴ ποτὲ τῇ πατεριᾷ. Vertimus cum Horatio, *attenuat*, qui hunc locum expressit, ut pridem Muretus obser-
vit :

*Valet ima summis
Mutare, & insignem attenuat Deus.*

inferiùs v. 575 :

ερηνή τε ἀμυντὶς οὐτοὶ τὸν θέλοντα κάρπην.

*Tempore messis quando sol corpus
attenuat, hoc est, corporis vires
exhaustit, atterit.*

v. 9. *Δίκη δὲ ίδιος Δίκαστος*] *Iuste rege judicia.* Sic bene prisci omnes Interpretes hunc locum declarant, qui hæc retulerunt ad Jovem. *Δίκη* est η *δίκη*, sive *οὐν* *δίκη*, ut Moschopulus. *Ιδιώτης Δί- καστος* est præesse judiciis, & ea sic gubernare ut leges exerceantur, & iuste fe-
rantur sententiaz. *Ιδιώτης* est regere, gu-
bernare. Hesych. *ιδιώτης*, *λαρνάς*, *ξέσων*,
διοικοῦ, *ιδιώτης*, *κατεργάζει*. Jupiter enim Ju-
sticie Præses & vindicta habebatur. Plu-
tarachus : *οὐδέποτε τὸν μαρτυρῖσθαι σ' ἀπατήσουν*. O μὲν Ζεὺς
τοῦ ἔχει τὸν Δίκαστον μαρτυρῖσθαι, αὖτε οὐτοὶ Δίκη καὶ
Θεός.

Θέμις δὲ, καὶ νόμος ἡ φρεστάτη τὸν τολμέα τοῦ. Τοῦ Ιουστία non adsidet; sed ipse est Ιουστία & Θεμις, & lex antiquissima & perfectissima. Callimachus hymno in Jovem: v. 81.

Δώρες γε πολλοῖς θραυστάμενοι. οὐδὲ δέ αὐτοῖς
Αρχες εἰς πολεμῶντας ἐποίεις οἵτις δίκαιος
Ἄλλος τεντολῆς, οἱ τούτους ιδύειν.

Constituisti qui urbes custodiant: tuque ipse praefides in arcibus, Inspector tam eorum qui legibus populum sub inquis, quam eorum qui aliter gubernant. Sic hic locus vertendus. Jovi enim arces sacrae sunt, teste Aristide hymno in Jovem, qui & ibi docet Jovem esse praefidem Iustitiae. Vide & Euripidis Troad. In Theogonia eodem sensu dixit ἀλλείρης θεος δίκαιος vers. 85, de rege:

Πάντες δέ αὐτὸν ὄφεις ἀλλείρητα θεος
Ιδεῖνοι δίκαιοι.

Omnes ipsum respiciunt reddentem jus rectis judiciis V. 886. Ingeniosè quidem vir summus pro Πίστῃ legit Πέρων. Sed quomodo id est autem non commode possit tribui Persæ non video: quin tota oratio videtur huic emendationi & sententiæ τῷ πάντῳ adversari. Hæc enim Poëtæ mens est, audi intuens & auscultans, uti jus valeat regente te, utique ego Persæ vera præcipiam. Aliquid petit in publicum, aliiquid sibi. Sic olim sentiebam de hoc loco, sed accuratiū cùm nunc illum expenderem, vidi eundem esse in sententiam magni viri Danielis Heinsii, qui contra veteres Interpretes vidit non hæc referenda esse ad Jovem, perperamque vulgo hos versus legi & distinguiri. Sententiam autem esse, Vide & attende Persæ, & sine ambitione judica: ego verd, οὐ Persæ, tibi vera præcipiam. Itaque sic cum Heinsio interpungo. καὶ διὰ id est τοῦ δίκαιου θεοῦ θεος Τύρν, ἵνα διὰ Πέρων θεοῦ μακρούμων. In meo sane MS. legitur Πέρων, non Πέρος. Ceterum non Pausanias tantum quod Scaliger observavit, sed etiam Aristarchus hos priores decem versus obelis suis ju-

gulavit, & Praxiphanes discipulus Theophrasti, notante Tzette, in pervetus libro illos se non reperiisse testatus est. Praxiphanes autem iste videtur esse ille, qui à Diogene Laërtio in vita Platonis, narratur Platonis & Isocratis sermonem de Poëtis prodidisse memorare. Hujus Praxiphaniis etiam alibi meminit Diogenes. Cujus ætatis fuerit non observarunt docti Interpretes, quod ex hoc Tzetzis annotatione discimus.

v. 11. Τὸν μὲν τοῦτον εἰπούσαν νόμον] Utterque MS. Vossianus & editio Bafileen-sis Isingini: εἰπούσαν. Quod quis non probet præ dabo illo diplasia?]

v. 13. Διὰ δέ ἀρδηχα δυμὸν ἔχοντος] Mīrum quid Interpretibus Latinis in mentem venerit, qui hæc ita vertunt: *in diversa autem animum distractabunt.* quo nihil à Poëta sensu & Græcis verbis potest fangi alienius. ἀρδηχα δυμὸν ἔχον Homer est δίκαιος δυμὸν ἔχειν, dissentire, discrepare. Il. v. v. 31:

Βαρ, δέ γένεται πέλμαρδε δει δίκαιος δυμὸν
ἔχοντος.

*Ibant in prælium Dii discrepantes
animum habentes.*

hoc est, à se invicem dissentientes, aliis stantibus pro Troja, aliis in Trojam. Ubi vulgo versiones ineptæ: *discrepantes animum habentes,* pro quo alii dicunt ἀρδηχα δυμὸν ἔχειν. Quid verò miri Poëtam εἶναι tribuere animum, quum inter Deas referantur & hic & in Theogonia?

v. 15. Αλλ' οὐδὲ ἀράγεται.

*Ἄρεσταν βολῆσσαν δει πάντα βα-
ρεῖαν.* Hæc cum Tzette non sic accipienda sunt, quasi Deus sit malorum auctor. Sed hæc est Hesiodi mens, omnia que geruntur Dei numine geri: illum hominibus aut propter vitia, quibus sunt obnoxii, aliasque causas nobis sèpè parum exploratas, corrumperem consilia, sanam eripere mentem, & contendendi ac litigandi libidinem immittere. Penelope apud Homer. Odys. 4.

Maius

Μαῖα φίλη, μεγάλη οἱ διαδόσαι, οἱ τοῦ δι-
νετού

Ἀρεγά τούτου, οὐ διαφέρει αἱ μάκραι τούται,
Καὶ τοῦ χειροποίητος οὐδεποτε μίκραι τούται.

Nutrix dilecta, insanam te Dii fecerant, qui possunt insipientem reddere, qui vel prudentissimus fuerit, & delirum prudentiae compotem reddiderunt. Nam ut benè alias Poëta:

Οταν γὰρ ἀργὴν βλάπτῃ πτά,
Τέτηρ τὸν φεύγοντα μεταμορφώσει πρώτην,
Τὸν τοῦ διαλόγου τοῦ γένους τρίτην
Γυνήιαν, οὐδὲν μηδὲν οἱ ἀμαρτάνει.

Quando ira deorum aliquem ledit, huic primò eripit prudentiam, & sanam mentem, & in deteriorius mutat consilia, ut non videat quæ peccat. P. Syrus Mithmus: Fortuna quem vult perdere studit facit.

v. 17. Νόξ ἡμέρην] Nox habetur mater omnium rerum tristium & malarum, sicut in sacris litteris tenebrae. *Opera tenebrarum apud Apostolum, projici in exteriōres tenebras, apud Matthæum. Sic contra Deus dicitur apud Prophetam induitus luce, habitare in luce inaccessa, & felicitas sempiterna sapè lux appellatur.*

v. 19. Γένεις τοῦ ζήντοντος] Hæc verba non referenda esse ad Jovem, cum antiquis Hesiodi Interpretibus, præclarè monuit Daniel Heinlius i. zārī, cui Hesiodus & omne litterarum genus plurimum debet. Nihil certius quam hæc ad Eos pertinente bonam, quam Philosophi φύλας dicunt, quæ dicitur in terra habitare inter homines. Inde Empedocles Agrigentinus Physis antequissimus, qui principia omnium rerum preter quatuor elementa constituit Νέκταν & Θαλά.

Τέταρτα γὰρ πάντων εἰζόμενα συγχέονται.
Ζεὺς ἀρχὴς, Ήγειν τοῦ φύσεος, ήδη Λιδωνεύς.
Νέκτας δὲ τὸν διάκρινον πέριττην κρέμαντα βεβύτων.
Νέκταν τὸν ἐλέρθρον δίχα τῷ ἀπόλαυστῳ ἀ-
πέτηται.
Καὶ φιλία μετὰ πάντων, ιστον μηκός τοι φιλί-
α τοῦ π.

Quatuor omnium rerum principia pri-
mus audi, Jupiter candidus, Juno al-
ma, & Pluto, Ac Nefis quæ lacrymis
tingit humanas scatebras, Et contentio
pernicioſa quæ absque iis per est ubique,
Et amicitia cum his quæ æquè longa
ac lata est. De quibus Sextus Empiri-
cus aduersus Mathematicos: Εξ ὁδο-
διδούσι τὰς ἡμέρας ἀρχάς τετραπατέρας τὰς οὐ-
ρας, γῆν, οὐρανόν, αἴρα, πῦρ. Ήν δι τὰς διαστά-
σις φύσις η τοῦ οὐρανού. Sex tradit rerum
principia. Quatuor quidem materialia,
terram, aquam, aërem, ignem. Duo
autem operantia, amicitiam & discordiam. Vide & Diogen. Laërt. in vita
Empedoclis. Latini Interpretes Hesiodi
πολλοὶ ἀποτίνειν τοῦ ἀρρενοῦ conjugunt, qua-
si Hesiodus dixerit contentionem bonam
longè meliorem esse hominibus: quos
redarguit copula & συνέντη, quæ ita con-
stituenda. Οὐαὶ οὐ πολλοὶ ἀπότινειν
τοῦ Κρείδην τοῦ ζήντοντος τοῦ ἀρρενοῦ.
Posuit illam longè meliorem in terræ
radicibus, hoc est, in terra & inter ho-
mines. Εἰ τοῦ οὐρανοῦ repetendum.

v. 20. Εἰς τὸν γάρ τοι οἶδεν ἔργον χα-
ρίζον Πλάνην, οὐ τοιδί τοιόντας οὐδὲν τοτείν] Hic rursus Interpretes malè gesserunt suas partes, qui secundum versum sic
transtulerunt, ut si τοῦ hinc esset relativum,
quoniam tamen hinc ponatur pro ἡττῇ, quod
discere poterant ex Moschopulo & Pro-
clo. Glossæ MS. Vossianæ: οὐ, τοτείν, πλα-
νής. Iners, inquit, videns alium labore
divitias invenisse, & ipse eadem ratio-
ne opes querere studet. Eodem sensu
inferius:

Εἰ οὐ τρόπος, πάχει τοι ζηλός αὔργε
πλανῆς.

Quod si laborares mox te emulabi-
bitur otiosus discentem.

Tzetzes videtur leguisse οὐ. Porro in
MS. legitur ἀεγάλην, quam lectionem
tuetur Tzetzes, qui propter liquidam μ
τὸ γε produci contendit. Proclus verò
hoc à Græcorum Poëtarum consuetu-
dine alienum esse in talibus infiniti-

vis affirmat, ideoque τὸ μὲν γεμιναν-
δυτον.

v. 23. Εἰς ἄρχοντας κακῶντα] MS. I. Voss.
τοῖς ἄρχοντας κακῶντας. Sic etiam Moschopulus:
λέγει οὐδὲν τὸν ἄρχοντα τὸν ἀνθετόντα
τοῦτον τὸν βίον, ἀλλὰ τὸν τοῦ
τοῦ θεοῦ πάντας. λέγει δὲ οὐδὲν τὸν ἄρχοντα
τοῦτον τὸν βίον, ἀλλατίποτον. Sic legendus hic lo-
cus. Vulgo malè & sine sensu τὸν ἄρ-
χοντα τὸν ἀνθετόντα. Eadem ratione peccarunt
in ἄρχοντα apud eundem Moschopulum
v. 32. ubi vide Proclum.

v. 29. Αγορᾶς ἐπίκαιον λέγεται] Græci Scho-
liaſtæ omnes recte ἀγορᾶς explicant ἐμάτην
τὴν φημῶν τὴν πλατειῶν καταμέραν ἢ ἀγορᾶν. La-
tinos verò quis ferat, qui fori auscultato-
rem tranſtulerunt? Quis Latinè sciens
intelligat quid sibi velit fori ausculta-
tor? Verte: concionum auditor. Αγορᾶς
ἐπίκαιοι sunt homines subrostranei, ἀγοραιοι,
Aristophani ἀγορᾶς στενάματα, circum-
foranei, concionales, qui, ut Livius ait,
concionibus barent adfixi & in foro vi-
vunt: sive ut Cic. I. de Orat. c. ult.
qui in ſubelliis habitant, quamvis ibi
loquatur de cauſidicis. Latinis proprie-
tales homines canalicolæ. Gell. IV, 20:
Qui jurabat cavillator quidam & cana-
licola, & nimis ridicularius fuit. Vid.
Festum: Dicuntur & homines ordinarii.
Festus: Ordinarium hominem Oppius
ait dici ſolitum ſcarram, & improbum,
qui affidet in litibus moraretur, ob eam-
que cauſam in ordine ſtareret ad euntium
prætorem. At Aelius Stilo qui mini-
mè ordine vivet. Αγορᾶς ἐπίκαιος οὐ Plan-
to est foro operam dare. Terent. hinc
sequi. Poffes tamen etiam exponere
ἀγορᾶς ἐπίκαιος, fori auditor, ut apud au-
torem dialogi de cauſis corruptæ elo-
quentiæ, quem ego quidem Quintiliani

effe nullus dubito. Rationes aliæ dabo.
Is cap. 34. adolescentes, qui in ſubelliis
quotidie nobiles cauſarum patronos au-
diebant orantes, vocat fori auditores:
Alque bercule, ſub ejusmodi præceptio-
nibus juventis ille de quo loquimur, ora-
torum discipulus, fori auditor, ſectator
judiciorum, eruditus & affuefactus alien-
nis experimentis, &c. Sed huc in bo-
nam partem accipitur.

v. 30. Οὐκοῦν τὸν ἀλίγην πάντα] Non eſt
ut recedamus à lectione librorum &
Interpretum veterum expositione, qui
aiunt ὅπλα φύεται, & interpretantur ἀρο-
τίδαι, ſicut MS. I. Vofſianus cum. Glossis:
ἄλιγην τὸν ἀγοράν την, ἡ περιτις ἀροτελεῖαι,
ἀλιγηστῆρα. Verba verò hæc ὅπλα ἀλίγην πά-
ντας νομίζουν τὸν ἀγοράν την ſunt ἀλιγηστῆρα
τοῦ ἀγορᾶς, vel ἀλιγηστῆρα χρή τοῦ τὸν ἀγοράς
την, non curate debet forenſes curas. In-
ferius v. 208. Τῇ δὲ οὐ, ἡ σ' αὐτῷ ἡρός ἀγορᾶ.
Hac is, qua te duco. hoc eſt, ire de-
bes. Hom. Iliad. X, v. 62. Αὐτὸς μέντοι
τοισι Λατιγοὶς εἰσόντες ἔδησι; Ηδὲ μετά σι;
ἄντε; Illuc maneo cum bis expectans
donec venias? An te ſequor rurſus? Μά-
ρια, θάνατος, eſt μέντοι, θάνατος δὲ. Luc. VIII, 19.
Σὺ δέ εἰς ἐρχόμενος, η ἄλλος περισσότερος. Tu ne
es qui venturus eſt, an alium expeſta-
mus? vide & Matth. XXVI, 8. Πέλεται
pro πάνταις δι. Sic ſapè preeſens accipi-
tur. Eurip. Hec. 163.

Pοίας οὐ ταῦτα, οὐ καίτερα σύχοι; Καν-
ναν, hancne an illam eo? pro ſύχει δι. Quomodo non infreſuerter occurrit apud
Scriptores ſacros. Matth. III: Πάντας εἰς Αἴ-
ρον μὲν πάντας καρπὸν τελεῖον εἰς τὸν
βάλλεται. Omnis arbor non ferens fra-
ctum bonum excinditur & in ignem
conjicitur. Hoc eſt, excindi & in ignem
conjici debet.

C A P U T I X.

Hesiodi obscurus locus expositus contra Græcos & Latinos Interpretates. Ωραῖος βίος ὥραιος χαρπόι. ὥραιον ὑδωρ. ὥρη ἦτες. Lectio antiqua Poëtæ bis asserta. Εργάζεσθαι. ἔργον. Dimidium plus toto. πηδάλιον. SCtum in Pandecte illustratum, repudiata Commentatorum sententia. Gubernacula in navibus Veterum duo. Hesiodus emaculatus. Γυμνόροι μελεδῶνες. Interpretum variii lapsus.

v. 31. Ω Τίνι μὴ βίοις ἔρδοι λαντάρδες κατέκρου

Ωρᾶς] Bios οὐρᾶς Latini interpretantur, *victus tempestivus*. Græci vero magistri, *ex singulis anni partibus collectus*. Quod quidem ferri posset. Nam οὐρᾶς χαρποὶ sunt omnes fructus e terra provenientes qui in mensis secundis apponuntur pro anni & temporis ratione, ut verni flores, æstiva mala, pira, pepones, autumnales uvæ, & quæ hyeme possunt haberi. Antigonus Carystius in vita Mededemi. Τρέγυμα μὲν δίρμοι, ή κώμαισι συντρόφοι ποτὲ οὐκ εἴδεντες εἰσέρπετο π., τὸ μὲν δίρμος ἄποτε η ἡρία, τὸ δὲ ἱαρός ἀχει, καὶ τὸ γηραιοῦντον οὔρας ἴραδες. Pro bellariis dabantur lupinum & saepius faba: Nonnumquam ex fructibus, quos illa pars anni ediderat, quidpiam apponebatur, æstivæ malum Punicum, vere ervilia, byzantina carica. Malè Interpres Dipnosophista reddit: *ex fructibus borariis*. vid. Galen. de aliment. facult. II, 2: qui docet propriè Græcis οὐρᾶς χαρπὲς dici de talibus ηγεγόμαι, non de frumento, de quo h̄ic tamen agi omnes vident. Sic & apud Ælian. Var. Hist. I, 31. οὐρᾶς ηγεγόμαι. Persuassissimum itaque habeo οὐρᾶς βίον esse fructus æstivos, qui τὸ οὐρᾶ, ἵνετο τὸ οὐρᾶ ἰτες, æstate, diebus caniculæribus tempore messis colliguntur. οὐρᾶ enim & οὐρᾶ ἰτες καὶ ἴραδες significat æstatem, & quidem adultam, dies cani-

culares, ut Galenus in variis locis tradit. Hinc οὐρᾶς est æstivus. οὐρᾶς ὑδωρ apud Hippocratem Galenus ostendit esse pluviam aquam, quæ media æstate cadit, καὶ τὸ καύειν εἰκόνος ἡ ὁρμαζόντη οὐρᾶ ἰτες. tempore illo quod vocant οὐρᾶς ἰτες, hoc est, dies caniculares. Plinius sane οὐρᾶς μήνις vertit mel æstivum, ut pulcrè notavit vir Magnus ad Athenæum III. Animadvers. cap. 6. Nec aliter capendum inferius v. 305:

οὐ καὶ τὸ οὐρᾶς βίοντα πλάνων καλεῖ.

Ut viētu æstate collecto impleantur borrea.

In sequente versu nescio cur contra manus exaratorum librorum & priscarum editionum fidem recentiores scribant τὸ καύειν οὐρᾶς. sed video hoc ab H. Stephano profectum qui τὸ putat sejungendum & pro ἀντὶ ponit. Sed rectius MSS. & omnes scholiorum Auctores scribunt ηγεγόμαι. cuius libertatis poeticae exempla quis desideret nisi puer? Nemo enim ignorat apud Homerum καύειν πρὸ καύειν, λαλάνει πρὸ λαλάνει. Letvia hæc sunt, fateor, nec monerem, nisi Stephani auctoritas multos in errorem induxit.

v. 39. Δίκην μηδαμον] MS. uterque & editio Ulpii apud Isingrinum, ηγεγόμαι. Stephan. ηγεγόμαι. Sed rectius vulgatae, metro poscente. Phocylides etiam in editione Stephani:

*Hr. οὐ κακὸς διέργει, ἢ θεὸς μετίκοντα δι-
ργοστε.*

Scaliger in libro suo notavit, *ἰδίως* hic
positum esse pro ἀπόλον. *verè.*

v. 40. *Οὐ τάξον ἡμῶν πατρός]* Quām
variæ sint hujus loci expositiones nemo
ignorat. Mihi maximè probatur Platoni-
nis & Aristotelis, uterque, ille III. Lib.
de legib. hic IV. Polit. præstare censem
dimidium, si illo moderate utaris, toto,
hoc est, magnis divitiis, si luxu diffluas,
aut turpiter prodigas. Ejusdem ferè senten-
tiaz est illud Catonis in distichis :
*Quod nimium est fugito, parvo gaudere
memento.* Sed tamen hīc propriè docet
fratrem Poëta, omissis litibus, præstare
quietam possessionem dimidii, quām to-
tius litibus querendam, præsertim si par-
cē vivas. Nam ut verè Lucretius Lib.
V. *Quod si quis vera vitam ratione ga-
bernata, Divitiae grandes homini sunt
vivere parcē.* Sequens versus id docet,
in quo parcimoniam, quæ tam magnum
est rectigal, tantopere laudat. Propter
eamdem causam Pythagoras quoque de-
terrebat ab usu carnium homines, *οὐ ω-
μοῖς αὐτοῖς ἐν ταῖς σφραγί-
διοῖς, τοῦ λιτοῦ ὑδροῦ πίνεται.* ἐπειδὴν τὸ τοῦ
οἰκουτοῦ ψήσας, *ηὐχῆς δέσποτη σεβίσθε,*
ut homines victui tenui affuefierent, ut
cum cibis minimè coctis uscentur, *&*
aquam solam biberent, facilem haberent
vivendi rationem. Hinc etiam tam cor-
poris sanitatem, quām acumen animi
illis accessuarum, teste Diog. Laertio in
Pythag.

v. 43. *Πηδλος γάρ καὶ τὸ ἡμέαν ἤγαντο]*
Vete : *Facile enim uno die tantum
quaestuisses.* Vulgo : *tantum operatus
esses.* Sed ἵραζεται hīc est labore para-
re, acquirere. Subintelligendum autem
ex præcedente versu βιον. Quod loquen-
di genus postea imitatus est Andocides :
ἴραζεται τὸ βιον ἐν τῷ δρόμῳ τοῦ ταῦτον
victum querere juste suis manibus. E-
γάζεται βιον est *victum parare, querere
unde utamur, vitam querere, ut Ennius*

loquitur. *Nautisque mari querentibus
vitam.* Vita Latinis, æquè ut Græcis
βίος, est vicius, alimenta, quæ ad vitam
tuendam pertinent. Et sic hoc loco ca-
piendum, non pro incertis vitæ casibus,
ex sequentibus liquidū appetat. *Ἐργάζεται*
eamdem vim quoque apud Platonem te-
net : *Kai τὸ ἴντιδεν ταῦτα ἤγαντον οὐ οὐ-
σίας δράμον.* *Et alimenta ipsam que-
sunturam, & familiam sustentaturam.* Herod. I, 34. *ἴραζεται τὸ χρήματα μεράρια,*
διάλιτας δότιοι τοις Κενταύροις ἀπέκειται. Cum ma-
gnaria pecuniam acquisivisset voluisse re-
dire Corintbum. Joh. VI, 27. *ἴραζεται μὲν τὸ
τιμών τοῦ λαοῦ καὶ λαούμαννον,* hoc est, *nolite
conquirere victum qui perit.* Obscurè
vulgatus. *Operamini non cibum, qui pe-
rit.* Nec melius Beza, *Operamini non
cibo qui perit.* Hinc & ἵραζεται simpli-
citer est quæstum facere, acquirere, ut
apud Demosthenem in orat. contra Apa-
turium : *ρωποῖς ἵραζεται* est quæstum fa-
cere pecunia in fœnore nautico colloca-
ta. Sic optimè illum locum emendavit
maximus virorum Salmasius, cui nihil
viget pat & secundum. Inde ἵραζεται lu-
crum, quæstus. Sophocles :

*Ἄλλ' εὖλος ἔργον τὰ την πλευράς μάτιν.
Σεδ nullum lucrum est ista deplorare.*
Ubi Scholiares : *εὖλος, εὖλος ἵραζεται.*
Quia vero nullus quæstus est uberior,
quām qui ex usuris & fœnore capitur,
ἵραζεται & ἕρχεται εἰς ἔργον dicitur de fœno-
re : *ἵραζεται χρήματα* est exercere pecu-
niā, fœnori locare, ut recte à viris do-
cis ostensum est iam pridem. Matth.
XXVI, 16. *ἴραζεται τὸ αὐτὸν,* scilicet,
τίντη ταλάντων. *quæstum fecit illis sci-
licet quinque talentis.* Est Hebraicum
loquendi genus ἵραζεται τὸ ποτί, pro quo
Græci ἵραζεται τοι. Vide Bezam.

v. 45. *Αἴ γά τοι πατέλλον]* Miror omnes
versiones Latinas quas mihi videre licuit,
πατέλλον hīc interpretari temonem, sti-
vam, quum mihi sit exploratissimum in-
telligi clavum navis, seu gubernaculum.
Glossæ MS. Vossii : *πατέλλον* αἰχνήσιον. sed,
et si

et si aliae decessent rationes non sinit nos dubitare de hac interpretatione v. 627:

Πιδέλιον δ' ὑπῆρχε ωπὴ γενὲ κριμαῖσι.
Clavum artificiosè factum super su-
mum suspendito.

Ibi præcepta expendit quid hyeme, con-
fecta navigatione, sit faciendum: sole-
bant autem tum clavos in fumo suspen-
dere, quo credebantur indurari ac à pu-
tredine servari, quem ut nunc caro sa-
lita fumo induratur. Virg. I. Georg.

*Et suspensa focis exploret robora
famus.*

Aristophanes in Oenam:

Πράτη μὲν ὥρες πενίσμενης ἡμέτερης ὥρας, κερμά-
τος, ὅπερας.

Σπείρει μὲν, ὅταν γέρανθρος κράζεται τὸν
Δίστην μεταχωρεῖ,

Καὶ πιδέλιον τότε ναυάλησθε φεύγετε κριμά-
σσον καδούσισθε.

Primam quidem tempora ostendit
nos veris, hyemis, autumni,
Seminare quidem quando grus cro-
citanus in Libyam decedit,

*Et tunc juber nausam suspenden-
tem clavum dormire.*

hoc est, quum tempus est naves subdu-
cendi, clavum suspendendi, & nautas
possunt securè in utramque aurem dor-
mire. Malè & ibi Interpretates πιδέλιον
temonem vertunt. Aristophanem hæc
loca Hesiodi, de quibus agimus cùm
maxime, respicere facile intelligunt om-
nes, & clarè Scholiastes ostendit: Καὶ
τὸν προτὸν τὸ Ησίδιον, αὐτὸν πιδέλιον μὲν ὑπῆρχε
καταποδικαῖον. καὶ πιδέλιον δὲ ὑπῆρχε κριμαῖσι. Duas vitam tuendi ra-
tiones Veteres præcipue coluisse in hoc
opere docet Hesiodus, navigationem ni-
mirum & agriculturam. Aut mare exer-
cebant negotiando, aut terram conse-
rendo & colendo. Utroque hoc viatum
parandi modo ærumnoso & laborioso
essemus levati, inquit Poëta, neque in
mari jactari cum tanto periculo, neque
opere rustico nos defatigari necesse es-
set, si Deus non occultasset facilem il-

lam viatum & amictum curandi viam.
Suspenderes clavum fumo, quod sole-
bant hyeme facere, quum clausa essent
maria, & naves subductæ, & navigandi
studium deponeres, numquam mare ten-
tares & infidis procellis tuum caput qua-
stulus causâ committeres. Nec aliter Pro-
clus. Vedit quoque D. Heinsius sensum
hujus loci in Introductione, sed nec ipse
in tot suis editionibus foedum hoc men-
dum expunxit, nec ab aliis editoribus
fuit auditus. Ab hoc more proverbium
natum Πιδέλιον πιδέλιον, de iis qui ar-
tem desinunt, nec amplius exercent, sed
otio se dedunt. Eustath. ad Iliad. I. pag.
650. edit. Basil. δικτον δὲ τὸ πιδέλιον τὸ πα-
ρεργία τὸ πατερίκη κατανὰ τὸ πιδέλιον διὸ οὐδὲ
γέγονται, τὸ πιδέλιον πάντα τὸ πιδέλιον, διπλον τὸ
τὸ δὲ πιδέλιον τόξον τὸ πιδέλιον ἀγχριπότα. Unde liquet paræmia dotta à fumo, su-
per fumum gubernaculum, de otiosis,
& arcis desinensibus, quale est in cla-
vo suspendere arcum ait cibaram. Hæc
de πιδέλιον disputatio in mentem mihi
revocat SCtum Claudianis temporibus
factum, cuius fragmentum nobis serva-
tur lib. xviiii II. Tit. ix, l. 3. §. 8: Ut
si quis ex naufragio clavum vel unum
ex his abstulerit, omnium rerum nomi-
ne teneatur. Hic Interpretibus aqua ha-
ret dubitantibus quid per clavos Impe-
rator intelligat, quum non nisi unum in
navi clavum esse existiment. Sunt viri
eruditissimi qui docent clavum modò
pro ἄρχῃ τὸ πιδέλιον, modò pro toto ponì
gubernaculo, & clavos hinc esse gubernac-
ula clavo annexa. Quod sane ego quid
sit non capio. Gubernaculum enim ha-
bet unum clavum, numquam duos. Gu-
bernaculi partes sunt οἰαξ, φετίς, πιπίζον,
ωχήν. Οἰαξ est clavus, quo, ut Isidorus
inquit, regitur gubernaculum. Naves
vero Veterum paulid majores duo habe-
bant gubernacula, duos clavos. Hinc
Græcis dicuntur ἀρχιπέμπτοι tales naves.
Petron: *Nunc per puppim per ipsa ga-
bernacula dilabendum est, à quorum re-
gione*

gione funis descendit, qui scaphæ custodiā tenet. Idem: Pergit interim tempestas mandata fatorum exequi, omnesque reliquias navis expagnat. Non arbor erat relīcta, non gubernacula, non funis, aut remus. Apud Heliodorum V. Æthiopic. Theagenes & Chariclea ad Ithacæ promontorium appellunt, Ἀπόλειαν διάπερ τὸν λαύρον, altero clavo amissō. Lucas Act. xxvii. in Pauli nave dixit in numero multitudinis τὰς ζυγτειας τὸν πανταλόν, vincula clavorum. Sed omnium clarissimum genuinus Hippolytus de Anti-Christo quem ante non multos annos edidit Marquardus Gudius, vir doctissimus & mihi conjunctissimus, cui brevi plurimū res litteraria debebit, in elegantissima comparatione Ecclesiae cum navi: Θάλασσα δένει ὁ κόσμος, ἡ δὲ ἡ θάλασσα, ὡς ναῦς ἐπιπλάνηται μὲν ἀλλ' ἐπιθάλασσας. ἔχει γὰρ μεῖζης τὸ θυμητερον Κυρίου πρότινον Χεισόν. Φέρει γὰρ μέσον τὸ πάθον τὸ καὶ τὸ παντάλον, ὡς τὸ σωματεῖον τοῦ Κυρίου μεῖζης τοῦ βασιλεῖον. Εἰσὶ γὰρ αὐτῆς μὲν περιφέρεια ἡ ἀρατλὴ, πρώτη γάρ ἡ Νοστοῦ τὸ θέλημα, μονοπλεῖλα, σίκαλες γάρ αἱ θεοὶ αἱ θεοὶ Αἴγαδηκοι. Sic enim recte MS. Eboracenfis. Possunt hi clavi videiri in columna Trajani & Argo navi, in signis cœlestibus apud Aratum. Vide Lipsium ad II. Taciti annalem c. 6. Samuel. Bochartum, virom summae eruditio[n]is, qui in omni doctrinæ genere primas tenet, in Hierozoico, & Cl. Schefferum de militia naval[i]. Sed hæc in transcarstu.

v. 48. Περιπέπτεις ἀγκυλομήτης] MS. II. ἀγκυλομῆτης, quomodo legendum censet Moschopulus: sicut ποικιλόμητης, διδόμητης, quæ tamen in secundo casu infleuntur ac si primi λῆξις esset τητης. Sic noster in Theog. εἰολόμητης Περιπέπτεις. Apud Hom. πολύμητης, τύμητης. Proclus tamen secutus auctoritatem Plutarchi, qui & ipse olim in Hesiodum Commentarios edidit, quos Gellius laudat Noct. Att. XX, 8, & Proclus frequenter, tueretur ἀγκυλομήτης. Eustathius verò ad Odys.

y, ait utramque terminationem apud Veteres inveniri. Illam in τητης esse à μῆτῃ, hanc verò à μῆτης, à βελά.

v. 51. Δίδε παρεψ μαντίντο] Imperitè μαντεῖς & μαντίνες vertunt consultus, quum potius sit consilii plenus, consiliorum auctor, μάτια βασιλεῶν ut recte circumscribit Theocritus notante Eustath. ad Iliad. a. Nec hoc prætermiserunt viti eruditii, sed surdis narrarunt fabulam. In præcedente versu τητης λεπτοῦ verte: filius Ιαπετοῦ. Gloss. Vetus: Παῖς ὁ ἄρρεν, Filius. Non ignoro Latinis quoque Poëtis puer pro filio dici, ut Veneris puer apud Ovidium Cupido, Latona puer Horatio Apollo, sed in versionibus, quæ in tironum & Græcæ linguae non satis peritorum gratiam adornantur, hæc non habent locum. Iovis autem reddidi egregius. Moschopulus exponit ιαπετοῦ. Et Hesych. ίαπετοῦ, ἀγαθοῦ, γελοῦ, μίας, τύραννοῦ. Glossæ MS. Voss. ίαπετοῦ, μίας. Sanè apud Hom. conjungitur ίαπετοῦ μίας π. Sic in Δασκαλ. v. 25. ίαπετοῦ Αλκαίοιο. egregius filius Alcæi. ubi Interpretes: præstans puer.

v. 55. Pro χαίρεται prior liber Vossianus χαίρεται.

v. 63. Αδαράτης τοῦ Σταύρου οὐδὲ ιστον] MS. I. editio Isingrini, Tzetzes: ἀδαράτης Σταύρος. Idem codex, ut & Palatinus, sequenti versu legunt παρθενᾶς προ παρθενᾶς, quam lectionem Proclus quoque agnoscit. Nec aliter scripsit Hesiodus. Glossæ MS. Palatini libri exponunt optimè παρθενᾶς. Vossianæ addunt subintelligendum παρθενᾶς. Pertinet παρθενᾶς τοῦ παρθενᾶς ad Pandoram non ad Deas, ut vulgo capiunt. Jupiter, inquit, jussit Vulcanum quam celerrimè ex luto formare massam, illamque voce humana instruere & viribus, & tanta pulcritudine virginali ut ad formam Dearum accedat. Evidēt ex vulgata lectione nullum sensum idoneum posse confici facile vident qui animum advertunt.

v. 66. Γυνόρης μελισσῶν] Veteres quidem magistri in explicando γυνόρης mire ambi-

ambigunt, sed mihi recte vidisse videntur illi, qui exponunt τὰς μίλια κορυφές, sicuti præter Moschopulum & Proclum Vossianæ Glosas & Phavorinus. Κορεῖ est κορυφή, καλλικόπειρ. Hesych. κορεῖ, κορυφή, καταπέιρ. Unde & μωκόρος, qui templum ornat & tuetur, ædituus. In Actibus Apostolorum Ephesus dicitur μωκόρος Αρτέμιδος, ædituus Diana. Sicut & in nummis Graecorum frequenter urbes & populi μωκόροι Καισάρει appellantur; quia templo in honorem illorum excitarant, quibus ornandis & colendis

operam suam devoverant, ut quasi essent Cæsarum æditui, ut monuit vir illustris Caspar Gevertius, sicut Ephesi Diana sunt, μωκόροι, propter illustrissimum & maximi operis templum, quod in ejus Deæ honorem in sua habebant urbe. Γυνόροι μελιδῶν sunt curæ, quæ totæ in ornando corpore sunt occupatae. Mulieres verò quo studio magis tenentur quam comedendi & excolendi corporis, quibus, ut Plautus ait, *nulla satis ornandi satietas est?*

C A P U T X.

In Hesiodo tres mendæ deletæ. Idem expositus. Αμφιγύνεις. Φωνή. Jovis dona quomodo rejicienda esse Hesiodus doceat. Θαλίας τύρπανα. Hesiodo versus fugitivus, qui in nullis editionibus conspicitur, restitutus. Antiquissimorum hominum vivendi ratio. Pecus non alebant. Varro emendatus. Μῆλα, Poma omnes arbutei fructus. Μῆλα pro opibus. επὶ βρύσι κπίναχ. Homerus explicatus. Hesiodus bis emendatus. Interpretæ sapienter comprehensi. Ηέρεις ιστάμενοι.

v. 69. Ω Σ ἵπατ', οἱ δ' ἔθιστοι] Vitia hæc sunt ne in pueris ferenda, & tamen omnes occupant editio- nes. Scribendum, οἱ ἵπατ', οἱ δ' ἔθιστοι. Nec aliter MSS. Sequentे versu Αμφι γύνεις est οὐδὲ γῆς βεβλαμμένος. γῆς γετ' ἕξ. χῶν dicuntur manus & pedes. Homer.

Γυάλων μὲν σράτιν ὁδὸς ἄγριων ὄντων ἐπτετος.

Frangam quidem pedes celerium equorum ante currus.

Γυάλων enim, ut bene Porphyry ad Homerum observat, est σπειραγός ποίησις. Latinis utroque pede claudus, pedibus caput. Quod quum à Græcis propriè tribuatur Vulcano, quibus familiare est θήσιτη singulis Diis & Heroibus assignare, iisque uti loco ipsorum proprietatum, Latini verò careant tali voce, qua illum

commodè possint exprimere, ut Vulcanum per eam significari intelligent omnes, Ambiclaudus enim Latium vetus ignorat, vertendum est, Vulcanus: ut ιννούχος Neptunus. Ridiculus esset qui verteret Terram concutiens quum pro ipso Neptuno ponitur. Talia apud Græcos θεα κορις. v. 77. σιθιορι MS. I. pro σιθιον.

v. 71. Παρθένη αἰδοῖν ἵκελο] Hoc est, ἵκελον χῆμα, similitudinem virginis, id est, imaginem, statuam. Plin. *singere ex argilla similitudines.* Sic ferè Latinis similis simpliciter pro simulacro, imagine accipitur. Juvenalis: Sat. II. v. 6. *Si quis Aristotelēm similem vel Pittacon emit,* hoc est, Aristotelis vel Pittaci imaginem. Multis exemplis declararunt docti viri ad Statuum.

v. 79. Εν δ' ἀριθμῷ τῶν Στίχων καὶ πολὺ] Quærunt Græci Magistri quomodo hic Mercurius vocem Pandoræ indidisse potuerit, quum paulò ante Vulcano ejus confessio mandata fuisse dicatur. Itaque φωνὴν v. 61. interpretantur ὥσπερ φωνὴν, sed licet hæc exponendi ratio possit probari, nondum tamen essemus defuncti. In præcedente enim versu jam commemoraverat Mercurium Pandoræ pectori inseruisse αἰματίνιον λύγον, quomodo res ab eodem gesta tamquam diversa à diversis acta narratur? Quid quærimus? φωνὴν h̄c est ὥσπερ, ut apud Hom. Il. y.

Πέλαμος δὲ Εὔγενος οὐκέτε τινὴν.

Priamus Helenam vocavit nomine, ubi φωνὴν perperam τηρέλλουν docent, & exproununt voce. Gregor. Μήτη ήμᾶς οὐδείς τὸ δικαιοτέρας φωνὴς. *Ne nos increpetis ob verbum insolentius.* ηὗδη φωνὴ est nomen imposuit. Ita omnino Hesiodum intelligendum ipse docet: ὅρθιλις τὸν θάλατταν Πανθόν, appellavit autem τηλετὴν Pandoram.

v. 86. Μήποτε δώρον Νέαδας] Jovis igitur dona sunt rejicienda? Sed egregiè hujus loci mentem declarat Plutarchus, in libello quomodo adolescenti Poëtæ sint audiendi, ostendens διὸς δώρα esse fortunæ munera: Ο Ήσίωδης τὸν Περιηδία ποιῶν τῷ Επιμηθεῖ οὐδεπολεύθειν,

— μήποτε δώρον

Δέξασθε πατέρα Ζηνὸν Ολυμπίον, ἀλλ' ἀντίμετρον,

ὅτι τῇ τὸ πῦρος μωάμετος τῷ Διὸς ὄντεματο κέχεν]. τὰ γὰρ πυρηνὰ τῷ ἁγαθῶν Διὸς δώρα κέκληται, πλέοντος, οὐ γάρτας, τοὐδὲ ἀρχῆς, οὐ πάντα δόλος τοῦ ἐκτοῦ, ὃν οὐ κτένις ἀνόητος δέι τοῖς χεῦδης γελῶντι μωάμετος. Μὴ, οὐ τὸ Επιμηθεῖ φαῦλον ὅταν οὐ ἀνόητον, οἵτε τοιγάντι φυλάπτειν τοῦ θεοῦ ιερεῖαν τὰς εὐπορίας, ὃς βλασπόνθινος οὐ Αἴσθαρτομένος θεὸν αἰτῶν. οὐ πάλιν ὅταν λέγεται.

Μήδεποτ' ἔλοφίμην πνίων θυμοφθόρον ἀρσηνίην

Τέτταλας διεριζεῖν, μαχίραν σύσσον αἰτεῖται.

Ἄπειροτε τὸν τὸ πυρηνὸν εἶπον, ὃς ἡ οὐδεῖσθαι τὴν καλύτην τοῖς άγροῖς τὸ πῦρον πονομένοις, ἀλλὰ τοὺς μετ' ἀρχαῖς, οὐ δευτεραῖς, τοὺς μαλακάς, οὐ πολυπλόκον εἰσεῖται, αἰցαντος οὐ ἐπονομάσον ὅταν. Hesiodus ubi Prometheus inducit fratri Epimetheus suadentem ne à Jove nulla dona accipiat, sed ea alid dimittat, Jovis nomen de potentia fortunæ usurpat. Bonis enim fortunæ tribuit appellationem donorum Jovis, opibus, conjugiis, imperiis, & omnibus in universum bonis externis, quorum possessio inutilis est recte uti iis nescienti. Itaque etiam Epimetheus hominem vitiōsum & fatuū caverē sibi jubet & metuere à rebus secundis, damno nimirum ei & exitio futuris. Iterum ubi ait, Numquam pauperiem perniciosem animumque excruciantem exprobra homini, quia οὐρανοῦ munus est, Deorum munus vocat id quod fortuna obligat, innuens non esse eos culpados, qui fortuna injuria pauperes sunt, cum ignoravia potius, cordia, mollitie & luxu conjunctas diuitias in turpibus & vituperatione dignis habendas. Vide ibi plura, & ejusdem libellum de Fortuna in fine. v. 87. πρὸς ζωὰς MS. II., πρὸς ζωὰς.

v. 96. Εὐδέκτωρος θύμοις] Queruntur veteres Critici, valdè ἀκεχειρήσις dolium appellari h̄c θύμον. Inde & Seleucus pro θύμοις scribebat οὐδον, ut Proclus notat. Seleucum, qui hunc locum sic emendandum judicavit, existimo fuisse Grammaticam illum Alexandrinum, qui Romæ docuit, & Homericus dicebatur. Hunc enim in omnes ferè Poëtas commentarios edidisse Suidas auctor est. Quæ à viris doctis afferuntur ad istam translationem asperam molliendam, arguta quidem sunt & ingeniosa, sed quæ faciliter rejici possunt quam probari. His equidem argutiis non est opus. Αθύμος enim quodvis receptaculum, & vas notat. Euripides arcas cedrinas, in quibus vestes recondebantur, καθίριος θύμος vocat. Alcest. v. 158.

*Ἐπ ἀ' ἐλέσσα καθίριαν δύμαν
Εδύτε, κούρος τ' ὑπερπόντος ποκόντωτο.*

Ex cedrinis domibus (hoc est, arcis) vescem sumens & mundum decentem paravit. Sic & Philoni vestes dicuntur οἰκίαι φοῖτοι, πορτατίλες δομαί, quia homines tegunt ad instar domorum, ut eruditè notavit vir dignitate & doctrina præcellens Gisbertus Cuperus Observat. III, 18.

v. 99. *Αἰχνής βαλῆσιν]* Hunc versum inducendum esse rectè Aristarchus & D. Heinsius censuerunt.

v. 102. *Νέσοι δὲ ἀθρόποισιν οὐδὲ μάρτυρι δὴ τυκτοὶ]* MS. I. *ιοηρίην.* lege ιοηρίου. Sic emendaveram, & rectè me emendasse posteā ex Plutarcho cognovi, in cuius consolatione ad Apollonium sic legitur.

v. 105. *Οὐτοις ἦν τοι δέ τι Δίὸς ρύτοι ἤγαλαδοι]* MS. I. *την τη.* Sic & Tzetzes. τη nonnunquam æquè παρέλθει ac τη. Δίὸς ρύτος est Jovis sententia, consilium, decretum. Hesiodi sententiam Tacitus refert: *Quæ fato manent, quamvis significata, non vitantur.* Sequenti versu idem liber: *οἱ δὲ Σίλεοι.*

v. 113. *Νέσοις ἄπει τη πόνων]* In utroque MS. abest πη. Et sane abesse debet. Tzetzes. πόνων δὲ τη πο κοινή δει συντάξι. ρύτο δὲ τη διμεταβόλη ἵκτονται. sic & superius v. 91. in manu exaratis libris legitur. *Νέσοις ἄπει τενῶν.* Ubi H. Stephanus perperam incuriae editores insimulat. Inferius v. 674. *Μὰ μάτειν οἶνος δὲ τοῦ ἡτέρου ὄμβρος.* Sic MS. I. Vossianus. vulgo μάτειν μάτειν. versu præcedente in nonnullis editionibus legitur ζεινον pro ἔξων. Quod auribus meis magis arridet.

v. 115. *Τέποντι τη δυλίνων]* Suaviter tempus transigebant in conviviis, nimirum quæ instruxerant ex iis quæ sponte tum ferebat injussa tellus. pro quo statim:

— *οἱ δὲ ἐδίνηψοι*

Ησυχοὶ ἥρα νέμοντο των ἐδησίον πολέμων.

— *ipisque ultro*

Tranquilli quæ collegerant dividebant cum multis bonis.

hoc est, ut Virgilius exposuit, *in medium quarebant,* & iis in otio sine contentione & invidia fruebantur. Hæ sunt illæ δαίμονες, de ἀδαναῖς & Deorum epulis Hesiodus h̄ic non cogitavit, quod & ille versus luculenter ostendit: qui in nostris quidem editionibus nunc desideratur, sed olim non desiderabatur in iis, quibus usus fuit Diodorus Siculus. Is in libro V. bibliothecæ huic, quem nunc exponimus, istum subjicit:

Ἄφεντο μάτειν, φίλοι μαρτύρων θεοῖς.

Abundantes pomis, cari beatissimis Diis.

Dignus sanè est qui loco suo, de quo fuit injuria temporum & hominum turbatus, restituatur. Ceterū hunc versum male intellexit & interpretatus est vir Græcè doctissimus, Laurentius Rhodomannus. *Ἄφεντο μάτειν* vertit: *felices gregibus.* μάτειν h̄ic non sunt greges. Nam quamvis pastoritia vita sit simplicissima, & aliis vitam tolerandi rationibus vetustior, ignorata tamen fuit antiquissimis illis hominibus, qui sub Saturno dicuntur egisse. Hi enim iis solūm se tuebantur, quæ terra sponte ad eorum victimum ferebat. Omitto Ovidium, aliosque Poëtas. Varro II. de R. R. cap. I. *Et homines & pecus quum semper fuisse sit necesse, natura, (sive enim aliquod fuit principium generandi animalium, ut putavit Thales Milesius, & Zeno Citius, sive contra horum principium existit nullum, ut credidit Pythagoras Samius, & Aristotleles Stagirites) necesse est humana vita à summa memoria gradatim descendisse ad hanc actatem.* ut scribit Dicaearchus: *& summum gradum fuisse naturalem, quum vivent homines ex iis rebus quas inviolata ultra ferret terra: ex hac vita in secundam descendisse pastoritiam, è feris atque agrestibus, ut ex arboribus & virgultis decerpendo glandem, arbustum, mora, pomaque collegerant ad usum, sic ex animalibus, propter eamdem utilitatem, cum quæ possent silvestria depre-*

benderent, concluderent & mansuefacerent. Sic hic locus legendum & interpongendus videtur, in quo tamen emendando Gronovio τὸ πάντα debentur, collegerant, & mansuefacerent, quæ reposuit pro colligerent, & mansuefacerent. Tὸ cūm intellectu revocandum ad superiora; quasi scripsisset; pastoritiam: cūm, ut ex arboribus & virgultis decerpido glandem, arbutum, mora, pomaque in usum colligere consueverant antehac, sic ex animalibus sylvestria quæ possent caperent, septo custodirent, mansueta redderent. Hic videtur supervacuum vel quod prius posuerat ē feris & agrestibus, vel quod post dixit, ex animalibus silvestria. At hæc est illius repetitio propter ἡγεμόνας, sensui magis quam verbis conveniens. De quo genere Gronov. ad Senec. I. de ira, 3. Mīla autem hoc loco sunt omnes arbutei fructus, qui edules sunt, sicut apud Latinos poma. Nam & nuces, & ficus, & uva τοξεῖαι mala dicuntur. Vid. leg. CV. de verb. signif. Varro cap. 59. lib. I. de R. R. profitetur se acturum de pomis condendis, & ibidem tradit, quomodo pira, rapa, nuces juglandes sint servandæ, quia rapa, pira, nuces in pomis numerabantur. Hesych. Mīla μήλη δίδυμη καρπίς, ἐξαργέτας 3. τὸ μηλίας, η μάρτα τὸ δίδυμη. In hoc ipso verbo offenderunt inferiū Latini Interpretes, sed ratione diversa v. 162.

Ωλετον μαργαριθήνας μήλαν ἔντικ' Οἰδίποδο.

Perdidit pugnantes propter oves Oedipi.

sed non pugnabant propter oves, sed propter opes, regnum, facultates Oedipi. De quo Graeci Magistri: Mīla, κτῆσις, φεύγοις, βαύρεια. Hos Latini debent sequi. Veterum enim divitiae in pecudibus, præcipue in ovibus. Varro dicto loco libri secundi: *In queis (nimis rūm animalibus agrestibus, quæ comprehendebant & mansuefaciebant) non sine causa putant oves assumtas, & pro-*

pier utilitatem, & proper placiditatem. Non longè post: *De antiquis illustrissimis quisquis pastor erat, ut ostendat Graeca & Latina lingua, & veteres Poëtæ, qui alias vocant πολυάρχας, alias πολυμήτρας, alias πολυέπατας, & quæ sequuntur. Sic apud Hesiodum inferiū πολυμήτρη est opulentus. Ceterū in hoc, quem repusimus, versu, φίλοι μακάριοι θιοῖσι, idem est quod οὐδεὶς. Sic & intelligendum in disticho illo in Epicetetum:*

Δῆλος Επικέτης θύμην, η σῶμ' ἀράνεγε
Καὶ τοῦτον Ιερός, η γάλας ἀδανάρος.

Servus Epicetus sum, & corpore imutilus, & paupertate Irus, & tamen Deicarus, id est, felix. Terent. Solus es quem Dii diligunt. Vid. Meric. Casaub. præfationem in accuratissimam Epiceti editionem à se editam. Porro quod viri docti notant δὴ βουλητέων ἢ δίδυμου esse in prima pueritia occidi, mori, id vero ex exemplis, quæ afferuntur, non potest intelligi. Nihil aliud verba, quæ Iliad. ζ. leguntur, volunt, quam illos deprehensos esse apud armenta & gregem, ibique occisos. Alioquin κτείνειν ἵππον eamdem haberet vim. Iliad. v. vero Aeneas non ait se metuere Achillem, quod aliquando cum eo esset congregatus δὴ βουλητέων, sed contra ea Aeneas ibi excusat certamen cum Achille ineundum, quia jam olim expertus sit vim Achillei, & robur ejus hastæ, quam salutem suis debuerit pedibus servatus αἱ ταῦτα γένα,

*Οὐδὲ βουλητέων πάντερον,
quum armenta nostra invaserint, inquit
Aeneas. Quod & ipsum Achilles ei postea exprobrat:*

Ηδη δὲ οἱ γέ (φημι) η ἄλλο τε δεινόν τοι
Η ε μέμην ὅτε πέρ σε βοῶν ἄπο μένον ἔντε
Στοῖα κατ' ιδεῖναν δέεστι παχέστοι πόδεσσι
Κερπαλίμως; τότε δὲ ἐπι μεταπεπαλίζειο
φεύγων.

*Jam enim te puto & alias hastæ terrui.
An non recordaris quando te apud boves
solum existentem repulsi ab Ideiis monti-
bus*

*bus velocibus pedibus celeriter? Tunc
verò non convertebaris fugiens. Vides
nullam hic reconditæ notionis formulam
latere, sensum esse simplicissimum &
pertum.*

v. 122. *Toī p̄t daimonis]* Aristides, Plu-
tarthus de oraculorum defectu, Plato
in Cratyllo, & V. de legibus hos versus
sic legunt:

*Toī p̄t daimonis ēd̄lōl ἀπ̄χθόνοις τελέσθων
Ἄγροι, ἀλλέγοντος φύλακες θνήτων ἀρχότων.
Quam lectionem vulgatae præferendam
existimò tot summorum virorum auctoritate
munitam. Sed de his Geniis, cu-
jus fuisse naturæ credebantur olim, vide
Plutarchum in laudato libro de oraculo-
rum defectu, multis disputantem.*

v. 124. *Oī ἐξ φυλάσσοντος τε δίκαιος]* MS. I.
φυλάσσοντος. Sic hic verlus legitur inferius,

254, &c 233.

*Τίκτουσι γυναικεῖς ἱκούτα τέλη.
Hom. Il. a. Στάθετοι λαόντοι οἰνόδηχε μαρ-
μένειν. Infinita hujus paragoges exem-
pla ex Græcis Poëtis facilè colligas.*

v. 125. *Hépa ieráphosoi]* Retinenda est
antiquior versio: *aëre induit.* Virgil.
obscuro aëre septi, hoc est, oculis sub-
ducti sunt ut à nemine possint videri.
Versu sequente, *ἥρας βασιλίον* non est re-
gale munus, sed regius honor. Hinc
postea de argentei saceruli dæmonibus di-
cit, illos quidem his esse inferiores, nec
regia majestate illustres, ἀλλ' ἔμπος πηδὸν καὶ
τάσσονται. *Verum etiam bi honore sunt
conspicui.* Cur autem dæmonibus tribua-
tur regius honor hanc rationem affert
Plutarchus, libro de defectu oraculorum,
quia βασιλίκον τὸ εὖ ποιεῖ.

C A P U T XI.

Φυὴ. νόμος. Hesiodus expositus. Muliebris educatio puerorum inter
mala argenteæ ætatis. *Μίνεον ἥγεις, θελάσσης.* Elegans Græcorum
Poëtarum periphrasis. Hesiodo vetus lectio restituta. Ejusdem
vexatus locus expositus. Dæmones mori, exacta certa periodo.
Dæmonum sunt diversi gradus. *Αθέατοι δεύπεροι.* Secundus. *Κα-
λέαθεοι. Απληστοι. Εὐρώπεις δόμος αἴδης. Κρητεροι.* Γενεὰ. varii Interpretum
errores ostensi.

v. 129. *Oī την φυὴν ἐπαλίγοντος την νόμον.]*
Verte: *Neque corporis ba-
bitu simile, neque ingenio. φῶν h̄ic non
est sola statura & proceritas corporis
sed conjuncta cum dignitate formæ, ut
rectè Græci magistri docent. Νόμος est
ingenium. Glossæ MS. Vossianæ: νόμος
ρεῖντος. Homero φέρεις Iliad. a.*

— ἐπειδὴ οὐδὲ διά χρείαν

*Oī δίκαιος, ιδὲ φῶν, ιτ' αὐτὸν φέρεις, οὐτε πέρα.
Quoniam illi non est inferior, neque cor-
pore, neque forma, neque ingenio, nec
operandi peritia.*

v. 130. *Αλλ' ἐπαγγεῖλον p̄t πάτης]* In I. MS.
p̄t desideratur. Viri doctissimi ἀλλὰ h̄ic
accipiunt pro ἀλλ' ὅμοιος, quasi Poëta di-
xerit inferiorem quidem hanc ætatem
esse & deteriorem superiore, hoc tamen
habuisse bonum, quod pueri aliquandiu
simpliciter, sine malo, & τυῆδας apud
matres fuerint educati, ut hanc longam
τὴν γυναικεῖνδι οἰνόδηχε habuerit inter no-
tas & bona hujus ætatis, quibus sequen-
tem antecellarat. Quod planè Poëtæ men-
ti adversatur, qui maternam educatio-
nem depravationi hujus saceruli adscribit,

ex

ex quo appareat longè deteriorem esse hanc *χρήσην* priore aurea, quia pueri diu in Gynæceis latitent, & in sinu matrum adolescent, & corroborentur; qua muliebri educatione redderentur molles, imperiti, effeminati. Inde ait pueros evadere *μάλα γυναικεῖα* valde rudes. Quo nomine Plato quoque educationem filiorum Regum Persicarum reprehendit. Quid verbis opus, res loquitur. Nec Veteres utramquam aliter hunc locum ceperunt.

v. 131. Ηένε μέντος ἵκετο] Interpp. *Pueritatis terminum attigisset.* Hesych. quidem μέντος dicit esse πίκας sed Poëtis ήτις μέντος nihil aliud est quam ipsa ήτις. Sic inferius μέντος διάλογος est δύλωσις. Hom. μέντος καλεόντις, καλεούσος. In epitaphio Hesiодi, quod Pindaro ascribitur μέντος σοφίας est σοφία, ut ibi legendum inferius ostendemus.

v. 134. Αλλοὶ ἔχοντες Ληγαδίου] MS. I. αὔραδηπον.

v. 135. Τεσσερὶς δὲ ἀπάδαιοι] Hi sunt mollis istius maternæ educationis fructus. *Nihil magis* facit iracundos, inquit Seneca, quam *educatio mollis & blanda*; ideo unicis, quod plus indulgetur, pupillisque quod plus lices corruptior animus est.

v. 141. Τοὶ δὲ ψευχόθεοι] MS. I. Τοὶ μὲν τοὶ χρόνοι. Nonnulli codices, quod Stephanus notat, δημιχρόνοι, quam lectiōnem Tzetzes tuetur. Nihil verius, quamvis alteram sequantur Proclus, Moschopulus, & omnes quas vidi editiones. Verū si argenteæ ætatis homines postquam mortem obierunt sunt ψευχόθεοι θυτεροι, quinam sunt ἄρτοι ψευχόθεοι, quod Tzetzes meritò urget. Vir magnus multus quidem est in afferenda lectiōne vulgata, præfatus θυτερος διμoros hic conjungendum, non θυτερος ψευχόθεος, ex illa enim lectiōne hanc absurditatem nasci, quod tum δεύτεροι etiam cum θυτηι sit conjungendum; hinc verd confici primos etiam fuisse θυτας contra doctrinam Platonicam, non tamen est contra He-

siodi, qui dæmonas quoque exacta certa periodo mori cecinit. Plutarchus de oraculorum defectu: Ο Ήσιόδος ούτως γέ τε πειθόεις ποὺς χρέοντας γένεται τοὺς διάμοιρος τὰς τιλουτάς λέγεις γένεις εἰς τὸν τὸν Ναΐδης περισσώπειρος καὶ τὸν χρέοντας εἰριζόμενος.

Εὐνέα τοι ζεῖτε ψυχὰς λακέρυζα κορόνει
Αρδρῶν Κάρνητον· ἔλαφος δὲ πετραχέφανος·
Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γυράσκεται. αὐτὰρ
δὲ φοῖνιξ
Εὐνέα τοῖς κόρακες· δίκα δ' ὑπεῖς τὸς φοίνικας.

Νύμφαι ἐπιβικαμοι, κῆραι Διὸς αἰγιλέοι.
Hesiódus certis temporum conversionibus mortem dæmones oppetere censet, διότι tempus etiam sub involucro proponit, hec sub Naïdis persona loquens: Novem hominum vegetorum ætates garrula cornix vivit, cervus autem quatuor cornicum, tres autem cervi corvus. Sed phoenix novem corvorum: vos autem Nympæ formosæ, Jovis filiæ decem phoenix. Vide ibi plura. Sanè primos διμoros ætatis aureæ fuisse quoque θυτηι annon ista verba ostendunt? v. 116.

Θυτοὶ δὲ οὐ ποτὲ διδυμοθεοί. Moriebantur vero tamquam somno obruti. & v. 121.

Αὐτὰρ ἵστε καὶ τὴν ψύχος καὶ γάστρα καλύψετε.
Verum postquam διότι genus terra texit. hoc est ἀρχαρικᾶς, ἀπίδαι, inquit Tzetzes MS. Stus Voſſii, in edito enim hæc desiderantur. Verborum autem Hesiodi hæc est οὐείπονα. Τοὶ δὲ μάργει θυτηι καλέονται δεύτεροι δημιχρόνοι. Hi mortales secundi sunt terrestres, scilicet dæmones: hoc est secundi gradus, inferiores illis dæmonibus, qui ex aurei sculi θυτηι sunt orti. Qui quidem non regium honorem sunt adepti, ἀλλ' ἐμπτευματικοὶ τοισι τοισι δικτυοῖ. sunt tamen διότι in dignitate constituti. Dæmones esse diverlorum graduum nemo dubitat. Εἰδὼς δὲ εἰς ἀνθρώπους, inquit Plutarchus, τοισι διμoros ἀρτηι διαφοραί. sunt enim sicut inter homines, sic etiam inter dæmones diversi virtutum gradus. Διαιροις θυτη-

et sunt inferioris loci & ordinis dæmones, ut Δύτηροι ἀδάνται, Dii inferiores, minorum gentium, apud Maximum Tyrium, disserat. xxvi. Οἱος δὲ ἐν αὐτὸς καὶ χάρας ἴδρυσθεῖσι, οἰκονομοῦ τὴν ἔργαν τῷ πλῷ οὐκέτι τάξιν. Εἰσὶ δὲ αὐτῷ φίλοι, ἀδάνται δεύτεροι, οὐ μεντεῖς γῆς τοῦ ἔργου ποιηγόροι, δὲ δὲ ἀδύτεροι, ἀδρόποι οὐκέτιποι, &c. *Deus quidem eodem in loco manens, cœlum regit, omniaque in eo ordinat ac disponit. Immortales autem quasdam habet potentias, quas secundos immortales vocant. Hi sunt Deo infirmiores, hominibus varo potentiores.* Senecæ dicuntur inferioris notæ Dii, ep. 110. *Unicuique nostrum pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed bunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius ait de plebe Deos. Sic & servi apum Florum III, 20. secundum hominum genus, quasi sint viliores & inferiores aliis hominibus: Enim vero servilium armorum dedecus feras. Nam & ipsi per fortunam in omnia obnoxii, tamen quasi secundum genus hominum sunt.* Cic. III. de Off. quasi secunda quædam honesta esse dicunt. Et tela secunda apud Ovid. Superi vocant illud fulmen cui dextra Cyclopum flammæ & iræ minus addidit. Senec. p. 92. *Excedat ex hoc animalium pulcherrimo, ac Diis secundo, mutis aggregetur animal pabulo letum.* Idem IV. Nat. Quæst. 3. *Ex his me testibus numera secundæ nota, qui vidisse quidem se negant, sed audiisse.* Inde & illæ loquitiones apud Græcos δεύτερη ποτε, πέμπτη, ἄγειρ, postponere. Lucian. Εἴ με δεύτερη ἄγειρ Εγμονος, si Hermione me postponis. Κακίωντα verò hic est eid. Superiū v. 122. dixit δεύτερος εἰσαν δημόσιοι, hic dicit eodem sensu κακίωντα δημόσιοι. In sacrifici litteris κακίωντα γοῦ Θεοῦ, hoc est, κακίωντα. Apud nostrum inferiū v. 1715.

Mηδὲ πολιζεῖτο, μηδὲ ἀξεῖτο κακίωντα.
Nec vero multorum hospes, neve nullius sis.

In Theogon. v. 410.

Ηγαγέλι τι μήτρα σῶμα φίλην κελῆσθε ἄκοιτη.
Duxit in amplam domum sua ut sit uxor.

De quo loquendi genere Sacris pariter & nō ἔχο Scriptoribus familiariter plura pridem præcepérunt viri magni, Casaubonus ad Theocritum, & Grotius ad Novum Fœdus.

v. 149. Απλασοι] Latinis sunt *inconditi*, qui moribus sunt inculti. Tzetzes ἄγειροι. Cic. *vasti* & *agrestes*. v. 194. Utterque codex MS. *σκλαβοι* μέλανοι. Versus sequens in primo sic se habet: οὐδὲ δὲ χάλκα τεύχει, χάλκοι δὲ τοιοι. Vers. vero 151. idem liber μήτρα pro μέλαι.

v. 153. Βους is οὐράντα οὐρανού χρισειν αἰδονο] Εὔρεται θηριον multis antiquis & recentioribus est πλεῖστος, laxa, ampla dominus. Et sic C. Barthius Adversar. XXX, 13. qui hoc loco utitur ad firmandam correctionem Horatii, in quo pro *domus exilis Plutonia* substituunt *domus exilia Plutonia*. Sed hanc emendationem meritò rejecit Vir magnæ & diffusæ eruditioñis Johannes Gerhardus Vossius, qui docuit sedem exilium Plutonium Horatio non esse amplum illud mortuorum receptaculum, sed sepulchrum. quod certissimum. οὐράντα hic est squalidus ab οὐρανοῖς, squalor. ut Virgilius *loca senta* sicut dicit: aut tenebriculus. Glossa MS. Vossii: οὐράντα, οὐρανοί. Suidas: οὐράντα, ζεφύριον. Sic & Hesychis & Etymologicum Magnum. Sophocles Ajace Flagellifero v. 615. Αἴδηλον Αἴδηλον, Homerus & noster in Theogon. ζεφύριον, Άeschylus Prometh. 432. Κιλαύρδης οὐράντα. Latini sacerē cœcta tartara. Inferius in Theogonia v. 729.

Εὐτὰ διοι Τιτᾶνες οὐδὲ ζεφύριον
Κερπίδη, βαλῆσοι Διοι περιελυρέτεο,
Χάρης οὐ οὐράντα.

*Illi Diis Titanes sub caligine opaca
Absconditi sunt, consilio Jovis nubes
cogentis,
Loco in squalido.*

sic

sic & v. 739. Κριεῖσθαι νέρον εἶναι μέντος αἰδητόν
judicio frigidus, sed dirus, illatibilis,
horrendus, ut in Theog. 657. ἀργαλέος,
grave damnum, & 636. πλευρά χρύσεως,
horrendum bellum. In Λαπτίδι χρύσεως Τάρ-
τηρος, eadem ratione dicitur, pro quo
in eodem carmine: τυχός ἐρεμῆσιν οἰνία δι-
τα, νοέτις obscured domus borrenada. He-
sych. Κριεῖσθαι, φεικτόν, μωσητόν, ἀναδήν, φο-
ρέσθαι, ἀλέπον, οἰκτήρ, στενός, χελεπός, πονεῖσθαι,
κακός, μύζηρες.

v. 156. Λύτρας ἵπται τῷ τόπῳ γένος] Quæ
viri docti de Masolais hic subtiliter dis-
putant inter alios diversarum ætatum,
ego sanè ut ex Poëta verbis cogi possint
nullus video. Tertiae enim ætati illud
ipsum Poëta διηγεῖται, quod iis, quibus
λέξιν adsignasse dicitur. Λύτρας ἵπται τῷ τόπῳ
γένος καὶ γάστρα καλύψει.

v. 162. Περοτέρην γένος] Verte: priori æ-
tati, non generationi, ut vulgè. Qui
error passim quoque obvius in sacrarum
litterarum Interpretibus. Γενεὰ Latinis est
ætas. quod Homerus dixit:

Τῷ δὲ ίδιῳ θέω μὲν γένοις μετέπειπεν ἀρχα-
πταν
Ερέσιος

hoc Ovidius interpretatur XII. Metam.
vixi Annos bis centum, nunc tertia vi-
vitur ætas. Horatio est ætum, cui Ne-
stor perhibetur senex ter ævo funetus. Ante Olympiades Græci per γένος ratio-
nes temporis colligebant, ut Porphyrius
ostendit, qui γένος definit τὸν ή πάτεται γέ-
νον τελείωσιν. sicut & Plutarchus, qui
quum dixisset Heraclitum ἐπι τελέωνται
ποτέ τὸ γένος, subjicit, ἐπι τὸ χείρα γένονται
παρέχεται τὸ αὐτὸν γένονται τὸ γένος. spa-
tium quod à natali pertinet ad tempus
generationi aptum, quod circumscribunt
triginta annis. Alii tamen productiores,
alii fecerunt angustiores γένος. Sunt e-
nīm qui uno anno, sunt qui septem, de-
cem, viginti, quinque & viginti, trigin-
ta, sunt & qui centum annis definiunt
γένος. Quid sunt antiquiores tantò sunt
longiores, monentem eodem Porphy-
rio.

C A P U T XII.

Versus Hesiodi fugitus ex MSC. & antiquis Interpretibus revoca-
tus & suo loco repositus. Saturnus Rex Herorum in beatis Insu-
lis. Hæ in Oceano locatae. Hesiodus bis restitutus, & aliquot
locis expositus. Παλιγγενεσία. Elegans futurorum usus. Θεῶν ὄπις.
Hesychius correctus. Ομηρικής. Ούπις. Ειδεῖν. Hesiodo denud me-
dela. Φύλα Θεῶν. Trajectio versuum in Hesiodo observato. Ver-
sio Latina sæpius castigata.

v. 169. Τόπος ἀπ' ἀδανάπον τοῖσι Κείροις
ἐμβασίλευε] Hunc versum ex
MSO II. hic reposui, quem olim quoque
in antiquis extitisse exemplaribus, sed à
nonnullis fuisse ejectum cum sequente
tamquam ineptum, & qui Hesiodo sit
indignus, Proclus testatur. Quorum ju-
dicio si statimus, proximus etiam versus

est expungendus. A Tzetze sanè non
videtur agnitus esse, nisi credibilius sit
alterom illum quem cum hoc prisci Cri-
tici ὀνόματα etiam nunc desiderari, sicut
quem nunc ex MS. reponimus, in edi-
tionibus desideratur, propter illam cau-
sam quam Proclus nobis ostendit. Eam
tamen mihi non probant acerbi illi cen-
sores,

sores, quorum obelis quam multi confoderentur, si ad hanc legem essent exigendi? Plures enim hoc longè deteriores in Hesiodo reperiuntur. Quin hunc optimis non dubito accensere. Quid enim sive verba spectes, numerosius, sive sententiam, pulcrius? Imperium autem in heroes in beatis Insulis degentes Veteres Saturno tribuunt. Inscriptio elegansissima monumenti Regillæ uxoris Herodis:

*Hoi περιπέτεροι τελείωσαν γυναικεῖον
Αγκαλί, αὐτὴν δὲ μηδὲ ἀρρώστον γένεσαν
Ἐν μαργαρητοῖς φύλαισι, ἵνα Κέρος ἐμβασθεῖται.
Quibus (sc. Deabus) sacra hac flau-
tua pulchra faeminae
Dedicata est. Ipsa vero inter He-
roidas habitat
In beatorum Insulis, ubi Saturnus
regnat.*

Ultimus versus ex isto Hesiodi est expressus. Salmasius dubitat an usquam legatur beatas Insulas fuisse sub Saturni imperio. Sed præter Hesiódum Diodorus Siculus etiam lib. III. hoc tradit.

v. 171. Πλέον οἰκάσιον βασιλίου] Græci Magistri οἰκάσιον hinc locant & exponunt ī τῷ ἀέρι. poterant aliud agere. Poëtæ enim beatas Insulas statuebant in Oceano. Horat. libro IV. carm. 16.

*Nos manet oceanus circumvagus :
arva beata*

Petamus arva, divites & Insulas.

v. 173. Τεις τῷ ἄττοι] Restitui lectio nem veterem, quam MS. I. & Tzetzes nobis servavit: *τεις ἄττοι*. Sic inferius τεις ὑπερτεις τεις τεις. Vedit & H. Stephanus.

v. 174. Μίκατ' ἔπειται ἄφελον] Ordo verborum quem in his binis versibus Tzetzes instituit tam ineptus, quam sensus quem ex iis conficit. Ait enim Hesiodei voti hunc esse sensum, se maluisse mori ante heroici seculi exitum, quam post illum nasci. Sed hoc ab Hesiodi mente alienum planè est, qui optat ἡ θεότητα σειρῶν, quam quinta ætas ingruerit, ἡ θεότητα

ἥντα, quam meliora scilicet tempora res florescent. Persuasum enim habebant Poëtæ & plerique Philosophi, præcipue Platonici, exacta hac misera æstate, νεκρότερα futuram, omnia redditura in suos ortus & pristinam felicitatem. Inde Probus ad illud Virgilii,

*Ultima Cumæi venit jam carminis
ætas.*

notavit Cumæum carmen esse carmen Hesiodi, quod sic dicatur à patre Dio, qui Cumæus fuerit. Sed quid his immoratur? Nihil est in Poëtis decantatus, qui tamen omnes videntur hanc opinionem ex isto Hesiodi loco hauisse.

v. 178. Εἴ τοι διατελέσθωσι τοιούτα πελέδων] Insulæ Interpretes Latini: Postquam facti circa tempora cani fuerint. An ἥντα ποιούεται πελέδων est fieri canum? quid absurdius fingi potest? γενήδων sunt πελέδων. Sic autem verte: *Quum vix nati canescant, hoc est, senescant, quum vix postquam lu-
cem adspexerunt senio confiantur.* Hinc paullus pōst εἴ τοι γενέδων πελέδων appellat. Conqueritur de vita brevitate, cui quintæ hujus ætatis homines sunt obnoxii, quod celeriter tacitis consene-
scant annis. Hoc est de quo toties con-
queruntur Poëtæ, meliores annos esse fugacissimos. Theocritus: Μὴ καυχᾶσθαι γάρ τοι παρέχεται, οὐδὲ ὅρασ, οὐδὲ. *Noli su-
perbire. celeriter enim te relinquit, tan-
quam somnium, adolescentia.* Sed hæc Anthologiarum Scriptoribus relinquamus.

v. 180. Οὐδὲ πατέρες πείσθωσι θύμοις] Non hæc referenda sunt ad Ilias θύμοι πατέρum, ut non nemo facit, sed ad γενέδων. Loquitur de discordia & dissensione animorum, quæ miseris mortales hujus ætatis sic exagitat, ut omnia sint ὑπελα, nul-
quam candor, fides, non fucatus amor, ne inter parentes quidem & liberos. Ovid.

*Filius ante diem patrios inquirit in
annos.*

P p

Glos-

298 JOHANNIS GEORGII GRÆVII

Glossæ MS. Vossii: ὁμοῖος, ὁμογενας.
Græci magistri, ὁμοῖος, ὁμοοπτός, σιμωνίος. Alia ratio est inferiùs; v. 235.

Tίκτουσι γυναικες ἐκβιτα τέκνα γονεῖσσι.
Pariunt vero mulieres similes parentibus liberos.

Hic utique loquitur de eis qui ὁμοίων. Liberi enim qui parentum os referebant habebantur pro nota & arguento maternæ pudicitiae. Horat. IV, 6.

Nullis polluitur casta domus stupris,
Mos & lex maculosum edomuit nefas,
Laudantur simili prole puerperæ:
Culpam pœna premunt comes.

Cui non dictus Hylas?

v. 185. Απικόσι] Barbaræ Interpretæ: Dehonorabunt. Απικόσι autem est ἀπικάν φιλοσ. Sic & versu sequente μηδονται est μηδομεν φιλοσ. & vers. 189. ἔπειρ δ' ἵπποι πόλιν ἐξαπαύει, est ἐξανάζειν εἰδος solet expugnare. vers. 225. οἱ τέ μιν ἐξιδάσσοι, qui ipsam expellere solent, sic ex MSS. ibi legendum. & v. 323.

— οὐα τε πολλὰ

Γίνεται, αὐτὸν δὲ δὴ κέρδος νοειν ἐξαπατήσου, id est, ἐξαπατᾶν φιλεῖ. & mox v. 327.

Ιον δ' ὁς δὲ ικέτως τε ξένον χρηστὸν ἔρχεται. hospitem malo afficiet, hoc est, afficere solet. Homerus Iliad. a. οὐτε χώστης ἀρδὶ χέρη, quando intrasci solet viro inferiori, & sic sàpè. Aristoph. Pluto:

Ο Πάμφιλος δὲ ἐχειρὶς τετόντων κλαύσεις;
Pampphilus nonne propter hunc plorare solet?

Sic & Scriptores Sacri, Marc. III, 27. η τοτε τινων οικιαν αὐτῷ διαρπάσσει. & tunc dominum ejus diripiēt, hoc est, diripere solet. Joen. XV, 6. Εάν μά τι μετίνει μοι, εἰλίθια ἔχει τὸ κλῆμα, η ἐκπέραθη. Si quis non in me manserit, ejici solet foras, & tamquam palmes arescere. Interpretæ ibi hæsitant. vide Bezam. In hac notione legitur etiam imperfectum, ut θεον. Marc. XIV, 12. mactare solent. & XV, 6. ἀπίλυν, dimittere solebat, ut bene hic vetus Interpres.

In Scuto Herculis, v. 402.

Ὡς τὸ λεόντες δίκαιος ἀμφὶ κτενοφόροις
Αλλάροις κοτέονται, δῆτι ὄφες ὄφισσοι.

Ut autem leones duo pro occiso cervo sebi matuo irati in se ipsos impetum facere solent. In Theogon. v. 750.

Η μὲν γατάριται, η τὸ διόπτερον ἔρχεται..

Hæc quidem intrabit, illa vero foras egreditur. h. e. intrare solet. In ἔγραψι v. 523.

Νυχίν κατελέξει) ἔνδοθεν οίκου.

Noctu cubare solet intra domum.

Et v. 370.

Εἴλεσσ δὲ ἡραὶ οὐας ηγή ἀπίστας ὀλίσσει ἀρδεας.

Credulitas pariter ac diffidentia perdere solet homines. Et v. 443.

Πτεια δὲ ἀρείλητο φαινομένη ἐπίλυσι γε θυμοῦ. Facile vero auferre solet apparentem volens saltem animo. Interpretæ Latini: abſtulit. Et v. 284. Ζεὺς δὲ την Ιερη ἴμψε. Jupiter sum Irim mittere solet. Theogo. v. 7.

Ἀλεστάτη Επικούρι ρεργίς ἐπινοίωσεν Καλέτη.

Summo in Heliconē choreas ducere solet pulcras.

Sic & Scriptores in oratione pedibus soluta loquuntur frequenter, ut & Sacri Marc. XIV, 12. οὐτε τὸ Πάχα ιδον, quo tempore Pascha mactare solent, & XV, 6. ἀπίλυν solebat dimittere. Sic & Latinæ hoc tempore utuntur, hinc in versione retinui. Horat.

Non hic cuiquam parcer amico.
hoc est, parcere solet. Pers. Sat. II.

At bona pars procerum tacita libabit acerra.

hoc est, libare solet, ut bene ibi οὐαμαδίσας Casaubonus, quem vide, qui & Hebreos hoc genere loquendi ulos esse docet. à quo nec Græcos abhorre, quod non à quoquam antehac observatum esse memini, hi loci Hesiodi argumento sunt. Aoristis quidem hanc vim inesse tralaticium est, ut & apud nostrum 240.

Tot.

LECTIONES IN OPERA ET DIES. 299

Τοῖον δὲ ἵπαλδε μήγ' ἐπίταχε πῆμα Κερίων.

Illis autem cælitus magnum importare solet malum Júpiter.

& sèpè aliàs. Theogon. v. 87.

Αἴσα τε γὰρ μέγα τικερὸς δημιουρὸς κρήτων.

Statim etiam magnam contentionem scite dirimere solet.

v. 187. Οὐδὲ διῶρ ὅπι τιδότες] Imperiè Interpretes: *Neque Deorum oculum veriti. Verte: neque Deorum iram veriti.* Inferius v. 252. Σῶν ὅπι ἦκ ἀλέγοντες, *Deorum animadversionem non curantes.* Ubi iterum Interpretes sine sensu: *Nullam Deorum reverentiam curantes.* Homerus Iliad. π.

Οἱ δὴν εἰς ἄγορῆς σπονδεῖς κείμενοι θύμωσε,
Ἐκ γ̄ δίκην ἔλεσσοι, θῶν ὅπι ἦκ ἀλέγοντες.

Hic Interpretes: *Deorum rationem nullam babentes, quod ferri posset, ut apud Herodotum Calliope: ἔτε δαιμόνων, ἔτε διῶρ ὅπι ἔχοντες. Neque Geniorum, neque Deorum rationem babentes.* At O. nov. p. v. 29.

Σχέτλιον εἰδὲ διῶρ ὅπι ἔδιστον εἰδὲ ηγάπησα.

Interpretes rursus inscritè vertunt: *Deorum providentiam reveritus.* In omnibus his locis ὅπι est ira, poena, vindicta, animadversio. Hesych. ὅποδε, ἔπειρος, ἕπος. Item: ὅπι, σφειροφ., πονή. Corruptissimè lege: ἔπειροφ., πονή. Noster in Theogonia, 222. de Parcis:

Οὐδὲποτε λίγυσι διὰς δεῦροι χόλοιο,
Πείρ γ̄ δέποτε δύνασθε κακοὺς ὅπι, ὃς περ ἀμέρτη.

Non ante deponunt Dea gravem iram,

Quām ab illo paenas sumserint magna, qui peccavit.

Unde & Nemesis ὅπι, & Ionicè οὐτε dicitur in Inscriptione Herodis Attici:

Ητε διὰ βροτῶν ἔλεσσοι Ραμίσσαι οὐτε.

Quæ facinora hominum punis Rhamnusias Upi.

Ut bene emendavit & exposuit maximus Salmasius. Quam appellationem Nemesis quidem ὁπι τικερός accepit, non tamen hoc nomine, quod ὁπι seu curam gerat rerum humanarum, sed quod animadvertis & puniat mala & improba audacium & insolentium hominum facinora. Quas Nemesis partes esse nemō ignorat. Eiδῆται apud Hesiódum sunt θοσέριδοι. Hesych. εἰδῆται, ισθῆτο. v. 190. pro ἔξαλαπάζει. MS. II. ἔξαλαπάζει. Malè.

v. 199. Αδαράται μῆ φύλον ἴπον] Φύλον ἔπικος apud Græcos Scriptores in hac notatione non legitur. Itaque hic locus mihi mendi dudum fuit suspectus, quod detersit MS. II. ex quo legendum φύλον ἴπον. ἴπον fuit etiam in codice Palatino & conspicitur in margine Stephanianæ editionis. Hinc & statim φύλαπόνται non φύλαπόνται. Αδαράται φύλα sunt Dii. & sic vertendum, non ut vulgè: *familia Deorum.* sic superius φύλον ἀνθρώπων sunt homines, φύλα γυναικῶν mulieres.

v. 207. Δαιμοίον πί λέλακε] MS. I. λέλακε. probat Tzetzes.

v. 210. Αργαν δέ ὁς καὶ δίβοι] Versum istum & sequentem obelis suis confudit Aristarchus, quia bruis non convenient γράμμα, sententiae. Et mihi videtur absurdum. Επιμέτρῳ enim à λογοτοῖς solent addi. Itaque jam olim persuasum mihi fuit accuratius de hoc loco cogitanti ab antiquissimis temporibus hos versus laborare trajectione, qui sic restituendi sint suo ordini:

Δεῖπτον δέ αὐτὸν ἔδιλον ποιήσουμε, οὐδὲ μεθόκου.

Οὐ δρατερὸν ἀκυπτίπτεις ἴρης πενούστησες ὄργις.

Αργαν δέ ὁς καὶ δίδύλοις περὶ κρείσοντας αὐτο-
πρεῖσον,

Νίκης τε στέρεο], τούτος τὸν αἴρασσον ἄλυτα πάζει.

In hac opinione me confirmavit Manuscriptus prior Vossianus, in quo idem ordo servatur, nisi quod sequens versus οὐ πέρον, οὐ δέ αὖτε δίκης male præcedat δημιάδον. Sic enim ille liber, recens quidem, sed ex optimo exemplari descriptus hos versus dicitur:

Ως ἔρατ' ὀλυμπίης ἵρες πανούπερθερός τροπε,
Ως Πίρην, σὺ δὲ ἄκτις δίκης μηδ' ὑπειν ὁ
φέλλε.

Ἄρρων δὲ ὃς καὶ ἴδεισι, &c.

Tzetzes totam hujus fabulæ, quæ eodem ordine in exemplaribus ejus tunc descripta erat, ut nunc in nostris, οὐτεξιν da-

mnat, non verborum, quasi aliquid σο-
λοκος, aut σολοκοφατις hic sic commissum,
ut viri docti ceperunt, sed sententiae &
totius orationis, quæ non videtur com-
modè cohætere. Hinc & ipse versus
alio locat ordine, quād quem vulgo te-
nent. Vide ejus commentarium.

C A P U T XIII.

Εθλὸς. Bonus. Δειλὸς. Hesiodus ter explicatur. Ιθῖαν νέμεται. Εγε-
λάσων Ερχεταιλίν. Hesiodus quater emendatus. Απαυρεῖν. Επαυ-
ρεῖν βασιλῆς, αὐτρός, κακορράφιας. Interpretum Homeri & Hesiodi
aliquot errata. Κυδρός. Ονομάζεται δύλεως. Πεπονήσ. Hesiodi non in-
tellecto loco lux. Δίκαια. Αληθεία. Βλάσπελον δύλεως. Versus Hesiodi
supposititius indicatus.

v. 214. Τοις γὰς τοι κακὸς δειλός βευτός.
ιδί μὲν δειλὸς Ρηγίδιος φερέμεν
διώλεων] Εθλὸς, ut recte vidit Plutarchus
hoc loco est διτὸς πύχη καὶ τῇ δικαιᾳ περι-
χερ, potens, nobilis, dives, ut, apud La-
tinos, bonus. Flor. I. 7. Ipse in senatum
cædibus, in omnes superbia, qua crudeli-
tate gravior est bonis, graffatus. Plaut.
Curc. IV, 1, 14. In foro infimo boni bo-
mines atque druitæ ambulant. Cic. IX,
ad Att. 12. Άδειλοι ludos parant? viri
boni usuras prescribunt. Apud quem in-
finita sunt ferè exempla. Δειλὸς contra
est tenuis, inops. Glossæ MSS. Vossii,
& Græci magistri δειλός, ἀγαντή, ἀδινιστέρη.
Hunc sensum esse hujus loci ex præce-
dente fabula quoque intelligitur. In ver-
su antecedente ἄκτις δίκης est obtempera
justitiae, sequere justum. Inferius v. 273.
ἴτακέται δίκης.

v. 219. Αὐτίκα γῳ τέχει] Hunc Versum
optimè διπὺν interpretatur. Significat
enim Hesiodus religionem jurisjurandi,
qua se judges obstringunt, violari, si-
mul ambitioni subscribunt aut gratiae,
aut largitionibus corrumptuntur; hanc

verò læsam fidem sacramenti sequi po-
nam perjuris debitam. Nam versu se-
quente ἀλορθίν est ἀγοράνιν βιαιος, οὐν
βία, jus quod aut gratiâ inflebitur, aut
potentiâ perfringitur, aut pecuniâ adul-
teratur, & violenter opprimitur, ut Cic.
inquit.

v. 222. Ηδία λαῶν] Stultissimè Inter-
pretes: *mores populi.* Ηδία huc sunt άγε-
τειαι, τόποι, vici, domus, sedes populi qui
tales injustos habent magistratus, v. 525.
Ἐτ τὸν πόρον οἰκεῖ ἐν ηδίαι λευκαλέσιου.
In frigida domo, & *in cædibus tristi-*
bus.

Nihil tritus.

v. 224. Καὶ οὐ ιδῖαν ἔνεμαν] Ridiculè
Interpretes: *neque recte distribuunt.*
Ιδῖαν νέμεται Aristoteli V. Ethic. est δίκαια
νέμεται, jus reddere, in sequente versu,
δίκαιος διδοὺς ιδίαι. rectam ferre senten-
tiam. Optimè hunc locum interpretatur
Eustathius ad Iliad. 4.

Εἰδί τέχει αὐτίς δικιον, γῳ μὲν πάρα
φαμ
Άλλοι ἐπιπλέκεται Δαρᾶνος ιδῖαν γῳ τέχει.
Age ipse judicabo & me nullum puto
Repre-

LECTIONES IN OPERA ET DIES. 301

*Reprobensurum Græcorum. rectum
erit judicium.*

Ubi Eustathius notat ad iōnā subintelligi dīnū. Tò δὲ ιδεῖα ἐλεπτὸς καὶ αὐτὸν ἔργαται. Εἰληθεὶς γὰρ καὶ τὸ δίκαιον ὄνομα εἰς τὸ δικόνουται ἔργατος. εἰς δὲ σωφίαν τὸ ποιῶντας λέξιος χρέωσις καὶ Ησυχία τὸ ιδεῖα ἔργωνται, τοιούτων τούτων τὸν ποιῶντας δίκαιον. In hoc versu legitur in utroque MSto οἱ τι μη ἔξελάσωσι προσέργαστον. Optimè. Hom. Iliad. π.

Oἱ δὲ εἰς ἀγορῆς σολιὰς κείνων θύματα,
Ἐν δὲ δίκαιον ἐλάσσωσι, θάνατον ὅπερι τοῦ ἀλέγοντος.

v. 231. Θαλίης δὲ μεμπλότη ἔργα νέμονται]

Hic verò mirificè Interpretes: *In convivis autem partis opibus fruuntur.* Unde hanc versionem exsculpsent, quid viderint, legerintque ego quidem expulare nullus possum. Quid enim à Poëtæ verbis communisci poterant remotius? ubi partarum opum mentio? Hinc non immeritd olim à viris doctis hæc versio fuit improbata. Sed nec hi, quod pace illorum dixerim, plus viderunt. Volunt θαλίης μεμπλότης esse per idiotismum Poëtis familiarem θάλλον, legendumque θαλίης μεμπλότης ac vertendum fructus colligunt florentes. Hæc quidem eruditionis & acuminis specie blandiuntur, sed revera à Græcæ lingua indole abhorrent & mente Poëtæ. Sensus est simplicissimus per θαλίης μεμπλότης ἔργα intelligi ipsa convivia, sicut ἔργα Αργεδίτης sunt σωματια, ἔργα Αρηος bella: seu opera pertinentia ad convivia, quæ grata sunt convivis. θαλίης μεμπλότης ἔργα νέμονται, exercent opera grata convivis est id ipsum quod superius dixerat πέρισσος οἱ θαλίης, convivia celebrant. Néμεται θαλίας ut apud Pindarum νέμεται αἰώνα. Δάχρης νέμονται αἰώνα. hoc est, Δάχρης, ut scholia antiqua exponunt. Superius apud nostrum v. 119. Oi δέ ιδεῖμοι Ησυχία ἔργα νέμονται σὺν ιδεῖσιν πλάσιον. Illi verò pro arbitrio Tranquillires suas curabant cum bonis multis, siue vivebant sine curis. Ubi itidem malè Interpretes: *Ipsique ultro Quietis partis fruebantur.* Nimirūm, qui justitiam co-

lunt, illos Poëta affirmat, aureæ ætatis hominibus similem vitam agere, in perpetuo gaudio sine curis & moerore. Hinc & addit illos non currere per maria & undas, sed contentos coenis terrestribus, & post quas non lavanda sunt manus, & quos humus fert fructibus pasci, & quæ ut illi beati seculi mortales. Proclus sic hunc locum intellexit: homines justos vivere semper in conviviis, & in iis age-re opera ad agriculturam pertinentia. In MS. I. legitur θαλίης. In 2. θαλίης, in ca-su secundo. In praecedente versu liber I. ιδεῖμον.

v. 233. Αχρι μὲν τὸ φέρει βαλάνες, μέσον δὲ μελίας] MS. I. ἀχρι, μέσην. Videtur Tzetzes hanc lectionem agnovisse, qui exponit ἐν ἀχρη, ἐν μέσῃ. Vulgata tamen lectione melior. v. 237. pro νέμονται MS. I. νέμονται.

v. 240. Πολλάκις καὶ ξύμπαντα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπιφέρει] MS. I. ἀπίνατα. Sic legit Aeschines oratione contra Cresiphontem, Tzetzes, antiquus Scholiastes Pindari ad Pythionic. 111. Eustathius ad Iliad. π. cuius verba sunt: ἵνα λέγη σφικτὸς καὶ τερψικρός, πάντες ἐπιφέρεται βασιλέας τέτοιος κακοῦ, κατὰ τοῦ,

Πολλάκις καὶ ξύμπαντα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπίνατα.

Ἱδα ὥρα τὸ ἀπαυρεῖν τάντον ὃν τοῦ Ομητεῖοῦ ἐπαυρεῖν, δῆλος ἡ αὐτὸν ἔρμησεία. Apud Hesiodum, inquit, ἀπαυρεῖν eamdem vim habet quam apud Homerum ἐπαυρεῖν. Ecquis dubitet Hesiodum scripsisse ἀπίνατα, quod postea sciolii moti vocis insolentia in hac notione mutarunt? Επαυρεῖν enim pro δικαιούεσσι pœnas dare, damno affici frequenter apud Homerum aliosque legerant, sed ἀπαυρεῖν in hac significatione non nisi in hoc Hesiodi loco, nisi me fugit memoria, reperitur. Alioquin pro ἀπαυρεῖν & apud Homerum & apud nostrum sibiūs legitur. Non dubitavi reddere suam lectionem Hesiodo fundatam tot antiquorum Scriptorum auctoritate, quamvis editi libri repugnant omnes.

Cete-

Ceterum verba illa Homeris, ad quæ Eu-
stathii scholion laudavitius, Iliad. 2, *ira
máris éπαιρον βασιλέως*, Latini Interpre-
tes translulerunt: *ut omnes fruantur re-
ge, poterantne insulsius?* *éπαιρον βασι-
λέως* est plectantur propter regem, luant
regis stultitiam. Nec melius. Iliad. 2.

Tέτρῳ δὲ τῷ τῷ φέρεις ἡμέτεροι εἰδότες
δύοισιν

Eσοντο τοῖς καὶ μη ἐπαγόντοις οἷοι.

*Huc enim neque animus constans
εῖται, neque in posterum*

*Erit; idcirco ipsam pœnas daturum
potio.*

Sic vertendi hi versus. Iliad. 2.

*Oὐ μάρ οἴδε εἰ αὖτε κακοφερίν ἀλεγεινόν
Πράτη ἐπαγόμενος.*

*Nescio an non infidiarum infelictum
Prima pœnas luas.*

Similiter peccarunt Latini Interpretes
inferiū apud Hesiódum v. 419. Πλεῖον δὲ
τοῦτος ἐπαιρεῖ, hoc est, *magis autem no-*
cte laborat, subintelligitur hīc καμάτη.
πλεῖον καμάτης ἐπαιρεῖ majores capit labo-
res. Illi ineptè: *magis autem nocte
fruitur. Ατακτοί, & ἐπαιρεῖς βασιλέως, εὐ-
θύδος, κακοφερίας,* sunt loquitiones concisæ,
in quibus subintelligitur κακὸν & ἔκ, aut
ἔνεγκε. ut *integra sint ἐπαιρεῖς κακὸν ἔνεγκε*
βασιλέως, εἰς κακοφερίας. sanè κακὸν additur
Oduor. 2.

Μήπε τοι κακὸν πῦ μεῖζον ἐπαιρεῖς.

*Ne majus malum capias. Sic & ἐπαιρε-
σται ἀνάδος apud Andocidem. Similiter
inferiū Theog. v. 882. κείνος πυάν sc.
ἔνεγκε. certare de honoribus. Tales ellip-
ses Græcis Scriptoribus tam qui soluta,
quam qui pedibus constricta utuntur ora-
tione, non sunt infrequentes.*

v. 248. Καταφέδετο εἴ τινι τιλεῖ δίκην] Est, *Considerate & ipsi banc pœnam,*
quæ injustis magistratibus & inquis in-
fligitur hominibus. Respicit enim ad il-
lam δίκην, de qua paucis abbinc versibus
egerat:

*Toῖς δὲ δίκαιος Κεριδης τεκμαίγεται σύνοπτα
Ζεύς.*

sanè quam inficeret Latinī Interpretē
bīc: *Considerate banc justitiam.*

v. 256. Σχολῶν ὄντας] Orotū or Eu-
stathius exponit μεμβρύνος. Hesych. ἐκ-
φαντίζει, ἵστειον. Proclus οὐδεχεράπτων, ut
apud Cic. adulterare pecunia jus. quod
qui faciunt contumelia Deum afficiunt.
Paulò antè παρεχειν δίκαιος Cic. est infle-
ctere jus gratiā.

v. 257. Κυδὴν τὸν αἰδίν] MS. II. κυδρή,
& Proclus: οὐδὲ τοῦ κυδρᾶ, inquit, γίνεται
κυδρός, η κυδρή, οὐδὲ τὸ εἰχθύοντος. Sic
& Etymol. Magni auctor & Hesychius:
κυδρή, ἔνδεξθε, σεμή, πώμα, ἔνημα. Hom.
Δίδης κυδρή παρεχειντος. Κυδρὸς nihili vox est.
Restitui hanc vocem κυδρᾶs inferiū He-
siōdū in Theogon. v. 318, & 442. Vide
& Hom. Iliad. 2. v. 184, & Od. 1. v. 579.

v. 260. Απαδαλίας βασιλέως] Uterque
MS. Vossianus, Palatinus, editio Ilin-
gratini: βασιλέως probante Tzetze, qui ait
λα & ω̄ coalescere in unam longam.

v. 265. Πρὸ οὗ αὐτῆς MS. I, οὐ δὲ αὐτῆς.

v. 267. Πάντα ιδὼν Δίδης ὄρθαλμος] Hunc
cum sequentibus sex versibus expungit
Plutarchus. vide Proclum.

v. 273. Δία πεπτέραιον] MS. I. Δία
μπιπίνα, Glofia MS. βικευκπίκρα.

v. 277. Οἰνοῦσ πεπτεροῦ] Uterque Co-
dex Vossianus: πεπτεροῦ. Sic etiam Mo-
schopuliani codices: πεπτεροῦ, inquit,
ποινικός, κοινός δὲ πεπτεροῦ καὶ πεπτεροῦ. Apud
Porphyrium de abstinentia, ubi hos ver-
sus laudat, animalium, extat quoque
πεπτεροῦ.

v. 280. Εἰ τῷ τοι εἴδειν τῷ δίκαιῳ ἀγο-
γοῖσιν Γινόσοι] Nec Græci nec Latini Inter-
pretes hunc locum ceperunt. δίκαιοι
non sunt justa, quod omnes existimant,
sed ἀλλὰ vera ut ex ἀντίτι patet. Ve-
rum autem pro justo, & justum pro ve-
ro in utraque lingua frequens esse in
tanta litteratum luce multis docere pa-
titidum est. Priscianus lib. XVIII. *Justum
pro vero & verum pro justo frequen-
ter tam nos quam Attici ponimus.* In-
feriū 768. ἀλλά pro justitia:

Εὐτὸν ἀληθέας λαοὶ κείοντες ἔχων.

Cum in rebus agendis populus est occupatus. in jure dicendo. κείειν ἀληθέας est, res agere, jus dicere. Hinc & in sacris μαρμαρᾶς τῆς ἀδηίας, & μαρμαρᾶς ἀδηίας, sunt opes non veræ, fluxæ nimis rūm & hæ caducæ, quæ opponuntur μαρμαρᾶς ἀληθινῷ, opibus veris, divinis scilicet. Sanè ἀδηία in sacris litteris nonnumquam est mendacium. Ioann. VII, 18. 1 Cor. XIII, 6. Sic & apud Latinos veritas pro justitia. Cic. XIII. ad Fam. 57. *Ut suum negotium babeat cum populo Sarthano, pro causa veritate, & pro sua dignitate conficiat.* Pro Cælio: *Evidem vos ducam à testibus, neque hujus veritatem judicii, quæ mutari nullo modo potest, in voluntate testium collocari finam.* Alia quamvis multa notarunt viri docti, præcipue Joan. Frid. Gronovius ad Senecam & Tacitum. Et in lingua Hebræa, Syra, & Arabica una eademque voce justitiam & veritatem denotari præclarè docuit vir insignis Ludovicus de Dieu.

v. 283. Εἰ δὲ οἴκοις θεόφασ] Βλάπτειν Si-
κην est hinc justitiam impedit, falsum scilicet testimonium perhibendo; impedit ne judices possint secundum illum dare, à quo jus & fas stat. Sic βλάπτειν apud Homer. Odys. N.

Αὐτὸς οὖτος διέπειν τοις ζυγίας, μή ποτε επίτραπεν
Βλάπτειν ιδαινότερος, οπούτε απορχίας διρίζεις.

*Ipsa itvit per navem sub transitis ne aliquem sociorum
Impediret propellentium navem,
quia properabant, remis.*

Utrobique Latini Interpretes male: *la-
derent.* Apud Poëtam hunc, alibi quoque hujus significationis η βλάπτειν occur-
runt exempla.

v. 288. Ολύμπῳ ἦδε] Plato II. de Rep. & Xenophon II. Απομνημ. legunt λεῖν, optimè.

v. 291. Εἰς ἄκρας ἵκται] Hunc locum miror inquinatum etiam nunc in omni-

bus circumferri editionibus, quum pri-
dem sit emaculatus ab Heinsio, Scalige-
ro, Meursio, qui ἵκται legendum esse præ-
ceperunt, ut omnes veteres Interpretes
qui explicant ἄλλῃ. Sed jam olim Eras-
mus in adagiorum farragine rectam le-
ctionem proposuerat, & in versione se-
cutorus erat. Lucianus in νεκυοματεῖα ver-
sus Hesiodi vocat πάριμα ἵκται celebres &
omnibus notos. Hunc locum pulcrè imi-
tatur Silius Italicus, ubi Virtus sic allo-
quitur Scipionem dubium animi, virtu-
tine se dederet, an voluptati.

*Ardua saxo perducit semita clivo,
Aspera principio, nec enim mibi fal-
lere mos est,
Prosequitur labor ad nitendum in-
trare volenti.*

Vide quoque Catalecta Virgilii de litte-
ra Pythagoræ.

v. 293. οἱ αὐτῷ πάρτα νίκαι] Hæc in-
epita lectio omnes foedavit editos libros.
Antiquam tamen & veram nobis serva-
vit Aristoteles I. Ethic. ad Nicom. cap.
4. Clemens Alexandrinus III. Pædagog.
cap. 8. Aristides in λόγῳ περὶ Πυθαγορᾶ, Plutarchus aliisque, qui & hæc pro αὐτῷ legunt αὐτὸς, & v. 296. οἱ δὲ καὶ μήτ' αὐτὸς γένεται. Et Zeno in sua imitatione:

*Κεῖος δὲ παρείστας οἱ τοῦ εἰπόντος πάθοι,
Εδέλλεις δ' αὐτοῦ κάκηίστας οἱ αὐτὸς πάρτα νίκαι.*

Sic enim isti versus leguntur, apud Dio-
genem Laërtium. Hos tantos autores
qui non sequitur, næ ille miser iratis
Musis natus est. Et licet absque his es-
set, ipsa tamen Græca lingua indeoles
facile non oscitantem lectorem deprava-
tionis, quæ nostras editiones contami-
nat, admoneret.

v. 294. Φραστέρῳ τῷ καὶ ἐπειτα] Non
agnoscitur hic versus ab omnibus illis
antiquissimis Scriptoribus, quos hoc lo-
co ulos esse diximus, nisi ab Aristotele.
In vetustis tamen codicibus fertur desi-
derari. Sanè nec Eustratius qui reliquos
exponit, hujus meminit, ut & alii prisci
Aristotelis Interpretes. Nec Latinis sicut
cogniti-

cognitus, qui hunc locum in sua trans-
tulerunt scripta. Liv. 32. Sæpè ego au-
diui milites cum primum esse virum,
qui ipse consulat quid in rem sit: se-
cundum cum qui benè monenti obediatur:
qui nec ipse consulere nec alteri parere
sciat esse extremi ingenii. Cic. in Cluen-
tiana: Sapientissimum esse dicunt cum,
cui quod opus sit veniat in mentem:

proximè accedere illum, qui alterius be-
nè inventis obtumperet. Hesiodi tamen
Græci Interpretæ in suis libris illum in-
venerunt, ut ipsorum declarant explica-
tiones. Hinc verò appareat non heri aut
nudius tertius, sed ante multa sœcula
hunc versum esse Hesiodo subiectum.
Supposititium enim esse & Poëta indi-
gnum ego quidem nullus dubito.

C H A P. XIV.

Hesiodi insignis locus explicatus contra omnium Interpretum sen-
tentiam. Εν θυμῷ βάλλεσθαι. Ακέστη. Μέργια ἔργα. Hesiodo & Theo-
crito lux. Μέργιος λέγεται. Μέργιος. Commodus. Epitaphium He-
siodi, quod Pindaro tribuitur, emaculatur. Μέργη οὐφίντη. Hesio-
dus sæpè expositus, aliquoties emendatus & ab Interpretum in-
scitia vindicatus. Οπάζειν, καταπάζειν. Tzetzes emendatus. Καὶ.
Ευηγ. Αλυτάνειν. Γήρειος χόδος.

v. 295. **M**ΗΤ' ἄλλα ἀκέστη εἰς θυμῷ βάλλε-
ται] Ex versione Latina &
Interpretibus Græcis hujus loci sensum
nemo eruat. Quid enim est? *Negue a-*
lium audiens id in animum admissat.
Notissimus Hellenismus omnes fugit. *A-*
xέστη εἰς θυμῷ βάλλεται, est ἄκεστη εἰς θυμῷ βάλ-
λεται, neque alii parere in animum indu-
cat. Enθυμῷ βάλλεται est in animum indu-
cere, ut βελκύριος eis rūr apud Chrysostomum
qui in animum induxit, & ut face-
ret consilium cepit, ut eleganter notavit
vir magnus Gu. Budæus, quem tamen
miror in eodem loco hunc Hesiodi ver-
sum exponere: *nec cùm ab alio audiveris*
animadvertis & in memoria versat. Sed
ἄκεστη h̄c esse parere, obsequi, dicto au-
dientem esse, ut sæpè, & ex sensu verbo-
rum & interpretatione Livii, qui alii pa-
rere sciat expositus, facile erat animad-
vertere. In eundem impegerunt lapidem
Interpretæ inferius v. 709.

— Ei Νέοι ἔργα

Ηπὶ τοῖς εἰπτὸις λαθεύμαστο, μὴ τὸ ἔργον.
Si autem caperis aut verbum aliquod di-
cere ingratum, aut facere. vulgo ver-
tuut: si caperis locutus, faciens.

v. 300. Εὐτέρως Δημότη] Græci magi-
stri nescio quas communis cantur ineptias
cur Ceres iūtēparos dicatur, quas excutere
non est operæ. An hoc ulli Poëta Interpreti
potest obscurum esse, Cereri dedi-
caj coronas spicas, & illis semper or-
natam eam Divam conspicī? Nummus
aureus.



Vide & argenteum apud Fulv. Ursinum
in familia Cassia. Ovid.

Fefea

LECTIONES IN OPERA ET DIES. 305

*Pesta pia Cereris celebrabant annua
matres,
Illa, quibus nivea velatae corpora
veste
Primis frugum dant spicae ferta
suarum.*

Idem in Amor.

*Flava Ceres tennes spicis redimita
capillos.*

Tibullus:

*Flava Ceres tibi sit nostro de rare
corona
Spicae, que templi pendeat ante
fores.*

Horat. carm. saeculari:

*Fertilis frugum pecorisque tellus
Spicae donet Cererem corona.*

v. 304. Ιτεζες ὄρμην] Malui similis cupiditate, quam cum Interpretibus studio. Tzetzes ὄρη exponit. Hesych. οὐλή, βουλή, θησαυρά. Κλεψυς est vocula μονης, de cuius expositione varia vide Proclum. Hesych. Κλεψυς, ἀργός, ἀκορτός. Eadem Phavorinus, & addit: κλεψυς ή ο κλέπτης ή ο κρύπτων.

v. 306. Σοὶ δ' ἕρα φίλ' ἵστα μίτεια κοροῦν] Verte: *Tibi vero curae sit opera decentia curare. ἕρα μίτεια sunt, ut bene Scholiares Vossianus, ἕρα στίχοι, sive, ut Tzetzes, μὴ ἀπρέπη. Monet fratrem ne otii ac ignaviae blanditiis malis rebus & operibus animum applicet, & cupiditate auferatur alieni laboris fructus intercipiendo, ut fuci illi qui miserorum sudore & laboribus paucuntur, sed potius in talibus occupetur operibus quæ se virosque bonos decent. Hæc sunt μίτεια ἕρα quæ opponit ἕργος ἀργοῖς. Mīteiς esse μῆτεια, ξέρχοις in animum equidem ego inducere non possum, quum potius veteribus Criticis sit μῆτεια. Hesych. μῆτεια, μῆτρα. μετοποθεῖται, μῆτρα πάχονται. Apud Platonem verò μῆτεια λέγεται est convenienter loqui, commodè dicere & pro rei dignitate, quæ maximè ad rem faciunt, ut apud Thucydidem lib. 2. Χαλκίδης η τὰ μῆτεια εἰπεῖ, ή φίλον η η θε-*

κος & ἀληθίας βιβλίανται. Ibi optimè Scholiares vetus: μῆτεια, εὐμένεια, ἀξία. In Theocriti epigrammate: μῆτεια η εἰ μῆτεια, non est, excelluit in omnibus, sed, moderatus fuit in omnibus, modum in omnibus rebus tenuit, fuit ubique modestus. Hi enim dicuntur μῆτεια. Hesych. μῆτεια, θησαυρός. Apud Demosthenem μῆτεια & θησαυρός conjunguntur. Quod hominum genus, quia singulari morum facilitate est & humanitate, μῆτεια τὰ ἡδη Aristoteli IV. Ethic. dicuntur, homines commodi, faciles, homines commodis moribus. Cic. pro Muræna: Nemo Castane proavo tuo commodior, comior, moderatior fuit, ad omnem rationem humanitatis. Id. de amicitia: Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodes fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari. Epitaphium verò Hesiadi, quod Pindaro tribuitur, foedissimè deformatum est. Vulgo sic legitur:

*Χαῖτι δίς ἴσχειας, καὶ δίς τέρπη ἀνθελέντων,
Ηοῦδ' αἰρεπότοις μέτεορος ἔχειον οὐρανός.*

Cælius vertit:

*Salve cui pubes, tumultusque bis ob-
tigit unus,*

*Tu sapiis Hesiodæ, quantum bo-
mini sapere est.*

Sic quidvis ex quovis potest verti. Quid est αἰρεπότοις μέτεορος ἔχειον οὐρανός? Qui οὐλεῖται αἰρεπότοις pro η αἰρεπότοις positum contendent, illi silices possunt conconquere. Nihil hac lectione absurdius. Veram, elegantem, dignam auctore illius epigrammatis, quicumque sit, accipe ex MSto Vossiano:

Ηοῦδ' αἰρεπότοις μέτεορος χάρον οὐρανός.

Hesiodæ hominibus tradens sapientiam, sive præcepta sapientiae.

Totidem litteris in illo Codice scriptum legimus, nisi quod corruptè. Ηοῦδ' pro Ηοῦδ'. μέτεορος est loquendi genus Poëtis familiare pro οὐρανός, ut supra μέτεορος, pro οὐρανός, v. 131. vide ibi notas.

v. 314. Δαιμονιοὶ δ' οἱ οἴδη] Interpre-

tes

Qq

tes Græci mirè hic argutantur. Omnes dñmora capiunt pro τύχῃ, hoc, ut videatur, sensu, cuiuscumque sortis & conditionis fueris. Δαιμονις hic esse quod Aeschylus χρεῖτος, non assequor. Est, ut verum fatear, mira locutio, quam ita judico exponendam esse: τοιέτοι ἵδη σὺ οὐδὲ δαιμον, hoc est, οὐδὲ οὐδὲ similis Deo es. ut apud Xenophonem: χαριζόμενον οὐ φασι αὐτῷ, pro χαριζόμενον τοιέτοι αὐτῷ οὐδὲ σὺ. Et apud eundem: οὐδὲ εγκαίρως τοις οἷοις τε ἡμῖν, οὐδὲ δαιμονίον πολιτεῖαν τῇ δημοκρατίᾳ. pro τοῖς ποίεσι οἷοις οὐδὲ οὐδεῖς, ut hæc duo loca Stephanus rectè exponit. Sensus Poëtæ est, si labore tibi victimum comparaveris, beatus eris. Terent. *Deus sum si ita est.*

v. 318. Ηδὸνίν] MS. I. ηδ., II. ιτ'. lege: Αἰδὼς οὐδὲ ἀρδετος μέγα στένει, ηδὸνίν. Pudor aliis verbementer obest, aliis vero prodest. Versu sequente in utroque MS. τετράς ἀναλισται, & τετράς ὄλεσσον. nisi quod in secundo vitiosè ὄλεσσον. Olaus etiam Palatinus codex habet, utrumque Tzetzes & Stobæus.

v. 321. Χερότ] Latini hoc unitatis numero malunt exprimere *Manu agere*. Florus: *Matrimonia manu capta*. nihil notius. v. 326. Αἵτινα τῇ tritissima Poëtis Græcis enallage pro ἀρίστῃ τῷ. utrumque Latinos Interpretes fugit. pudet hæc annotare.

v. 324. Αἰδὼς οὐ τὴν ἀραιδίην κατοπτίζει] MS. I. Voss. αἰδὼς δὲ τὴν ἀραιδίην κατοπτίζει, alii libri αἰδὼς οὐ γὰρ ἀραιδίην κατοπτίζει, quod probat vir doctus & exponit: pudor impudentiam sequatur, id est, post habeatur. sed ego vulgatam lectionem retineo, quæ sic exponenda: *Pudorem vero cum impudentia vicerit*. Οὐδέτερον & κατοπτίζειν est sequi jubere, ut victores solent viatos, aut domini jubere solent servos sequi. Apud Hom. ὄντας, teste Eustath. est δὲς ἴσθιται. Hesych. ὄπεζόμενος, διπάπισσος. ὄπεδος, ἀκέλευθος, δέλφιος.

v. 326. Ρέια τῇ μη μαυροῦσσει] MS. II. Ρέια οὐ μη μαυροῦσσει. Proclus etiam videtur αμαυροῦσσει legisse.

v. 328. Κακὸν ἔργον] MS. II. ἔργον cum editione Isingrina & pluribus aliis antiquioribus. sed rectius ἔργον legitur. οὐδὲ οὐδὲ est ἔργον, & καὶ μετάδοση ἔργον, ut bene veteres magistri. Tzetzes hinc foedè corruptus est. Iov. inquit, τοῦ δικτύου δρᾶ, τοῦ τοῦ οἰκετῶν ταῦτα οὐ εἰς φίλον, οὐ εἰς ἀλλοδαπὸν [οὐδὲ οὐδὲ] καὶ ποίησε βλασφέμη π. Heinsius legit pro οὐδὲ, λέγει οὐ ποίησε. Scaliger uncis inclusit. Uterque male. Scribendum: ἀλλοδαπὸν ἔργον, οὐ ποίησε βλασφέμη π. Exponit quid sit ἔργον. οὐ εἰς ἥντον, hoc est, exponendi vim habet. ut paullò post: τοῦ οὐ ποίει. τοῦ, hoc est, ποίει. Aristoph. Pluto: Κακὸς ἕπεται οὐ πάντας οὐ. Male egit, hoc est, pauper erat. sic καὶ millies apud priscos Graecorum Scriptorum Interpretes. Emendationem nostram video fir mari MSto Vossiano.

v. 329. Κρυπταῖς τύποις] Est, furtivi concubitus. ineptè Interpretes: secreti leti. Evidè enim est συνεῖδη. Hom. Iliad. Ω.

Tέτταρες δὲ, τοῖο μέχεις οὐδεμέμφεται καὶ αχειροί

Ζεὺς ἔδει κραδίνην, μεμηρόνος οὐδὲ πόσις
Οὐτὸς τύποις;

Mi fili, quamdiu lamentans & dolens tuum cor comedis, neque cibi neque Venēris recordans? Ubi Interpretes æquè imperitiè τύπον cubile verterunt, ut hoc loco. Hos tamen potuisse hujus erroris admonuisse Eustathius, si ipsum consoluissent. Qui asseverat τύπον esse μίξην præfatus propter ea nonnullos hos versus adserit, quia οἱ ἀδηταὶ & οἱ ἀδητοὶ πάντα κρεψόν οὐκ ἴσπλοιστορ τῷ γυναικί. sed & quæ statim sequuntur τύπον Homero esse συνεῖδη ostendunt: ἀγαθὸς δὲ γυναικί οὐτοὶ οὐδεποτε μίσχωμα. Bonum vero est cum matriliere consuefcere. Phavorinus: Evidè οὐ μήτρ δὲ κοίτη διλοῖ αἷλα καὶ τοὺς συνεῖδας, οὐ δὲ τῷ διντέσσερῷ τῷ γυναικί παρέ τῷ Ιπποκράτῃ. Hinc & τύπον est μίσχωμα γυναικί. Iliad. B. διὰ βερπόν τύπονθεισα. Olaus. i. παρ' ἀρδεσσον τύπονθεισα est cum viris consuefcere. Paulo in litteris ad Romanos exaratis κοίτη eadem ratione est συνεῖδη, cum cap.

cap. XIII. vetai σειραῖς οὐ κοίταις καὶ αὐλ-
γέσις.

v. 330. Αλησίτην] *Repositi ex MS.*
II. & vetere Palatino, *ἀλησίτην*, vide
Etymologicum Magnum. v. 331. γέρας
id est ipsa senectus. Nec aliter Latinè
debet exprimi. Tales periphrases innu-

meræ apud priscos Græcos Poëtas occurunt, ut de multis jam nos ipsi & alii viri docti monuerunt. Pleraque abhorrent ab usu & consuetudine Latinæ linguæ, in quam illas verbum de verbo exprimendo transferre imperitia est.

C A P U T X V.

Θῦσ, θύειν. Vetustissima sacrificia gramen, & alia quæ tellus producit, non animalia. **Κλῆρος** ager. **Χρῆμα** ἰγχάνειον. **Χῶρος**. **Χαιρίτης**. Tzetzes & Proclus correcti. **Μετεπέιδων**. καὶ. Hesiodus ter emendatus. **Αρχαιος πίθα**. **Βλαβερόν**. Obnoxius. **Θυμὸς ἐν φρεσί**. Multæ Interpretum hallucinationes.

v. 338. \sum Πορθῆσθε δύται τη ἵλασμα] MS.
II. editio Stephani, Kingri-
ni, aliaeque meliores: δύται. Itaque ut
versus constet, legendum ἀνδρῆς δύται.
Proclus etiam sic leguisse videtur: καὶ
ἀγῶν, καὶ τελεῖων, καὶ δύται καὶ ανδρᾶς ια-
σκοντάς. Latini verò Interpretes pessimè
vertunt: *Libaminibus atque hostiis pla-
ca.* Atqui de hostiis jam dixerat præce-
dente versu: ἐπὶ δὲ ἀγαθὰ μετέπειταν. ni-
tida femora adole. Sic interpretare. ἀγαθὰ
funt nitentia adipem, qua cooperiebantur
ut docet in Theog. Stulte igitur hic tur-
sus hostias inculcit. ~~εὖ~~ Græcis est su-
μικα, odoramentum, odores, qui Diis
adolentur, quod propriè vocant δύται,
hoc est, odoramenta accendere, quibus
solis olim faciebant. Synes. hymno VII.
de Magis:

Λγδέ μάρα χομίζετε,
Συμύργις ἐναγίσματα,
Χρυσός τ' απαδήματα,
Λιβάρις τη θύη γελά.

*Eia munera ferte Myrrha libamina,
Aurique donaria, Tharsique odores sua-
ves. Quid enim est duplum suffire, ut tra-
dit Porphyr. II. de abstinentia anima-*

lium. Postea ad alia quoque quæ Diis
offerebantur munera translatum, & tan-
dem ad victimarum macerationem. Por-
phyr. II. de abstinentia animalium: Δέ-
δρα μὲν γὰρ εἰς τούτην ἀνθεκεῖ νῦν. οὐδὲ
σπουδὴν καὶ τοὺς τετράποδος μεταμόρφω-
σίας, ἐς δριπόδους φύλλα καὶ ἔγχας καὶ τὰς ὄπλα τοῦ
φύσιος αὐτῶν βλαστούς, κατέκειστον ταῦτα τὰς φα-
γοφύσιες ἡραρίους θεοὺς τῷ θυσίᾳ δεξιεύματος, καὶ πάλιν
τοῦ πυρος ἀπαδανατίζοντος αὐτῶν τὰς πρώτας.
τὸν δέ γά τοι πῦρ ἀπαδανατος φλάστησεν ἐν τοῖς
ἴεροις, ὃν μελισσαῖς αὐτοῖς ὁμοιότατον. εἰς δὲ τὸν
Συμάσσοντος τὸν γῆν, Συμφατεῖα τὸ ικάλιον, καὶ
τὸ Σύντειρ, καὶ Συντάσ, ἀλλὰ ἡρεῖσις ὅτι τοῖς οὐρανοῖς
πλημμύραις ἐκφύγοντα οὐκ ὄρδισται ἔχασκεν τοὺς
Ἄργος τὸν ζῶντα δοκίμων δηραπτίας καλούστες Συ-
ντάσ. Terra prius arbores quam anima-
lia protulit: ante arbores vero gramen
quotannis nascens, cuius folia & radic-
es, totaque illius naturæ germina col-
ligentes flammis adolebant: hoc sacri-
ficio Deos visos celestes excipientes, &
per ignem honores illis reddentes im-
mortales. His etenim ignem perpe-
tuum, cum sit iis simillimus, in tem-
plis affervamus. At ex eorum quæ ter-
ra nascuntur sufficiens in sacris adhi-
bitis,

bitis, acerram summatorem appellarent, & sacra facere dier, & sacrificia dicas, quæ omnia nos non recte interpretamur, quasi erroris illius qui postea irrepit, effens indicia, ideoque eum, qui ex animalium mactatione videtur esse, cultum dicas vocamus. Idem inferius eodem libro: Επει καὶ Απόλλων παρανὸν δίεται καὶ τὰ σάρκα, τετέσιν καὶ πολὺν τὴν πατέραν, ἄπεις ἔτικεν εἰς τὸ πατέραν ἔδει. Τὸ δὲ πατέραν οὐ τὴν γερπτὸν ἔνι, ὁς ἀποδίδειμεν. Οὐδὲν μὲν καὶ δικλαδί, μὲν δυμέλαι ἐκεῖνη, οὐδὲν τὸ δίεται τὸ δυμάριν ἔχεται, οὐ τὴν πατέραν λεγομένην ἔπεινται. ὃ γὰρ ἡμεῖς τὴν δίεται λέγομεν οὐδεὶς ἔλεγος. Ερθεὶς Απόλλωνι πατέρας ἐργάζεται τείραν ιδὲν αἰγῶν. Quia etiam Apollo cum præcipit sacra facere secundum patios, id est, patribus receptos ritus, ad antiquum morem nos reducere videtur. Vetus autem sacrificandi mos erat per placentas & fructus, uti demonstravimus. Unde sacrificia dicas, & summai, & suméla dicebantur, & ipse actus sacrificandi τὸ δίεται, idem valuit, quod suffire vel adolere, quod nunc vocatur ἔπεινται. Quod enim nos δίεται dicimus, illi ἔρεται dicebant. δίεται igitur est suffire. hinc δὲ est odoramentum, unde Latinum thus, ut à πῦρι pus, ut ostendit vir maximus ad Solinum. Quia præcipue in sacrificiis postea thure sunt usi. Inde nobis etiam thus *wyrrock* dicitur, quasi sacer fumus, sicut in Germania festi dies quibus natalis Christi celebratur, *wynacht*, hoc est, sacra nox ab illa nocte, quam præcipue colunt, quia in illa Christus natus esse creditur. Galenus δὲ optimè exponit δυμάρια, ἀρματα. Proclus & Moschopulus hoc loco *vassā*. Eustathius πίματα. Postea enim ad omnia quæ Diis offerebantur translatum, ut & δίεται. Sed hic in propria notatione capiendum.

v. 341. οφ' ἀλλον οὐδὲν κακόν] Interpretes: ut aliorum emas sortem. Malè. Verendum: ut aliorum emas agrum. Κακός est fundus, ager, possessio, quia agri

sunt præcipua facultatum & bonorum, quæ possident homines, pars. Κακός omnia bona significat. Hesych. κακός, οὐδα. Propriè tamē bona quæ hereditate venerunt, ut Latinis sors. Liv. Puer in nullam sortem bonorum natus, est qui non habet patrem in cuius patrimonium successionem speret. Consortes διακλανού, ejusdem hereditatis participes, coheredes. Olim enim forte hereditas dividebatur. Postea omnia bona quæ possidebantur quacumque ratione parta, & τοτε ἐξοχή agri, possessiones dicuntur κακός. Theocritus Ηρακλίου.

Οπόποις κακόντα οὐδεποτε μέγα
Τυδεύς

Ναῖτ.

Quum omnem agrum & viniferum
latum solum Τυδεύς

Teneret.

Herodot. Melpom. φέιπαν τῷ Συέτων τὰ κλέψ. Syrorum agros vastans. Hinc & κακόντα apud eumdem est colonus, cui data pars agri colenda & possidenda.

v. 342. Τὸν φιλάρον θῆται καλεῖν] Aliud non tantum præcipit Christus apud Lucam XIV, 12. sed & ipse Plato in Phædro: εἰ καὶ τοῦς θυρόφοις μάλιστα χαρίζωσι φεούσι, φεούσι καὶ τὴν ἄλλον μᾶλιστα βατίσουσι, ἀλλὰ τὸν ἀναρπάσαν τὸν ποιεῖν. μάλιστα γὰρ ἀπαλλαγήσις κακόν, μάλιστα χάρις εὐτοῖς ἔσονται. Καὶ μὲν δὴ οὐ τὸν ιδίαν δεκτάντας & τὸν φίλον ὅρθιασθαι, ἀλλὰ τὸν φεούσιντας, καὶ τὸν λευκόντας πλησιονοῦσι. Εκοῖνος γὰρ εὐαγκήσουσι, καὶ ἀκολυθώσουσι, οὐ δὲ τὸν δίπειρον, οὐ μάλιστα ιδίανον], οὐ τὸν ἀναρχήτων χάριν ἔσονται, καὶ τολλὰ ἀγαθὰ εὐτελεῖς οὔτεν]. Si egenis gratificandam est maxime, convenit omnino non meliores juvare homines, sed pauperrimos. Maximis enim liberati malis gratias ingentes habebunt. Privatis quoque & propriis sumtibus non vocandi amici erunt, sed esurientes & supplices. Hi enim beneficium maximi facient, te fecerunt, ad fores opprimentur, applaudent, gratias agent, vota pro te fundent.

v. 344.

v. 344. Εἰ γὰρ τοῦ καὶ χεῖμού ἡγένετο ἄλλο
χωρίου.] Si enim tibi negotium aliud ru-
sticum inciderit. Sic versus exponendus.
Vulgō ineptè: Si res aliqua fortuita
evenias. χώρα ἡγένετο, est res, quæ ad
agrestes, & ruricolas pertinet, opus &
negotium rusticum. χώρα enim & χωρός
est vicus, pagus, ager. Hesych. χωρός,
ἀγρός. χωρίς est rusticus. Item: χωρίς,
ἀγρότης, ἀγρός, χωρίστης in agro spatiari-
ri. Chorobates apud Vitruv. instrumentum
quo agros metabantur, Latinis gru-
ma, quamvis & aquis librandis inservi-
ret. χωρίς villa, prædiolum. Sane in Sa-
crae quoque litteris χώρα est ager. Luc.
XXI, 21. si in rūs χωρας μὴ εἰσεχθῶσιν
αὐτοῖς. qui in agris sunt non ingredian-
tur in eam, sc. Urbem. pro quo Matth.
XXIV, 18. ὁ in ἀγρῷ. Sic olim χωρίστος.
qui erant rurestres Episcopi, qui in vi-
cīs & pagis rem sacram faciebant. Pro-
clus legit olim ἡγάκιον, ut ex ejus ex-
plicatione appetat, quamvis vulgō lega-
tur ἡγένετο. ἡγάκιον verò idem est quod
ἡγένετο, nempe quod in eadem κώμῃ ger-
ritur. Posset quidem etiam exponere
ἡγένετο οὐκόν, ut sit negotium in tuis
sedibus incidens, domesticum. Suid. Ηγέ-
νετο οὐκόν. Sed altera præstat interpreta-
tio. Rustica enim hæc præcepta sunt,
quæ χωρίς dantur.

v. 346. Πῆμα τερῆς γέντω] Ad quod
confirmandum Proclus & Tzetzes affe-
runt Αἰσχύλος ή Λαρύγας, Καρχηδόνιος ηγή Βυ-
ζαντίου, qui propter vicinitatem mortuis
cladibus & damnis perierint. Sed quid
audio? Num Carthaginenses & Byzantini
tantis locorum intervallis disjuncti
sunt vicini? legendum Χαλκηδόνιος. Chal-
cedon enim contra Byzantium sita. Mox
Tzetzes: Διάκονος τοῦ Πλάτωνος. Θεμο-
χία χάρακος ή Πλάτωνα παρέβασται & ἀγέν-
λέγεται, έπειτα ἔχει γέντων. Non hoc Pla-
tonis dictum est sed Catonis; legendum
igitur Κάτων. Sic etiam Vossianus codex.
Sed hæc præstat differre ad Interpretes,
ex quibus infinitas pænè mendas eluimus.

v. 348. Οὐδὲ τὸ βέβ] Hoc versu probat
Heraclides in fragmentis de rebus pu-
blicis, ubi agit de re publica Cumæorum
legem illorum, qua sanxerant, ut si quis
aliquid amitteret, furto à vicinis damnum
resarciretur: Ιδοὺ οὖτοι εἰς τὰ κληροῦσα
συμβάλλεται τὸ γένετος, διὸ καὶ οὐλία ἀπόδημα-
των, πάντες γένος ἐπέριν. οὐκ Ησιόδος οὐτοῦ
δοκεῖ λέγειν εἰς τὸ βέβηλον τὸ μὲν γένετος
ταῦτα εἴναι. Moris erat apud eos, ut vici-
ni omnes conferrent ad resarcendum
quæ furto ablata fuerint. Quia propter
paucā furto amittebantur, quod univer-
si pariter sua aliorumque diligenter cu-
stodiarent. Atque binc videtur petitum,
quod apud Hesiodum est: Bos non faci-
le peribit, nisi vicinum malum babueris.
Eadem lex fertur esse apud Japonenses
in ultimo Oriente.

v. 349. Εἴ μὲ μετεῖδε] Glossæ MS.
Vossii: μετεῖδες δαρεῖδες. Hesych. μετεῖδη,
δαρεῖδη. Meteïdia est sub usura mutuum
petere sive mensura, sive pondere, sive
numero constet. Cic. I. de Off. utendum
accipere vertit: Quia si ea quæ usenda
aceperis, majore mensura, modo possis,
jubet reddere Hesiodus, quidnam bene-
ficio provocati facere debemus? Malè
ergo Interpretes: Recta mensura mu-
tuum accipe; quasi de iis solis rebus lo-
quatur Poëta, quæ mensura consistunt,
ut multis docuit Salmasius libro de Usu-
ris. Inferius v. 296.

Οὐδὲ τὸ τερῆς γένετο, ιδοὺ δέ την ἡτ-
τίσαιο.

Οὐδὲ διημετέρων.

Sicut δέ νῦν ad me venisti, ego ve-
rò tibi non amplius donabo,
Nec amplius mutuum dabo.

Glossæ Vossianæ MS. διημετέρων, διστίσαιο.
Proclus. οὐ χρίω. benè. Notant enim
veteres Grammatici χρίων διτί φίλον dici,
διστίσαιο οὐτε αὐτοτείρων. Suidas: Διστίσαιο διτί
Τηνέρων. Antiquissimis certè Scriptoriis
διστίσαιο, non est foenori locare, sed
mutuum dare sine usuris.

v. 353. Τῷ οργανῷ οργοτίναι] An hoc
est

est quod Interpretes volunt, *jūvantem te juva?* Quanto rectius Græci magistri *invisentem invise?* Qui eo, inquit, ingenio sunt, ut mutuis amicitiæ & consuetudinis commerciis delestantur, cum iis cole amicitiam. Idem sensus versus sequentis: qui libenter sua cum aliis communicant, iis tu libenter impertire, si quibus opus habuerint. v. 351. MS. I. *τοις ἀτῆσσιν.*

v. 357. *Καὶ μέτα δών]* Revocavi pristinam lectionem ex MS. II. & Proclo, qui legunt *ὑ μέτα δών*. *Καὶ*, quod Interpolatores fugit, est *καὶ*, *καίτηρ*, *καὶ τι*, ut statim: *ὑ τὸ σπουδὴν ἔτει. εἰσὶ σὺν εἰς* *exiguum* Aristoph. Plut. *Εὰν δὲ οὐλύμονα λάβω πατὴν* *ὑ σύνερον*, *πατὴν* *διὸν* *ἔχει ποιῶν τιμεστόν.* *Si socium cepero aliquem εἰσὶ imbecillum*, potentem tamen hodie faciam. Pro quo Scriptores orationis solutæ malunt dicere *καὶ τοι*, *καὶ τοις*. V. 358. *ωντος* est *ἴθιτος* libens, uti in aliis locis accipi viri eruditissimi docuerunt.

v. 361. *Ἐπὶ σπουδὴν καταδέοντο]* MS. *σπουδῆς*. quod verum est. Tzetzes versu ab hoc secundo: *ὅς δὲ ιπτάειν φέτε.* v. 382. *ἴπυος τὸν ἐργαζόμενον.* Subscribunt Moschopulus & Tzetzes, & veteres Scriptores plurimi qui hunc locum laudant.

v. 364. *Αρέπα καῖσται.]* Et hominem sollicitum babet, non laedit. Hom. *καὶ οὐδὲν* *δυούσιν.* *Animum sollicitat.* Sequenti versu, *βασιλεὺς* est damno, periculis & variis casibus. obnoxium. perperam Interpp. *obnoxium.* Sic etiam Latinis *obnoxius* simpliciter, est opportunus injuriæ. Flor. III, 20. *Et ipsi (servi) per fortunam in omnia obnoxii.* Lib. IV, 4. *Cum intra decem & octo annos, tenerum & obnoxium & opportunum injuriæ juvenem videret.* Phædrus: *servitus obnoxia, quia, quæ volebat, non audebat dicer.* Senec. ep. 61. corpus humanum vocat *obnoxium domicilium animi.*

v. 368. *Ἄσχολον δὲ πέποντο καὶ πεποντο]* Stukè Latini Interpretes: *Incipiente vero dolio & desinente saturato*

te. Quid incipere & desinere dolium Latinis auribus sonet ego non exputo. Verte: *Quum relinitur dolium, & ferè est epotum, saturare.* Αρχαὶ πόνος est ἀρίστη πόνος, Theocrito ἀλεξαρίν, Terentio relinere dolium. Longè ineptius inferius in iudeus v. 51. *ἀεισν ἀξαδὸς πόνος* vertunt: *optimam implendis dolis, quam sit, optimam aperiendis dolis.* Vers. sequi. διὰ διὰ uterque MS. ut bene restituit Heinlius. Ceterum de sententia hujus versus, & cur vinum in medio dolio sit optimum disputat Plutarch. Sympos. III, 7. & Macrobius VII. Saturn. 2. 12. quos vide, & ride Alexionem apud Plutarchum, qui irridet hunc versum Hesiodi, quod in medio sit vinum optimum. Atqui hoc ipsum quoque dicit Hesiodus, ideoque tum parcis illo utendum esse, ut diutiis optimo fruamur. Vetus est, vi ni medium, olei sumnum, mellisimum optimum esse.

v. 370. *Μισθὸς δὲ ἀρδψι]* Hic cum sequentibus duobus versibus in MSto primo non comparet, & expunctos olim fuisse à nonnullis Proclus testatur, à Plutarcho tamen vindicantur & probantur. Vide Proclum. Sed ipse Plutarchus in Theseo tribuit hunc versum Pittheo, Aristotelemque laudat. Cujuscumque sit sententia, est optima: si cum amico tibi res quedam sit, fac ut primò cum illo pacificaris de mercede, quam sibi deberi putat, ut omnes querelæ præcidantur.

v. 376. *Μεροψῶν δὲ πάτερ οὐδεὶς]* MS. I. *εῖναι*, cum glossa *νεράσχειν*. Pulcrè D. Heinlius observavit hos versus esse transpositos, & eleganter illos exponit, quem vide. Sine MSS. auctoritate nihil tamen sustinui mutare.

v. 381. *Ἐν ὄπιον ἕστε]* MS. I. *οὐδὲν* II. *οὐδὲν*. leg. *οὐτα οὐδὲν.* *Συνὸν* *ἐν ὄπιον*, ut apud Plautum: *Mens animi.* & Catullum: *Nec potis est dulces Musarum expōnere fætus Mens animi.*

C A P U T XVI.

Distinctio vulgaris librorum Hesiodi deleta. Hesiodus bis emendatus. Veteres nudi faciebant opus. Εργα Διαπηκούρεων. Proclus emendatus. οἱ ωὲι Τιμόθεοι. Χρήστας. Χρυσίερα. Nicolai Damasceni locus vindicatus. Ἀeliani Interpretes ter reprehensi. Τητάν, πτών. Quærerere. Εργον. Opus. Οὐρανὸς ήλιος. Sol acutus. Sol acris. Sirius acris. Claudianus emendatus. Χιλιαρία. Ζεὺς pro coelo. Lapsus crebri Interpretum indicati.

B[IGAICR β] Expunxi hanc distinctiō nem quam & codices manu exarati, & veteres Scriptores cum Interpretibus ignorarunt. In primo Vossiano hic omnia perpetuā & continuā serie sine ullo distinctionis vestigio perscripta sunt: sicuti & in Procli commentario manu exarato, quem mihi utendum dedit Marquardus Gudius noster. In secundo non nihil quidem spatii inter versum 383. & sequentem intercedit, ut possit capere indicem hunc, qui vulgo præponitur. Sed nec hic nec alii, si qui sunt, libri nobis tanti sunt, ut istam distinctionem χθεὶς τῷ εἰδέναι natam ferendam existimemus ingratissimis totius antiquitatis, quæ nullum hujus operis divisionem in duos libros agnoscit. Clarissimè id liquet etiam ex Servii proemia in Virgilii Georgica. *Hesiodus fuit de Aſcra civitate; qui ſcripſit ad fratrem Perſen, libram, quem appellavit ἔργα τῆς μητρὸς, id eſt, opera & dies. Hic autem liber continet, quemadmodum agri, & quibus temporebus ſint colendi.*

v. 383. Πλαΐσιον Ατλανθίων] Latinis dicuntur Vergiliæ, quarum ortum & occasum in primis observabant Veteres, ita ut æstatis atque hyemis initia, & messem atque arationum tempus ab illis numerabant. Vide Eratosthenis ἐργαστηρίους, quos primus ad Aratum edidit

summè Reverendus Præfus Oxoniensis Joannes Fell, mihi, dum fata sinerent, amicissimus cap. 23. De illarum verò ortu & occasu quam variae fuerint Veterum sententiaz, vide Petavii disputationem in variat. Dissertat. Lib. II. Cap. 9. quæ Uranologio adjecit.

v. 389. Εγγύδην ραττάνος] MS. I. & II. ραττάνος nisi quod in secundo addatur στ. Et sic versu abhinc tertio uterque pro ραττάνος, ραίαν. Est hæc Dorum dialectus. Vide suprà ad v. 224. In hoc ultimo versu, liber secundus inserit δι: Ναιων χαράν δι απέρειν. χαράν δι βαστεῖν.

v. 392. Γυμνὸν δ' ἀμᾶδαν] MS. I. Vossianus, & Codex Palatinus: ἀμᾶδεν. Sic etiam in carmine, quod dicitur certamen Homeri & Hesiodi. Nec aliter Proclus legit: Αμάδεν, αυανδροῖζειν, δι θείζειν. Illud enim ἀμᾶδεν quod in edito Procli Commentario præcedit τὸ ἀμᾶδεν à sciole ex Hesiode vulgatis editionibus insertum esse puer admodum vidi. Et recte me vidisse codex postea manu exaratus Marquardi Gudii ostendit: qui illud ἀμᾶδεν non agnoscit. In quo & paullò ante legitur, χαράν δ' ἀμᾶδεν] δι τὸν εργόν. Non ut vulgo ἀμᾶδεν, quod ab imperitis in Hesiode primum suppositum qui secundam ab ultima in ἀμᾶδεν non producere poni sibi persuaserant. Cur verò nudis arandum, serendum & mendendum

tendum esse præcipiat Hesiodus, sicut & eum secutus Virgilius Georg. I. *Nudus ara, sere nudus*, docet Servius: *Nudus ara, id est, adeo sereno cœlo, ut vestimentis non egeas.* Nam dicit nudum esse debere, quasi aliter non oporteat aut possit: sed sub tanta serenitate dicte hæc agenda, ut & amictus possit contemni. Quam explicationem Servius debet Proclo, cuius priorem expositionem vide: binas enim hujus loci affert. Sed prior verior est. Veteres tamen nudos plerumque fecisse opus ostendit Plutarchus in vita Catonis Majoris: Πυδόντες δὲ τὰς αὐστηρὰς καὶ πάντας αὐτὰς πλεγέντες
οἰκεῖον, καὶ θαυμάσας ἔξυπνωφανὴν εργατὴν μὲν οἰστροφόντας βαθὺς εἰς τὸν πατέρα τοῦ ποιητήν, ιππεῖντος δὲ εἰς τὸ χρεόν, ἀνὰ δὲ τὸν χειμῶνα, θεαματικὰ λαζάρα, δίπους δὲ χωμάτων ἐργασίαιντες μὲν τὴν οἰκεῖον, εἴδετο τὸν εργατὸν διὰ τὸν περιπλόκον, τοῦτον τὸν αὐτὸν οἶνον. Cuius cum labores & orationes vivendi accepisset (Valerius Flaccus) à servis, mirareturque carnem narrarent illi mane cum forum adire, & præsto esse ejus opera utentibus: regressum ad villam tempore brumali vestitum exomide, & estate operari cum servis nudum, eadem mensa, eodemque vesco pane, atque idem vinum bibere. Et Aurelius Victor in Quintio Cincinnato: *Quintius Dictator dictus, ad quem missi legati nudum cum arantem trans Tiberim offendaverunt, qui insignibus summis Consulem obſidio liberavit.* Et apud Poëtam: *nudi messores.* Non tamen hæc sic capienda sunt, ac si essent sine omni vestitu. Tunica tantum erant induti, sine toga, si Romani, aut pallio, si essent Græci. Sic & Saul dicitur nudus cecidisse coram Samuele, 1 Sam. XIX, 24. hoc est, in interula seu vestitu interior per totam noctem extra se raptum fuisse. Sic Petrus dicitur nudus abjecisse se in mare, hoc est, deposita veste superiore. Vide ibi Grotium, & in primis Amplissimi Cuperi Observat. I. cap. 7. De veste autem interiori in-

telligendum esse Hesiodum ostendit etiam in Scuto v. 296.

— οἱ δὲ ἀροτῆτες
Ηρεικοὶ χρόνα διὰς, ἐπιστολάνης δὲ χρῆστας
ἰστατο.

— agricole autem
Proscindebant terram bonam, ornanteque unicas succinserant.

Ergo non nudi arbabant.

v. 397. Θεοὶ Διττούμαρτο] Per Deos Græci hinc intelligunt alii stellas, alii elementa, qui non sunt audiendi. Dii, inquit Hesiodus, labores hominibus imposuerunt.

Ego μὲν οὖτις, οἵτις εἰ πονεῖ βέργατον.
Nemo enim est mortalium qui non laborat. ut Sophocles ait. Hoc autem à Dii, qui, secundum Epicharmum, οἱ πόνοι παλαιῶν οὐκέτη πάντα τάχατα, labore omnia bona nobis vendunt. Quod hauferunt ex Mose ut infinita alia, apud quem ad Adamum ipse Deus: Εν ιδρῷ τοῦ οργανώτον πάγη τὸν άρτον σου. Εγκα Λεπτομερίᾳ, est labores imponere. Λεπτομερίᾳ, πικμαίσην non solum est οπιμᾶς, sed & οὐταπενίζειν. Etymologici Magni auctor: πικμαίσης οπιμᾶς τὸ πικτοπενίζω, καὶ οπιμᾶς. Superius v. 228.

— αὐτοῖς
Αργείον πόλεμον πικμαίσης Ειρύβητα Ζεύς.

— Ipsis
Molestum bellum immittit omnia
videns Jupiter.

Recte Glossæ MS. hoc loco Διττούμαρτο, οὐ πικμαίσητο.

v. 402. Χρῆμα μὲν εἰ πόνοι γυναικῶν] Terent. Adolph. Numquam rem facies, abi, ne scis inescare homines.

v. 405. Οἶκοι μὲν περιπτα γυναικῶν] Non hinc ab Hesiodo intelligi uxorem, ut vulgus cum Interpretibus Latinis accipit, sed ancillam, quæ domum custodiatur, versus sequens arguit, qui hanc γυναικαν κατέπιον εἰ γαμητὴ emptam non nutritam appellat, quod olim monuerunt ad hunc locum veteres magistri. Aristoteles quidem in Oeconomicis & Politicis γυναι-

γυναικεῖον sumvit pro uxore, non verò *κυνηγόν*, ut viri docti affirmant. Nec judicandum est Philosophorum principem Hesiodi mentem non habuisse exploratam: sed potius eum hunc versum suo voluisse accommodare instituto, ut sèpè solent Philosophi. Nam Mureto, homini quotquot à renatis litteris fuerunt, disertissimo, qui auctoritate Aristotelis permotus sequentem versum tamquam suppositum jubet expungi, non est ut suffragemur, si vera sunt quæ Timotheus apud Proclum de Aristotele commemorat, illum nimirum adductum hac Hesiodi sententia post obitum uxoris cum Herpylide ancilla consuevisse & ex illa sostulisse filium. Quamvis & hīc Aristoteles maluerit suo obsequi ingenio & auctoritate Hesiodi suam tueri vivendi rationem, quam Poëtae monita sequi. Nam Poëta nec de pellice, nec de uxore loquitur, sed de famula pretio comparata. Vide Proclum, apud quem pro *οἰ. οὐδὲ Τιμοθεοῦ* legend. *οὐδὲ Τιμοθεοῦ* de quo Diog. Laërt. in vita Aristot. *οὐδὲ Τιμοθεοῦ* verò non sunt Timothei discipuli, sed ipse Timotheus Atheniensis, qui vias Philosophorum à Laërtio toties laudatas memorizè prodidit. *οὐδὲ τὸν Τιμοθεοῦ*, elegantissimo idiotismo est ipse Timotheus. ut apud Polyb. *οὐδὲ Αρρωτα* *ἡ Βάρκα* est Anno & Barcas. *οὐδὲ τὸν Κείτονα* *ἡ Σιμμίας* apud Aelian. Crito & Simmias. & mille talia.

407. *Χρήματα δὲ εἰς οἷς πάντες ἀρμόνια ποιῶσι*] Homeri, & Hesiodi tempestate *χρήματα* notabant omnes facultates, omnia quæ in bonis habebant, non numeros aut pecuniam, cuius usus tum adhuc erat Græcis ignotus. Hoc loco autem singulari notione significat *οἰκονέατη*, instrumentum domesticum, suppellectilem, utensilia. nimirum *τὰ χρήματα*. Propter eamdem causam ab Alceo in Pasiphæë *χρησία* *οἰκεῖα* dicuntur. Quamvis Plato Comicus in Hellade illa tantum vasa, quibus utebantur *οἰκονέατη*.

εἰς οἰκίας, dixerit *χρησία*, rectè tamen etiam omnia *τὰ κατ' οἰκίας χρήματα* appellari *χρησία* docuit Pollux X. cap. 1. Sanè in hac notione legitur apud Nicolaum Damascenum in fragmento historiæ universalis, quod Stobæus nobis servavit; *Λείποντος οὐδὲ ιμπέριον εἰσὶν δικτείραι. τὰ Νεκρά ματα τὴν χρησίαν εἰς χρυσούς εἰντονται φλέττονται. Αριτονὶ nullum animal mactant. Vasa figurina ad quotidianos usus parata in aureis involucris custodiunt.* Sic rectissimè hunc locum vertit vir incomparabilis, quem honoris causa notino, Henricus Vallesius. Bend se omnia habent. *χρησία* sunt vasa domestica, utensilia, sive sint pretiosa, sive vilia, & nullius rei, Strabo lib. XV. p. 722. Πολλὰ δὲ κατέκλιναν καὶ οὐδὲ συμάτων τοῦτο τὴν χρησίαν διπλῶς χειμάζειν νοοῦσι, καὶ τὸ βασιλικὸν τοῦτον εἰπεῖσθαι. *Multa autem corpora utensilia nocti ingruens torrens bausit,* & magna pars regiae supellecstile ablata. Eadem autem ratione ut *χρησία* sic & *χρήματα* omnem notant supellecstile, κατ' οἰκίας tamen de vasis & sacra templorum supellecstile frequenter accipiuntur. Aelian. Ποντικ. 150. lib. 1. cap. 20. Διάρροος εἰς απάντην οὐδὲ εἰς Συραξίους ιππονούλων τὰ χρήματα. Ubi Gesnerus vertit: *Dionysius ex omnibus Syracusarum templis & delubris per sacrilegium pecuniam abstulit.* Pauld post: *Τὰ τῷ Απόλλωνι καὶ τῷ Λευκοδίᾳ ἄποιντα διόλων χρήματα.* Ubi rursus Interpres: *Universas Apollinis & Leucotbeas pecunias nefario scelere abripuit.* Pessimè: cum utroque loco significantur vasa sacra diis illis consecrata, quæ abstulit Dionysius, sicut inter illa commemoratur ibi mensa sacra Apollini dedicata. Lapsus quoque est idem vir doctissimus, in Interpretatione bujus vocabuli in lib. VI, cap. 6. Λευτίνος ἀντεντάμενος τινὶ ταῖς πατέσσοις χρήματα ἀγονεῖσθαι spaciari. *Aristoteles abliguritis omnibus pecunias, quae ex hereditate parentis ad ipsum venerant, in militiam profectus est.* Vertendum erat, consumatis

tis omnibus facultatis. Quamvis non ignorem pecuniam apud Latinos etiam pro toto patrimonio capi, sed Interpretum de nummis solum cogitasse, cum ita venteret, satis constat. Sic & χρήματα quasvis facultates notant apud Marc. X, 23.

v. 408. ο δ' ἀρνηται, οὐ δὲ πτηνός] MS. I. Voss. ο δ' ἀρνηται, οὐ δὲ πτηνός. quod glossæ MS. explicant: στέιχον τοῦ παρρηκοῦ ὅπεράν. Videntur sanè veteres dixisse πτηνός & πτηνός. Hesych. πτηνός, πτηνός. Apud eudem tamen legitur etiam πτηνός, ἀνέλα, ἔρδητα, σίγουρος. Τυπωρίδην στεγωρίδην. Τυπωρίδην, στεγωρίδην. Auctor Etymologici magni: πτηνός θεούς, σημαίνει τὸ ζητεῖν, εἰ τὸ πτηνόν τῷ σημαίνοντι τὸ ζητοῦσαν καὶ ἀρεταπεισασμὸν πτηνόν, πτηνόν, καὶ τοῦτο ἔπειτα τηλόν, & quæ sequuntur. Platoni III. de leg. φρεσῶν πτηνόμων, sunt mente capti. Sophocles Philoctete: πάτερ αερός οὐκούς οὐδὲ εμών πτηνόμων. Navigo ad meam patriam meis rebus privatus. Sicut autem πτηνόν propriè est quæro, deinde careo, destituo, sic & Latinis quæri est abesse, desiderari. Senec. ep. 91. Lugdunum quod ostendebatur in Gallia queritur. Petron. de Eunuchis: querit se natura nec inventit, hoc est, desiderat suum opus, quæ marem condidit, nec tamen invenit marem esse, quem fecerat. Stat. Theb. II. Jam trepidi se se querunt numerantque. Cic. act. II. in Verr. cap. 10. Nego esse quicquam à testibus dictum, quod aut vestrum cuiquam esset obscurum, aut cuiusquam oratoris eloquentiam quereres. hoc est, ad quod explicandum desideretur vir disertus. Dicere quod querat eloquentiam est infantem esse, indisertum. Nam quæ queruntur non ad-sunt. Hinc & Plauto in questione esse, questione esse, est abesse, non praestō esse, in Pseud. Cistellaria, & Casina. Hinc & illæ venustæ locutiones Siciliam in Sicilia, apud Cic. in epulis epulas apud Ovid. Samnum in Samnio apud Flor. pontum in ponto querere apud Mani-

lium, de quibus Cl. Gronovius in observationibus.

v. 409. Μινύδη Ν τῷ ἐργοῦ] Hoc est, ne cum tempus effluxerit, non possit opus, quod tum faciendum erat, facere. Εργον τοῦ ἐργοῦ h̄c est opus: labor rusticus, qui impenditur agro colendo, ut & versu sequente & ipso indice libri hujus ac infinitis aliis locis. Florus I, 9. Medium erat forte tempus sementis, cum patricium virum innixum aratro suo lictor in ipso opere deprebenderet. Apud Terent. Cic. opus facere, de ope-re rusticō. Hæc trita sunt.

v. 411. MS. uterque ἀττικόν.

v. 414. Ήμερα, δὴ λύραι μίνυρα ὁ ἔρετος ἡλίοιο] Οἶδες ἡλίος non est celer ut Graeci volunt magistri, sed θύμος, fervens, ardens, acer. Pindar. Olympionic. 7.

—— ἔχει τὸ μινύρα

Ἐπηραὶ ὁ γνέλλιος ἀκτίνας Πλατύρα
Πύρ πνεύμαν ἔχεις ἕπταν.

Habetque ipsam (Rhodium) fervidorum genitivus radiorum pater, ignem sparrantium dux equorum. Aratus de Siro:

—— οἱ οἴ ἄρην

Aster βελτιτης δεινὰ γῆρας, οἱ γὰρ μάλιστα
Οὔτια ονείδει, καὶ πυρ καλέεις ἀρδεπτον
Στείλον.

Vertit Avienus:

Aestuat in mente, multus rubor im-
buit ora.

Stridit anbelanti face pestifer aëra
motu,

Torres & immodicis terras coquit
ignibus astri.

Horum imitatione Horatius solem fer-
ventissimum dixit acutum. Lib. I. ep.
10.

Est ubi plus tepeant byernes? ubi
gratior aura

Leniat & rabiens canis & momen-
ta leonis,

Cum semel accepit solem furibundus
acutum?

Lib. I. Sat. 6. vocat solem acrem.

LECTIONES IN OPERA ET DIES. 315

Ast ubi me fessum sol acrior ire latum.

Admonuit.

Lucret. VL

*Hunc homines fontem nimis admirantur & acri
Sole putant subter terras fervescere
raptim.*

Florus II. 6. *Observato loci genio, quod
& sol ibi acerrimus, & plurimus pulvis.* Restituenda est hæc vox Claudio-
no. In epigramm. de crystallo, cui aqua
inerat :

*Quem neque confrinxit byems, nec
Sirius acri.*

sic enim hic versus legendas. Vulgo circumfertur : *frinxit byems, nec Sirius axis,* sine sensu. In nonnullis codicibus est *ardens*, quos sequitur Nicolaus Hein-
sius, vir suavissimi ingenii & summæ eruditionis, qui in carminibus novis pangendis, & veteribus castigandis, ac suo decori restituendis nulli, qui in hoc studiorum genere elaborant, est secundus. Mihi tamen *ardens* videtur glossa & ex-
plicatio *nō acri*, quod vitio descripto-
rum transit postea in *axis*, quod non frustra tot codices retinent. Sicut vero hæc *ōēs īlīḡ*, sic contrâ apud Pindarum *χωρ ḍēia*, nix acuta, ut apud Horatium *frigus acutum*, est vehemens, & *acris byems*, fæva. Apud Sophoclem Ajace Flagellifero, v. 258. *ōēs ῥ̄t̄*, *Auster vehemens*. Omnia enim quæ penetrant & vehementer lædunt Latinis dicuntur *acuta, acria, Græcis ḍēia*.

v. 415. *Καύματος ιδελίμην]* Est idrātē xūvns, ut melius omnes Græci, quam Latini, qui stulte : *caloris bumidi*. Hesych. *ιδέλμων καῦμα τὸ ιδράτην*.

v. 415. *Μητρόπολης ὑμερώσατος ζηλὸς τελώνος]* MS. I. *ἀμείσωπος*. Græci Magistri nescio quid de Jove coeli & pluviarum domino h̄c nugantur, cùm Jupiter h̄c sit, ut sexcenties Poëtis, cœlum, aér. Inferius 488.

*Tηνος Ζεὺς δια τείτρα ἡμέρα, μηδὲ διατέλεος.
Τυντὶ Ζεύς πλας τριδυο, μερικας
δεσμας.*

v. 564.

*Εὐτ' ἀν δ' ἐξίκοτα μῆ τροπὰς ιδίοιο
Χοίμαι εἰπούση Ζεὺς ἡμέρα.*

*Cum autem sexaginta post conver-
sionem solis
Hibernos perfecerit Jupiter dies.*

Theocritus :

*X φ Ζεὺς ἄλλονα μὲ πίλει αἴσειο, ἄλλο
κα δὲ νε.*

Jupiter alibi est serenus, alibi pluit.

Horat. *Nivesque deducunt Jovem. Sed
hæc quis ignorat?*

v. 416. *Μητὶ δὲ τίτανι βέβτης χεῖν]* Perverterunt sensum hujus loci Interpretes, cum vertunt *μηταγέτην*, mutatur. Vertendum : *movetur*. Facilius, inquit, movetur corpus autumno, quia vires suas jam recepit, quas nimii so-
lis ardore attriverant, ut pares nunc possint esse laboribus ferendis, & mate-
riæ cædendæ.

C A P U T XVII.

Στέρεος pro sole & quovis sydere. Hesiodi aliquot loca illustrata.
Αθλωτίς δμαός. Εργάτη. Θάδαυ ἄροτρα. Αύτόνον ἄροτρον. Buris. Γύνη.
Πηκτὸν ἄροτρον. Ελυμα. Ισοβούς. Interpretum crassi aliquot errores.
Pollux emendatus & mox Hesiodus. Ελικης Βόις. Αρχατης. Ζεὺς χθόνιος. Pluto & Proserpina Dii agricolarum. Pluto divitiarum dator. Hesodo rursus medela.

v. 417. **Η γὰρ τὸπος Στέρεος ἀστροῦ]** Sirius
 hic non est canicula sydus,
 sed sol, ut non solum antiqui Interpretates Hesiodi; sed & Suidas interpretatur: **Στέρεος**, οὐδὲν ὁ ἄλλος, οἱ οὐδὲν στέρεος. Noster inferius vers. 587.

Επεὶ καφαλὴν καὶ γένατα Στέρεος ἀστροῦ.

Quoniam caput τοῦ γενναῖος σολος affigit.

In Theogonia, v. 152.

Oστά δὲ οὐρανοῦ ἔνοιο σπείρεις
Στέρεον ἀλεύοντο καλαύνη πύρινον αἷμα.

Offa autem ipfis pelle circum putrefacta sole sub torrido in nigra putrescent terra. Archilochus:

Πολλὰς μὲν αὐτῶν Στέρεος καταπατεῖ
δέξις ἐλλάμψων. Multos illorum sol siccat
bat acutum splendens. Sic hunc locum
 capiendum esse docet Hesych. **Στέρεος κυνὸς δίκην.** Σοφοχλης & ἀστρονομη. οἱ οὐρανοὶ αἴρουσιν τὸν αἰρέα. **Ισυκος** οὐ πάντα τὸν αἴρεα. Idem.
Στέρεος οὐ ἄλλος, καὶ οὐ τὸν κυνὸν αἴρει. Lyco-
 phron in Alexandra de corpore Ajaxis in lictus ē mari ejecto: **Εκβιερούντον** νί-
 των ἀκτῆς Στέρεος καταπατεῖ. **Cadaver expulsum** sicccabit solis radius, quod & obser-
 lavit Vir eximius & singularis eruditio-
 nis Hadrianus Junius in animadversioni-
 bus. Quin & Virgilium sic interpretan-
 tur & ποχύτες.

Fam rapidus torrens sistentes Sirius
Indos Ardebat cælo.

Non solem autem, sed etiam omnia sy-
 dera dici **Στέρεος** ex Ibyco modo docuit

Hesychius. Inde & Latinorum **sydus** à
στέρεος esse ingeniosè nuper ostendit **χα-**
εῖσαντος Tanaquillus Faber ad Dionysium
 Longinum.

v. 419. **Πλεῖστον δὲ τοις νυκτὶς ἐπαυγεῖ]** MS. I. **ἐπαυγεῖ.** corrupte. De hujus loci interpre-
 tatione ambiguitur. Alii enim **ἐπαυγεῖν** νυκτὸς πλεῖστον exponunt πλεῖστον διπλασιάν τοῦ
 διπλασιῶν & νυκτὸς, plus nocte frui, diutiū
 quiescere, qui respiciunt illam per vagata
 Poëtarum opinionem, solem noctu
 strigare & quiescere. Hos sequuntur La-
 tini. Alii πλεῖστον τῇ φερετῷ θεοκράτῳ &
 γῆς majores capere labores sub terra in
 opposito mundi latere quod dum pera-
 grat, quod verum esse ex oppositione
 liquido appetat: brevi tempore, inquit,
 super nostra conspicitur terra interdiu,
 noctu verò majorem capit laborem. Vi-
 de quae supra notavi ad vers. 240.

v. 422. **Μεμυγιδίος σένον ἔργον]** MS. I. **σένα** ἔργα. Vers. seq. MS. II. Ολμον μὲν τει-
 πόλιν κόπλειν. Idem v. 425. **Χαῖρε καὶ σπιράρε** τα τομοιο.

v. 430. **Αἰθωτίς δμαός]** Quae hæc est
 vesania **Αἰθωτίας** habere pro Attica Ce-
 rere, quod Latini fecerunt Interpretes?
 Quis umquam fando cognovit **Αἰθωτίας**
 dici Cererem? Estne qui ignoret Mi-
 nervam esse præsidem artium & op-
 ficium, in primis verò fabricæ magi-
 stram, indeque dici **Εργάτην**, Cic. in Ara-
 teis:

Uf

LECTIONES IN OPERA ET DIES. 317

*Ut nemo cui sancta manu doctissi-
ma Pallas,*

*Sollertem ipsa dedit fabricæ ratio-
nibus artem,*

*Tam tornare cæte contortos possit
orbes.*

Ejus simulacrum erat apud Thespenses, cui Plutus assistebat, quo significabatur opibus illam Deam cumulare suos cultores strenuos nimirum opifices. Vide Pausan. in Bœoticis & Aristid. hymnum in Minervam. Julianus Imperator in fragmento orationis, p. 531. edit. Petav. Op̄πε οὐκ ἐψήστο τὸ Εργάνης Αἰγαίας δύπα. *Vide* quo^t opificis Minervæ in nos derivata sunt munera. Aslwains dūmōs est tūtor, faber qui aratra faciebat. Sequentे versu πλάσταις αεγορίπεται est αεγορίη ut suprā vers. I. ἐνέπτει κλέπου, pro κλείπει. In MS. I. Voss. est αεγορίστη. v. 432. Σάδης ἀεργά non est disponere aratra, sed ποιῶν, κατασκευάζειν, ut sexcenties apud Græcos Scriptores tam vincitæ quam solutæ orationis πέπημ pro ποώ usurpatur. inferius v. 518. ποιοχαλὸς οὐ γέργητα πέπημ. incurvum vero senem facit. & v. 556. χρῆται τη μωδαίος δεῖη. *Corpus madidum faciat.* Equidem Latina hac Hesiodi versione nihil est insulsius, & imperitius, in qua vix ullus versus legitur sine gravi hallucinatione. Vide quam in eptē mox duo illa aratorum genera autōjov & πηκτὸν exponant v. 432.

Δοῦιδ ὃ Σάδης ἀεργά πονούμενος κατ' οἶκον
Αὐτόjov οὐ πηκτὸν. vertunt:

*Bina verò disponente aratra domi la-
borans*

Dentalum & compactum.

Quid est aratum dentalum? An quod dentale habet? Nonne & πηκτὸν habet dentale? Hunc errorem facilè potuissent declinare, si Veterum consuissent expositiones, quæ docent autōjov ἀεργά esse quod habet burim suopè ingenio curvam, illamque non clavis affixam temoni & dentali, sed quod totum ex uno ligno conficiebatur. de buri Virgil. I. Georg.

*Continuū in sylvis magna vi flexa
domatur*

*In burin, & curvi formam accipit
ulmus aratri.*

hoc est ulmus seu ulmi ramus inflexus natura sua à rustico continuū seu per aliquot annos semper magis magisque inflebitur, ut sic curvus adolescat in burin, ut naturaliter curvus & aptus sit ad burin. Buris verò sive bura, Græcis γύν, est propriè infima pars temonis. male vulgò dentale exponitur à viris doctis, cùm dentale aptetur buræ; Hesych. Γύν τὸ κατάστατον μέρος τὸ ισοδοέως εἴ το δέ αργότερον αὐτόjov οὐ τὸ μὴ ουδέτερον, αλλὰ τὸ ἔτος έύλος. Γύν est infima pars temonis in aratro. Autōjov est non compositum, sed ex uno ligno. Inde & Proclus ad h. I. λέχον τὸ γύν ὃν ἀει παρεῖ τὸν γύν έτεν. Autōjov opponitur ἀεργά πηκτὸν, quod non ex uno ligno, sed variis est conflatum & compactum. Eratosthenes in Architectonico utrumque describit apud Scholia sten Apollonii Rhodii: Διν ἀεργά εἰσὶν εἴδη. τὸ μὲν πηκτὸν, τὸ δὲ αὐτόjov πηκτὸν μὲν τὸ εἰκ συμβολῆς ἔχον τὸ ἔλυμα. οὗτος οὐ έλυμα, οὐ δὲ οὐρανός εἰπίθεται. τὸ δὲ έύλος τὸ ξανθὸν τὸ έλύματος τῶν δὴ τὸς βησ, γύν καλεῖται. τὸ δὲ τὸ γύν ισοδοέως. τὸ δὲ ζυγόν τὸ δὴ τὸς αὐτέρας τῷ βωὸν δηποθέμενος οὐ μὲν ζεύγια, οἱ δὲ μικρὰ λέγουσι. Τοιίτον μὲν τὸ πηκτόν. αὐτέρας δὲ έτεν ὅπηρος τὸ ἔλυμα οὐκ ἔτεν εἴ το δικολός. Sunt duo aratorum genera: quorum alterum non compositum. Compactile quidem habet dentale quod cum aliis committitur. Est autem dentale cui vomer includitur. Lignum verò quod à dentali ex tenditur ad boves vocatur buris, quod ve rò à bura temo. Illam vero partem jugi, qua cervicibus bovinis imponitur alii vocant ζεύγια, alii μικρά. Tale quidem est compactile aratum. Non compositum vero est, cuius dentale non committitur; nimirum clavis & arte cum aliis aratri partibus, sed est unum lignum ex quo dentale, buris, temo. Inde apparet quam egregios Interpretes egerint in

in versibus paullò precedentibus expōnendis, qui de Græco Latinum fecerunt Hesiōdum :

Εὐτ' ἀν Αἰλυμαῖς δμάδεις οὐ εἴλυματο πῆγες
Γέρμωνοι πλάσαις τερπίνης) ιστεῖν.

Nempe cum Atticæ Cereris famulus temonē infigens Clavis adjunctum stivæ aptaverit. Quot ferè verba tot errata. De Atticæ Cereris famulo antè dictum Num ēlūma est temo, isōcōvōr stiva? Perverterunt omnia. Stiva est postrema aratri pars, Græcis ἔχεται. isōcōvōr prima illa temonis nimurum pars, quæ inter boves protenditur. Ēlūma est dentale. Eratosthenes: Ēlūma īr ὁ ὄννις ἀντίθετη. Ēlūma est cui vomer inducitur. Proclus; Trris δὲ τὸ σθένερ αὐτὸν īr τῷ ἀργεῖνον χίζει τῶν γλῶν τότο δὲ τὸ εἴλυματο σείμωνος ἀναδεῖται ἐμβελημόνος εἰς αὐτὸν τὸ κοῖλον ὄν. Trris est ferrum quo in arando terra scinditur. Hoc vero adaptatur ēlūmanus superius injectum ubi cavum est. Ēlūma Latinis dicitur dentale. Servius: Dentale est lignum in quod vomer includitur. Varroni dens dicitur, lib. IV. de Lat. lingua: Rutrum ut ruitum à ruendo: aratrum quod erat terram. Ejus ferrum vomer, quod vomit eo plus terram. dens quod eo mordetur terra. Alii tamen in medio aratro ēlūma locant, & sic appellant commissuram, qua yīns & isōcōvōr conjungit. Tzetzes: Ēlūma τὸ μίσθιον τῷ ἀργεῖν, δῆτα ὁ γέμφερ βανδεῖς σωκλοῖ τὸν γίνεται τὸν γέμφερ. Ēlūma est medium aratri, ubi clavis impactus committit burrim & temonem. Proclus paullò antè: ēlūma μίσθιον τὸν ἀργεῖν τὸ μίσθιον ὄν, ἔτιδι συμβάλλεται ὁ γίνεται τὸν isōcōvōr. ēlūma τὸ παγδα τὸ ἀνέτον δέδηται γελύπτειν. Ēlūma pars aratri in medio, ubi committitur burris cum temone. Dicitur autem ēlūma ab ἀνέτο, quod est, tegere. Veram hanc observationem non esse Procli, sequens annotatio ostendit quæ accurate ἀργεῖν κατεκενεῖ docet, ejusque partes enarrat. Inde tamen haustus Etymologici magni auctor qui iisdem verbis utitur. In hunc

verd errorem hos omnes induxerunt male intellecti Hesiodi versus, quod modò produximus: Eūt' ἀν Αἴλυμαῖς δμάδεις &c. Hos isti Grammatici ita ceperunt quasi īr ēlūman impingeretur & isōcōvōs & γίνεται, quæ partes per ēlūma conjugerentur. Sed falsi sunt. Hesiodus dicit: burim inventam impinge dentali, illique buri adapta clavis temonem. Pollux lib. I, cap. 13. φὸν ὁ γέμφερ εἴλυματο εἴλυμα. τὸ γέρμα σθένερ ὄννις. δὲ τὸ ἀργεῖν νύμφη. δὲ δὲ τὸ γέμφερ εἴλυματο εἴλυμα. τὸ γέρματος αὐτὸν, φὸν γέρματος εἴλυμα. τὸ γέρματος γεγονόμενόν, γίνεται. τὸ γέρμα & γίνεται isōcōvōs. Cui temo adaptatur ēlūma, dentale. terram vero arans ferrum ὄννις, vomer, cuius suprema pars νύμφη. Temo vero aptatur ex his partibus. Pars ejus curva, cui subneccititur dentale clavis adfixum, γίνεται, hoc est buris vocatur. quod vero post burim, isōcōvōs, hoc est temo. Sic autem legendus hic locus. Vulgo legitur: φὸν γέρματος εἴλυμα. quod falsum. vide & Favorinum & præcipue Proclum ad hunc locum. Sed de hac aratorum antiquorum forma & confectione alibi pluribus egimus.

v. 436. Δρυὸς ēlūma, φύροιο γίνεται] MS. uterque: φύροις τε γίνεται.

v. 450. Χέιματος ὄννης Δειπνοῖς ὄμβριων] Emenda ex Palatino & Vossiano codice I. aliisque ὄμβριον, imbriferi, pluvialis.

v. 452. Ελικας βόας] Hesych. ēlīkās, ēlīkōpērātēs, δηπικαμπή τὰ κέρατα ἔχοντες. Qui cornua habent introrsum reflexa. Quæ vera notio est hujus vocis. Latinis dicuntur camuri. Philargyrus ad Virgil. III. Georg. v. 55.

Ei camuris birte sub cornibus aures.

Camuri boum sunt qui conversa introrsum cornua habent: quibus contrarii patuli, qui cornua diversa habent: lœvi quorum cornua terram spectant. His contrarii licini, qui sursum versum cornua habent. Eadem Servius habet nisi quod male lœvi apud hunc omissem.

Patuli enim sunt qui cornua diversa habent, hoc est, extorsum flexa, qui opponuntur camuris, levì verò licinis. Festus: *Camara & camuri boves à curvatione, & Græco καμύτης.* Boves nimurum camuri à curvatione cornuum camurā sic dicuntur.

v. 454. Απερίστατο] MS. I. ἀπερίστατο. MS. II. ἀπερίστατο, quasi ab ἀπερίστατο. Sed ἀπερίστατο videtur quoque Proclus agnoscerē: Τὸ δὲ αἰτίου τοῦ χερός δινέοντα τὸ ἀπερίστατον τοῦ μηδίναι τοῦ χερός εἶναι. Sed vulgata præstet.

v. 458. Εὐτὸν ἀργοποτόποτος] MS. uterque, & Proclus: εὐτὸν ἀργοποτόποτος, quos sequor. Αργοποτόποτος h̄c est tempus arandi, non ipsa aratio, ut messis, s̄pē messis tempus: πάνθεστα ἀργοποτόποτος, tempus quo maxima est in foro hominum frequentia: prima fax, tempus quo vesperi faces accenduntur, & mille talia. Versu sequente MS. uterque οὐ τὸν ἐφορμῶντα.

v. 462. Εἰκεὶ πλεῖν] Uterque codex: πλεῖν. Glossæ prioris, πλεῖν, ἀράπητος. Nonnulli legerunt οὐ πλεῖν, quæ pro varia lectione prioris libri margini erant adscripta. Nihil muta. Vide supra ad vers. V. Hesiodum Ennius imitatur, qui eadem ratione dixit polire agros pro vertere. Hoc enim est à πλεῖν, inde & interpolare.

v. 465. Εὔχεδας Διὸς χθονίος] Interpp. Latini: *Supplica Jovi terrestri. Quis nam ille terrestris Jupiter? Quæ Tzetzes de sua εἰμαρμένῃ inculcat h̄c & aliis pluribus in locis, nūgæ sunt. Χθονίος Ζεὺς est Jupiter inferus. Χθονία Græcis dicuntur quæ sub terra sunt, καταχθονία. Χθονίοι διοι sunt Dii inferi. Hinc s̄pē in Græcis inscriptionibus ΘΕΟΝΙΟΙ ΘΕΟΙ, quod in Latinis est Diis manibus. In aliis verò διοι καταχθονίοis. Sic commemoratur in monumentis antiquis χθονίος Θησεus, Mercurius infernus, qui animas corpore solutas ducit ad inferos. Sicut apud Homerum καταχθονίος ζεὺς est qui nostro χθονίος. Eschilo in iur. v. 164.*

dicitur Ζεὺς καταχθονίος. Jupiter mortuorum. Hesych. χθονίος Ζεὺς δὲ αδεις. Ab aliis Græcis Poëtis dicitur & χθονίος βασιλεὺς. In Theog. 767. διὸς χθονίος. Et Proserpina dicitur χθονία, scilicet βασιλίως, Regina infera. Euripidi Furiae sunt χθονίαι διά. Nec hoc ignoravit Proclus, sed cur Pluto ab agricolis sit invocandus nescivit. Id verò inde est quod Plutonis ditioni & potestati subjecerint terram & omnia quæ sub terra sunt, illumque crederent esse datorem illarum divitiarum quæ ex terra proveniunt. Onomacritus hymno in Plutonem, qui sub Orphei nomine circumfertur:

Πλατεόθεαν γενεὰν βεργίνην καρποῦς ἱγιαντῶν.
Divitias largiens humano generi frumentis annuis.

Cic. II. de Natura Deorum: *Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est: qui dives ut apud Græcos Πλέστων, quod recidant omnia in terras, & oriantur ē terris. Plutus in Timone Luciani ad Mercurium: Οὐδὲ δὲ Ζεὺς αἷλλος πλέστων διάσελει μη παρ' αὐτοῖς, ἀπεπλεόντης τοὺς μεχανιδούς καὶ αὐτοῖς ὄντας. Διοῖο γένος τοῦ διόβατον. Non Jupiter, sed Pluto me misit ad eos, qui & ipse divitiarum dator est, & magnorum largitor, quod suo etiam nomine declarat. Nimurum sicut πλέστων apud Græcos à πλέστων αὐτοῖς, sic propter eamdem rationem Latinis Dis dicitur, quod divitiarum dator sit. Refert hoc quoque Arnobius raptum Proserpinæ ex veteribus Mythologis: Ille qui raptam Dite à patre Proserpinam dicit, non, ut reris, in surp̄ffimis appetitus virginem dicit raptam; sed quia glebis occulimus semina, ifse sub terram Deam, & cum orco significat fædera genitalis conciliare fæture. Vide Porphyrium apud Eusebium de Præparat. Evangelica lib. III. cap. 3. Hinc & Proserpina numinibus agricolarum accensebatur. Augustinus IV. de Civit. Dei, cap. 8. Præficerunt Proserpinam frumentis germinantibus. Arnob. III. ad-*

adversus gentes: *Et quod sata in lucem proserpant cognominatam esse Proserpinam.*

v. 466. Ιερὸν ἀκτῶν] Delenda hic distinction. Nam ἦχος Διὸς χρονία pertinet ad versum sequentem, ἀρχόμενον τῷ αἰετῷ. Incipiens arationem supplicia Plutoni, ut opus fortunet. *Aētū.* recte MS. secundus. In primo ut & editionibus dē̄tis. perperat. Supra v. 384.

Πλιάδων Ατλαζήνων δηπιλοφύδαν
Αρχός ἀμπτές ἀετοῖο ἐδυσοφύδαν.
Pleiadibus Atlante natis exorientibus
Incipe metere, arare vero occidentibus.

Extrita seidur verd in initio hujus versus est: *Ut matura grandescant.* Lusticum

carmen apud Catonem: *Mars pater te precor, que soque uti tu fruges, framenza, virgulta, vineta grandire beneque evenire siris.* Accius Meleagro: *Fruges prohibet pergrandescere.* Hinc grandia frumenta apud Virgil. IV. En. v. 405.

— pars grandia tradunt
Obnixæ frumenta bumeris.
& apud alium Poëtam grandia farra.
Contra vegrandia farra apud Ovid. III. Fastor.

— vegrandia farra coloni
Quæ male creverunt, vescaque parva vocant.

v. 468. Ορπικὰ βοῶν ἔτι νῦν τὰ ἴναι] Legendum puto: *īnai.* Temonem tergis boum immittas, ferias temone terga.

C A P U T XVIII.

Hesiodus ter emendatur, semel Proclus. Μίσασθον, μίσασθον. Pollux emaculatus. Εὐθημοσύη, κακοθημοσύη. Βίστα αἰρεύμαν. Εύοχθέων. Ηβαία τροπαὶ bruma. Hesiodi locus non intellectus adhuc exponitur. Ημένον ἀμάν. Κάθεδαν. Sedere. Desidere. οὐχ ἔδος. Χαλκήιος Θάνος. Λέγχα. Stationes. Atheniensium Garrulitas & nimium novarum reçum studium. Λεσχῶν multitudo Athenis. περστέγενον κακά. Δεκτήν. Ostendere. Μέμικης γάια. Orpheus emendatus. Καλιαῖ.

v. 469. ΕΝδρου ἐλκόντων μεσάκην] Lege ex utroque MS. μεσάκων. Jam olim de lectione hujus loci incertos animi fuisse viros eruditos, qui in hoc Scriptore non negligenter sunt versati, Proclus ostendit, qui utramque lectio- nem affert & exponit. Vulgatam ut tueatur ibi vide.. De hoc nostra sic dis- putat: *Ελκόντων μεσάκων*] (sic lege ex MS. Gudii, vulgo malè μεσάκην) τὰ μέσακα με- σάκων, λέγονται οὐ καὶ ζυγῆ γλυφαί. Καὶ οἱ Καννίμαχοι μέσακα βέσι ψεύδονται. Ελκόντων τῇ βοῶν τὸ ἐρδρον τῇ μεσάκων, τὸ ζυγὸν εἰς φ

αὶ γλυφαὶ, ἔργα οἱ αἰχάριοι τῇ βοῶν θέλλαται. Sed melior hoc loco Tzetzes: Εὔχε τῷ χρονίᾳ εἰμαριδίῳ ὅπα ἀρξεῖ αἰετοῖς, καὶ οἱ λα- εῖ τοι ζυγῆ ἄλκων τὸ ζυγὸν διλοβτοῖ τῇ βοῶν κυρεύουσαν. *Precare terrestrem Providen- tiā cum inceperis arare, φόροια jugi traxerint temonem, bobus scilicet mo- ventibus.* Est enim μέσακος & μέσακος lororum quo boves alligantur temoni. Pollux I, 13: Ο πάτερ ἱηδοὶ οἱ τῷ ζυγῷ παρε- καναπέμψαντες ἐχέσονται, καὶ μέσακα, τοι μέσακος (sic lege ex MS.) καλεῖται. καπανεψέγενος οἱ αὐτοὶ ὅπα περιεῖσθαι εἰς τὸ ζυγόν πείσμα,

τερκίδα ξυλίνη ἐμβαλβύται ἡ γαλοῖται ἔμβρυον ἡ ἄρδρυον. *Lorum latum jugo adnexum* vocatur ἔχεσσος, & μισθος, & μάσθος, quo utuntur cum in jugi foramen immittunt paxillum lignum, quem ἔμβρυον aut ἄρδρυον vocant. Valde appositè ad hunc locum. Sanè ἄρδρυον Proclus quoque δρύον παπαλίκον quernum paxillum exponit, qui infigitur foramini jugorum ne lora, quæ temonem trahunt & boves illi alligant, excidant. Pierisque tamen est ipse ισοβάννος, seu γυμός. Sed, puto, σωματοδοχεῖς, ut postea temo pro ipso atra tro.

v. 472. Εὐθημοσοῦν ὃ ἀγίσην] Uterque codex οὐθημοσοῦν, sicut & sequente versu ραχοδυμοσοῦν, qui tamen non sunt sequendi. Nec Latini Interpretes, qui imperitissimè vertunt *industria*, & *ignavia*. Diu est quodd non solum Proclus, sed viri etiam nostræ ætatis doctissimi clamant, οὐθημοσοῦν esse concinnam rerum dispositionem, cum omnia rectè & ordine geruntur & collocantur; ραχοδυμοσοῦν verò ordinem confusum, cum res male digeruntur, nihil via & ratione agitur, nihil loco fit. οὐθημοσοῦν, qui omnia bene & ordine disponunt. Æschylus Choëphoris :

Δμωαὶ γυρᾶνες Δμάτων οὐθημοσοῦν.

Ancillæ domum ordinantes.

Scholia stes antiquus : Τέτ' ἔστιν ζευρέπεδος τὸ πδεῖον τὰ καὶ τὸν οἶκον. Vide viri sine dubitatione doctissimi P. Leopardi E-mendat. lib. V. cap. 2. In eodem versu in MS. I. legitur αἰρέμενα καταχρήπτων.

v. 476. Βιβρίο ἐρεύθρυνος] Si Moschopuli interpretatio accipienda legendum ερεύθρυνος. Traxit enim Hesiodo positum esse pro ἐρεύθρῳ. Idque esse abundanter, ab iρυην quod significet copiam divitiarum, per translationem à stomacho petitam, qui non ruget nisi cibo sit repletus. Sed hæc perquam dura est translatio & inconcinnia. MS. Vossianus legit βιβρίον αἰρέψθρον, νικη frumentem. Quæ quin vera Hesiodi lectio sit nullus dubi-

to. Est constructio Attica, ut ἔργα τῷ ἀρτῷ, qua lectionem vulgatam etiam tueretur Moschopulus. Videtur confirmare Proclus, qui ēποντας ἔξεις καρπὸς, sicut & Tzetzes, qui μεταλαμβάνοντα τὸ βιβρίον ἡ & ζῶν exponit, quamvis apud hos etiam legatur ἐρεύθρην.

v. 477. Εὐοχέων] Repone ex Proclo, Moschopulo, Eustathio, & antiquioribus nonnullis editionibus, οὐχίστερ, benè instructus cibis. Vedit & D. Heinsius & Isaacus Casaubonus ad Athenæum.

v. 479. Εἰ δὲ καὶ ἵλιοιο προπάτης ἀρόν] Per ἵλιοιο προπάτης hic intelligi χειμενας liquidd constat. Vertendum ego : si brumis araveris. Cic. II. de Nat. Deorum c. 7. *Solis accessus discessusque solsticiis brumisque cognosci.* Veteres solsticiū æstivū κατ' ἔξοχών solsticium dicunt : quod verò vulgo bibernum solsticium appellatur, melioris ætatis Scriptores appellant *brumam*.

v. 480. Ημέρᾳ ἀμάρτιος] Ημέρα ἀμάρτιος non est, quod omnes Græci Latinique volunt, sedere in metendo propter culmorum raritatem & brevitatem. Non vidi Interpretem, qui hunc locum intellexerit. Ημέρα ἀμάρτιος est tempore messis, cum alii occupantur & exercentur in demetendis & congerendis frugibus, otiosum esse, nihil habere quod agas, quia ager nullos tulit fructus ob serotinam arationem. Græcis enim & Latinis sedere est otiosum esse. Demost. Philipp. II. πολὺ δὲ πάτεις ἀπορράστε τὸ τῆς φύσεως θέατρον ἔχειν ιμῆντας ἡ ἀκτίνη φέρειν οἷμα καθίσματα ἔστιν ποιεύτε. Plures occasions rei bene gerendas se nobis offerunt quam Philippo, quæ sunt significationes benevolentiae Deorum erga nos. sed sedemus, ut video, nihil molientes. Non longè post : Τὸ δὲ ἄλλας ποιώκατε πολλάκις ηὔνοια, τοῦτο ἔκαστον εἰ μέρει. τὰ δὲ ὅμιτερα αὐτῶν ὑπολαμβάνοτε πάθοντε. Alios plerunque universos ac singulos conservasti, nunc amissis vestris sedetis. Bacchylides : οὐδὲ ἔργα εργον οὐδὲ ἀμύλας. Non est seden-

federandi tempus & cunctandi. pro quo
Homerus ὥχ' θεος, non est sedendi tem-
pus. Iliad. a.

— Hōster γένεσις

Θεοί γένεσις τοῦ μάρτυρος εἰλικρίνης Αχαιῶν
Αργαλεων γένεσις κεδρίδων, εὖ διανοίας
Ιρενής εὐημένης πολέμου βασιλίνης Αχαιῶν.

*Mane autem committent pugnare circa
urbem nigris oculis Graci. Hi enim
indignantur sedentes, neque possunt con-
tinere cupidos pugnandi Gracorum re-
ges. Cic. pro Roſc. Cura iam proſcrip-
tione mentio nulla feret, cura etiam
ii qui ante proscripti erant, sedentes,
nomen referunt in tabulis S. Roſcī. Id.
in Piso. An potest ulla esse excusatio
non dicam male ſentienti, ſed ſedenti,
dormienti in maximo reipublica metu
consuli? In Verr. Quid ſedes Verres &
quid ſpectas? Lib. XVI. epift. ad Fam.
3. Iis enim ventis iſtib[us] navigatur,
qui ſi eſſent, nos Corcyra non ſedere-
mus. Sic & defidero, & refidero: hunc
defes, refes, defidia. Terent. Fruſtrā
ubi totum defedi diem. Sueton. Jul. A
quo ad arcoſſendam claffem in Byſby-
niam miſſus, defedit apud Nicome-
dem.*

v. 485. Εἰ οὐ καὶ διὰ ἀργόν] MS. I.
ἀργόν.

v. 490. Οὐτοὶ γεινὸι ἀποτέλεστοι ιο-
φεῖς] MS. I. ἀποτέλεστοι ιοφεῖς. MS.
II. ιοφεῖς. Scribendum, ιοφεῖς quod
& Guietus monuit.

v. 493. Πλὴρ δὲ τοῦ χαλκείου θώκον] Inter-
pretes: Præteri autem anciam ſedem.
ſed vertendum: officinam ferrariam, ſeu
ferrariam quæ omniibus patebant, in
quibus solebant pauperes confabulari,
quin & dormire. Homerus Odyſſ. ο.
vocat χαλκίον θύμον, ubi Melantho ad
Ulyſſem, quem pro mendico habebat:

Οὐδὲν εἴδεις εὑδεις χαλκίον τοι θύμον οὐδείς
Ηέ τοι εἰς λέγω.

Non vis cubitum ire in fabri ferrarii
officinam, aut aliquam tabernam. Vide
ibi Eustath. Θύμος enim hic idem est

quod θύμος, officina, taberna, locus ubi
commodoramus. Noster alibi:

οὐδεινὸν δὲ τοὺς δικαῖους γε τοῖς λαοῖς κατέτοι.

*Fuge opacas domos & matutinum ſo-
mum. Hinc domus est commodari in
aliquo loco. Hesych. Σομός, καθόπι, οὐ-
λα. Λέχαι sunt porticus, basilicæ, taber-
nae, atiaque loca publica in quibus otio-
ſi confabulandi cauſa conveniebant. La-
tini vocant ſtationes. Plin. II, ep. 9.
Proſeo amicos, ſupplico, ambo domos,
ſtationesque circumuenio. Sueton. Neron.
37. Salvidente Orſito obiectum eft quod
tabernas tres de domo ſua circa forum
civitatis ad ſtationem locaſſet. Poſte-
rioribus temporibus ſcholas dixerunt, ut
multis docet Vir ſummuſ, Thomas Rei-
neſius ep. 36. ad Rupertiū. Tales λέχαι
& ſtationes Athenis trecentas & ſexaginta
fuſſle Proclus ad hunc locum te-
ſtatur. Quod nemo mirabitur qui me-
minerit Atticos fuſſle valde garrulos,
novaque audiendi præcipue de aliorum
vita & rebus percupidos. Dicæarchus
in ſloq. ἡλλάδος. Οἱ μὲν Αθηναὶ οὐδέγονοὶ & λα-
ναῖς, ὄντες, οὐκοπαράδεις, οὐδεποταὶ τοῖς
ξενινῶν βιῶν. Athenienses ſunt valde de-
diti inanibus confabulationibus, occulti,
ſycophante, exploratores viſe aliorum.
quod conſirmant egregiè verba Lucae in
Actibus Apoſtolorum. Αθηναῖοι δὲ πάττις
γε οἱ θεομακυττοὶ ζέοντες οὐδὲ τοιούτοις
τοῖς λέγοντοι τοῖς ἀκίντεις ρερβεογενεῖς. Athenienses
autem omnes & inquilini peregrini nul-
li alii rei vacabant, niſi aut dicendis aut
audientiis rebus novis. Probo vero hīc
lectionem, quam ex antiquo codice pri-
mus prodidit G. Canterus, ἐπιλέξας λέγω.
Eam agnoscit quoque codex Vofſianus
primus cum interpretatione θηγαν φυ-
eias.*

v. 499. Καὶ τοιούτοις θυμῷ] Latini
Interpretes in recentioribus editionibus:
animum ſuum increpat. perabsurdē.
Quantò rectius antiquiores: mala versat
in animo. Περολέγειν τοιοῦτον
τοῖς λέγοντοι, ut recte Graci magistri.
nimis.

nimirum cogitare de furtis, latrociniis, sacrilegiis aliisque malis. vitam tuendi artibus, ad quas compellit paupertas, quæ crimina suadet ingenii, ut Claudianus ait. Sicut autem λύγος, λέων, λεγόματα, φράσις, φυλη, sic & οὐρανός, non solum de oratione, sed & ratione & cogitatione dicuntur.

v. 502. Δάκρυντος] Praeclarè D. Heinsius docuit θύειν h̄c esse dicere. Sic & Latinis ostendere. Cic. V. ad Fam. 12. Cum mihi sepe ostenderis te accusatissime nostrorum temporum consilia & eventus litteris mandatarum. hoc est, dixeris, declaraveris. lib. IV. ep. 1. Eadem omnia quæ à te de pace & Hispaniis dicta sunt ostendi me esse dictarum. Lib. I. ep. 9. In eo ipso quod te ostendis esse facturum, h. e. dicis, scribis. Sallust. Jugurth. 30. *Multa superba & crudelias facinora nobilitatis ostendere. commemorare.* C. Nepos Epaminond. *Micythus Epaminondam conuenit, & causam adventus Diomedonis ostendit.* pro Sipio MS. I. si p. 508.

v. 508. Μέμυκε δὲ γὰς] Hunc locum optimè exposuit vetus Scholiares Nicandri ad Theriacam v. 626. qui contendit μέμυκε h̄c esse clauditur, constringitur gelu terra, ἵπποι πάρτει τὸ χειμῶνι σωσανθήσονται τῷ πορφυρίῳ. quid omnia hyemis tempore clausa & constricta frigore rigeant. Vide Proclum quoque ad hunc locum. Orpheus in descriptione hyemis, quam Hesiодum h̄c aiunt esse imitatum:

Πολλαὶ ὑπεράσπει τῇ ἐπέργει τὸν νησιδεῖν
Τίκους ἐπέργει τρυποῖς τῇ διάδρομον ἀλοις
Οὔραι τοι, σπουδοῖς τοι, τῷ ἀνθρώποις ιε-
δύμοις

Πηγαλίδεις, καὶ ἴσχυτα ἀμυντεῖς. εἰ δὲ γό-
ντος
Τρίχουι τῇ θύρᾳ τὸν ἔρον, ἀλλ' τοι ἀνδραν
Περβάλοστεν μαζάρον διώτας τῷ γῆς α-
μαδεῖς
Ψύχει λευκαλέων· πάχην δὲ νέστη γῆς με-
μυκε.

Multa de cœlo & crebra & nubibus tunc incidit fagis & aliis arboribus montibusque & rupibus & hominibus mæstis glacies, & erunt adspectu tristes. Illæ enim affigit & animalia in montibus neque mortales prodire ex ædibus possunt, quia membra urantur frigore acris, geluque membra constringuntur. In tertio versu scriptanus èuidem. sicut apud Poëtam ἀπειδητοι νύκτες, tristes noctes. Latinis, tristis hyems. vulgo legitur sine sensa: ἀπειδεῖς. Sed hoc vi-
tium D. Heinsium quoque deprehendisse postea cognovi.

v. 503. Ποτεῖδε τραγίδες] Est exstruite ædes, tuguria. τραγίδες enim & τραγίδες sunt ædiculae, casæ. sic & supra v. 305.

Ὡς καὶ τοι ὥπαι βίστα μίδων τραγίδαι.
Ut tibi æstate collecto viatu impleantur tuguria. Quamvis propriè ibi dici de horreis Veteres notent. Hesych. Καλοὶ τὰ ὑπελῖνοι οἰκοι τραγίδαι. Idem: οἱ μηροὶ οἴκοι τραγίδαι. Vulgo nidos componite vertunt. Novi apud Latinos interdum etiam nidos dici tenuiores ædes, & quosvis secessus, sed in versione præstat propriis uti vocabulis.

v. 510. Πιλῆ] MS. I. πλάνη, II. Codex: πιλῆ. quod non improbum. Hinc πιλῆ apud Homerum, teste Eustathio, est οὐρανία. Et πιλῆ. Hesych. πιλῆ, πιλῆ, λεπτῆ.

v. 513. Ανά τοι τὴν ψυχής τὸν οὐρανόν] Non intellexerunt hujus loci sensum Interpretes, cum vertant: quas nibilominus frigidus existens perflat. Verte: sed & has frigidus valde perflat. Tōr h̄c ut s̄pē apud Poëtas pro τέταν. Quod & Moschopulus monuit & auctor gloriarum ineditarum codicis Vossiani. Δεσμοφρά & τανύειχα vulgo interpretantur hirsuta. Sed Latinis non dicuntur hirsuta quæ villosas habent cutes, sed quæ fetosas, ut porcorum, aprorum, echinorum. Cic. de Nat. Deorum: Quarum animalium aliae coriis testæ sunt, aliae villis vestitæ, aliae spinis hirsutæ.

C A P U T X I X.

Επητεγόν. Ανόστος. Κυάνεος niger. πανέλλιως. Μυλιᾶν, Μαλκιᾶν. Cratis correctio in Hesiodo probata. Proclus correctus. Crates Mallothes. Νίψ. Hesiodus leviter emendatus. χλάνα, λενα. πῖλοι. Αργακίδες. Pollux emendatur. Πέλωτερα. Πίδα. Αναζυγίδες. Σκελέα. Rursus Polluci duo loca restituta. Διφθέρα.

v. 517. **O**[*τριῶν' ἐπηταραι τείχες αὐτῶν]* E-
[*πηταραι τείχες*] Latinis Interpretibus sunt *annui villi*. Sed Græci erant audiendi qui benè explicant *δαστίαι*, & *ἀλεπίποντα*, *σωιχές*, *villi densi*, spissi, quibus opponuntur rari. *Ἐπητανὸς* særè est affluens, copiosus. Hesych. *Ἐπητανὸς*, *σωιχές*, *ἀλεπίποντα*, *παρεπταμόν* οὐ πάντος τούτος Χεόντας, δαψίνες. Homer. Οδ. 5.

Αλλ' αἰεὶ παρέχουσιν ἐπητανὸν γάλα θεόδ. *Sed semper præbent copiosum lac mulgendum.*

Οδ. 5.

— λίλιον γένος ἀνεκέλιος ἰδεμόδιον
Κύραστον εἶν πολλοῖς, ἐπεὶ οὐ κομιδὴ καὶ τὰ
Ηὲν ἐπητανός.

Miserrime vexatus in fluctibus immensis, quoniam commeatus abundans non erat in navibus. Vide ad utrumque locum Eustathium.

v. 520. Ενπόδι φίλη παρὰ μιντές μίμην] MS. *primus*: Ενπόδιον μίμην παρὰ μιντές καδύη.

v. 523. Νυχίν καταλέξεται ἔνδοθιν οἴκη] MS. I. *Μυχίν* καταλέξεται ἔνδοθιν οἴκη, quod non improbem. *Μυχίν* MS. glossæ ejusdem libri exponunt ἔνδοθις. *Nimirum μυχίν* est quæ εἰ μυχόν δέμων, ut Homerus loquitur, in interiorē στοιχίῳ parte versatur, quæ Græcis dicitur δάλαμος παρθενὸς & Gynæconitis. Hinc εἰ δαλάμη παρθενὸς Theocrito est virgo, quæ in thalamo versatur, innupta puella. Stat. I. Theb.

*Nec mora præcepiis cum protinus
utrague virgo
Arcano egressæ thalamo.*

quid nemo accedit nisi propinquā cognatione conjunctus, ut C. Nepos ait. Sic & Proclus legisse videtur, qui exponit εἴσω μυχόν τούτοις παραγενομένην.

v. 524. Οτ ἀνόστος ὁ πόδα τίθει] Antigonus Carystius in *ἄλεξίδην σωματογύνην*, cap. 25. legit τίθει. Οὗτος πολύποτε, inquit, εἰ τῷ χειμώνι τὰς πλεκτάνας αὐτῷ καπάκια τοῦτο δέιν.

Ηματ χειμεῖψιν ὅτε ἀνόστος ὁ πόδα τίθει. *Polypus bytem suos comedit cirros. Hoc significat: Tempore biberno quando ex offisis Polypus suum pedem arrodit. Quod Hesiodus πόδα πολύποδες, hoc Antigonus πλεκτάνας nominat, Philes verd & Elia-nus πλοκάμως. Inde proverbium cuius Hesychius meminit: Πολύποδες δέκαν αὐτὸς ιαντὸς καταφαγάν. Observatu verd dignum est quod notavit Moschopulus ἀντετο εσse Lacedæmoniorum vocem, sicque eos appellasse πολύποδα.*

v. 527. Κυανέως ἄρδην] *Κυανός* quidem proprie est cæruleus, ἡρακλεῖς χρώμα. *Κυανός* enim est color cæruleus: sed særè etiam ponitur pro nigro. Hesych. *Κυανός* μίλαν. *Κυανέη μίλανα*, φαν. Dionysius Characenus v. 586.

Μέτροπος δὲ κυανέας γοτίν οὖτε μῆτρας θάλασση. Donec ad nigros (Æthiopes) australēm viam rursus confecerit. De India v. 1112.

Τῷ γαίος γένεται πᾶν χεῖλος καρκίνος
Θεατῶν νησίστων.

*Quare terrae habitatores quidem corpore
sunt nigro mire pingues.*

v. 528. Πανιάλιων] Non vertendum universis Græcis, ut vulgo; sed simpliciter Græcis. Πανιάλιων enim tempore Hesiodi, Homeri, Archilochi appellabantur Græci ad differentiam Ελλίων propriè sic dictorum. Hellenes autem tum temporis dicebantur Phthiotidis incolæ, quod nomen acceperunt ab Helle Deucalionis filio, qui illius partis Thessalia Rex fuit. Ante hunc nominabantur Γραικοι, quod Latini retinuerunt. Hinc Homerus Achillis populares & subjectos vocat Myrmidones & Hellenes. Achilles autem imperabat Phthiotidi. Hi itaque cum propriè dicerentur Ελλίων, reliqui Græciæ populi dicti sunt Πανιάλιων. Vide Thucydidis proemium, Strabonem lib. VIII. Apollodor. lib. I. Biblioth.

v. 530. Λυχὸν μαλιθωτες] Suidas: μαλιθωτες, θρωντες. Proclus: Διεραμφοι ἦσαν συγκριθίτες τῶν Φρίξων. Ut apud Phædrum: Musca contracta frigore. Alii tamen omnes μυλιὰ putant esse κινῆ καὶ συγκρέειν δύοτας ἄπο τῆς λυχέστρος, quod Matthæo est θρυγμοί δύοταν. Tertulliano frenor dentium. Sed frigus ferarum sequè ut hominum dentes collidere quis vidit, quis tradit? Mallem itaque cum Crate legere μαλιθωτες. Μαλιχάρ, μαλιχών, μαλιθεῖον est frigore rigere, οὐδὲ λύχος μὴ ἔχειν σύντητον διάδειν χρησιμω. Ut Etymologici magni auctor exponit. A-ratus:

— Τόποι δὲ λύχοι ἐκ Διός οὖτι

Ναύτη μαλιθωτον κακόπτεον.

Vertit Cæsar Germanicus:

Tunc rigor, ut rapidus ponto tunc
incubat Astier,
Tarda ministeria. & nautis tremor
alligat artus.

Ad hanc quoque lectionem puto pertinere Procli expositionem illam, διεραμ-

φοι τοι συγκριθίτες. Sic lege, non συγκριθίτες. Apud eundem corruptè quoque legitur Ιουράτης, pro Κράτης. Cratis enim Mallotæ Grammatici Pergamenti celeberrimi, qui Aristarchi æmulus fuit & perpetuus adversarius, hæc est lectio, non Isocratis. Etymologici Magni auctor: Μυλιθωτες. Ήνδος τὰ χεῖλοι καρκίνος, ἵνα τὸ λυχέστρον ἡ συνάγοντες, ἢ τὰς μύλας συγκρίνοντες. Κράτης ὁ γέρων μαλιθωτες. Εἰ δὲ τὸ άλλο λύχος μὴ ἔχειν σύντητον διώδειον χρησιμω.

v. 535. Νηρὰ λευκα] Omnes tradunt νηρα dici per λευκον pro νηρά, quod mihi nulla ratione probatur. Non dubito esse accusativum verum obsoleti nominativi νηρα, νηρά, unde Latinum nix. Hoc quidem nomen interiit ut infinitæ aliae omnium ferè linguarum origines, de quibus vide eruditam diatriben doctissimi Christiani Daumii nostri. Ab hoc antiquato νηρα est νηρα, & νηρολίτης Αλπεis in Antholog. Alpes nive conspersæ.

v. 537. χλαινας τη μαλακιον] MS. II. χλαινας μὲν μαλακιον. Sic metro consultur. Glossæ MS. exponunt μαλακον παχύ. recte. Latinis dicitur læna non chlæna, ut Hesodi Interpretes. Erat vestimentum crassius quo utebantur ad arcenos imbres & frigus. Varro IV. de L. L. *Læna quod de lana mulia.* Duarum enim togarum instar: ut antiquissimum mulierum viciniam: sic hoc duplex virorum. Sed in veriverbio labitur Romanorum doctissimus. Est enim læna à Græco χλαινα, sine dubio, abjecto χ, sicut ab antiquo γλαδες γλακτης est lac.

v. 541. Βοὸς ἱφι κταμφίοιο] Omnes Græci recte exponunt bovis nec senio nec morbis confecti, sed qui in ipso robore & flore ætatis vi occiduntur, cujus corium calceis, qui non facile deteruntur, & contra frigus maximè muniunt, sit aptissimum. Sic apud Homerum iudicis βοὸς ἱφι κταμφίοιο, lorum bovis vi occisi. Rationem reddit Plutarchus II. Sympol. nimirum

rum pelles animalium ferro jugulatorum esse teniores, nec tam flaccidos ac tam facilè rumpi, quam pelles animalium quibus morbus aut senectus mortem attulit. Veteres ex crudo corio calceos conficiebant, Latinis perones dicuntur.

v. 542. Πίλοις ἔπειδε πυρίσας] Quis non miretur stuporem Interpretum, qui reddant: *pilos intus condensans*. Quis umquam fando audivit πάλαι Latinis significare pilum? πάλαι sunt lanei calcei, qui sub peronibus inducebantur ad arcedum frigus. Latinis dicuntur *udones*. Ulpianus Π. de auro & argento legato: *Alia causa est udonum, quia usum calcamentorum praestare. Domi nimis rura cum non prodirent; sicut & soleae. Alioquin calcei cum prodirent in publicum semper superinducebantur à Romanis, ut ostendit Salmashus ὁ πάντα ad Lampridium. Sunt etiam laneæ fasciae pedules, ut inferius ostendemus. Quicquid enim ex lana coactili conficiebatur dicebatur πάλαι. Tam capitum tegumentum, ut statim v. 546. quod hic Latinis etiam pileus dicitur, quam pedum. De pedulibus Lucian. Πρόπον διδασκάληρ, οὐκέτις Σικυωνία πάλαι πούς λευκοῖς διπλάτερον. Sicyonius calcenus albis decorus foccis. Pollux VII, c. 33, sect. 4. Οὐ μόνον ὁ δῆμος καφαλῶν διπλάτερον πάλαι ὅποις ἔχει τὸν πάλαι τὸν ἀγριαῖδας, ἀλλὰ καὶ Κρήτης ἐν Μαλδανοῖς λέγει. Λακεῖς γένος πάλαι ἔχουσι πάλαι. Οὐ τε Πλάτον ἐν συμποσίῳ. Καὶ ἀγριαῖδας τοῦ πάλαι φεγγίδησι, δεκατυχόντων τοῖς πόδες εἰς πάλαι τοὺς καὶ ἀγριαῖδας. Non solum quod capiti imponitur πάλαι dicitur, sed & quod pedibus inducitur, ut Cratetus ostendit in μανδανοῖς. Albos sub pedibus calceos laneos babens. Sed & Plato in symposio etiam ἀγριαῖδας cum πάλαι conjungit: Involutum pedes in calceos laneos & agninas pelles. Sic lege. Agriadi erant calcei ex pellibus agnini (ἀγριαῖδας enim est agnina pellis cum ipsa lana) quibus hyeme utebantur, sicut πάλαι ex lana coactili. Udones apud Mar-*

tiale lib. XIV. ex hincinis pilis confe-
di narrantur:

Non vos lana dedis, sed vobis barba mariti,

Cinophis poterit planta latere finu.

Cinophius sinus est calceus ex caprinis pilis contextus. Pilus Aeschylus & Sophocles dixerunt πέλωρα, Critias πόδε. Pollux VII, 22. Αὗ πόδες Κερτίς καλεῖ, τοπε πάλαι αἴτιον, ἄλλη διεπλάτερον πόδεν, ταῦτα πέλωρα γέλει in Φονιαστας Λιχουλο.

Πέλωρος ἔχων πάθος ἐν ἀρνίαις, Τὰ δὲ πέλωρα σίδης ψευδήματο, ὥστε τὴν πόδια, ἡ ταῦτα ἢ ταῖς ἀράξεις, ἂς σκλήρες ἦσαν ὄροψις. Κράτης δὲ τὸ ἕρπετον ἐρει. Καὶ δὴ πόδια τερμίτη. Sic hunc locum partim ex MStis, partim ex conjectura restitui, qui corruptus est in editis libris. Confundit Pollux hoc loco curiales fascias cum pedulibus. ἀράξειδες & σκλήρες sunt propriæ curiales fasciæ, πάλαι vero, πέλωρα, πόδες, pedules. Idem Pollux lib. X, cap. II. Αὗ νατεῖαι δὲ πόδες, πάλαι, πέλωρα. ὅποις γὰρ Σαροκός τῷ πόδες καλεῖται δὲ τοῖς πόδες εἰς Πλέκτων μόνον ἐν συμποσίῳ φίσει, ὀπειλυγόντων τοῖς πόδες εἰς πόδες τοὺς καὶ ἀγριαῖδας, ἀλλὰ καὶ Κρήτης ἐν Μαλδανοῖς. Λουκᾶς γένος πάλαι ἔχει πάλαι. Εἶται δὲ τοῖς πάλαις καὶ δὴ τὸ ὄροψις ὄρδιναν ὑδάτων πάλαι τερμίτης, Λυσίππος εἰπόντος ἐν Βάρχεσ: ἀλλὰ τερμίτος δὲ πάλαις. Sic istum locum ex suo optimo Codice legendum esse, qui gravissimis mendis & lacunis miserè foedatus est in editis libris, ostendit mihi nuper Vir Maximus & undique exigitissimus Isaacus Vossius. Verum postquam haec fuerunt edita, de his Pollucis locis eruditissimam ad me scripsit epistolam, quæ cum multa docet exquisita, non possum non eam tecum communicare. Cum utrumque locum in optimo suo Codice sic legi ostendisset, ut à me editus est, nisi quod in priore pro τοῖς πάλαις οἰντον scribatur εἰπειτα οἰντον. & pro ταῦτα ἢ, ταῦτα ἢ. & pro πέλωρα, πέλωρα, subjicit: Cudones vel udones apud Veteres pro eadem

re accipi recte notat Salmasius, verum non recte à cūdendo hoc vocabulo arcessit, cūm sit Græcum, & Græcum habeat originem. Ab ὄντεστι ὅντα vel ὁντα vel ὁντος ὄντος ovina, & pro ὁντα ὄντος addito ut serpē, dicitur etiam κάρα, vel κάρα, vel κάρα. Ακόντιον est diminutivum κάρα, κάρα, & κάρα, & amplificatum κάρα vel κάρα, pro quo etiam κάρα, & κάρα reperitur, unde Latinum cūdones, udones, seu odones dixerit, idque promiscue; cūm & aut & initiale non in barbaris tantum, sed etiam in multis Græcis Latinisque modo adsit, modò ὄντος abjiciatur, quemadmodum etiam agnoscit Salmasius. De πλάγαιον vocabulo sic sentio, esse id ejusdem naturæ ac originis ac sit ἐλατόν. In multis enim solet τὸ πέριοδον σχημα affigi, ut ἐλατόν πλάγαιον, ἡπατον πλάγαιον, ἀλειῶν πλάγαιον, & infinita illiusmodi. Est autem ἐλατόν integrumentum, involucrum, στέμμα &c. ab ἐλατον seu ἐλατον involvo. Eodem referri debent πλάγαιον & πλάγαιον, licet Hesychius habeat πλάγαιον, quæ sunt talaria seu fasciæ cursorum, quibus ad compescendam talorum extorsionem pedes muniebant. Ut enim ἐλατόν & ἐλατόν dicitur, ita quoque πλάγαιον & πλάγαιον dicuntur ab εἰλάται & εἰλάται. Reddi debet hoc vocabulum Aristoteli in Problematis sect. XVI. quest. 4. ubi querit cur non tantum rotunda, sed & quæcumque rectilinea in terram cadentia ad æquales utrimque resiliant angulos. Dicit enim id fieri πλάγαιον τὸς τὸς ἔργων τὸς σκέλους συμβαίνει τὸς τὸς κολύθρων ὑπερπλάγαιον. Quæ vulgo sic vertunt, ut his accidit quibus aut pars inferior raditur, aut colci violentur. Unde nullum nisi ridiculum efficias sensum. Omnino sic erat scribendum, πλάγαιον τὸς τὸς σκέλους συμβαίνει τὸς τὸς κολύθρων ὑπερπλάγαιον. Quemadmodum contingit loricipedibus, & illis quibus (inter lavandum) talaria surripuntur. Vide locum integrum & fateberis omnia plana fieri si sic legamus,

frustraque se hic torquere Interpretes & mathematicos. Οἱ συρόμενοι τὸ σκέλον aliter Græcis dicuntur σπάστοις non γὰρ τὸ σκέλον τὸ ποδόν, ut habet Diogenes Laërtius in Pittaco, neque γὰρ τὸ πλάγαιον τοτέ τὸ πλάγαιον τὸ ποδόν σταύπλακος, ut putat Galenus, sed γὰρ τὸ πλάγαιον ποδόν pedibus enim tamquam scopis verrunt pavimentum quidam loricapedes. Tales præcipue multi reperiebantur inter Αἰθιόπες & Αἴγυπτος, non propter nervorum imbecillitatem, neque etiam propter eam causam, quam memorat Aristoteles eodem scripto sectione XIV. quest. 4. sed propterea quod illis vel tali, vel genuum patellæ incidebantur, ut nempe fugæ spes præipereretur illis qui mallent pedibus quam manibus operari. De talis coniicio, de genuum patella testem do Origenem qui in Philocalia scribit, mortem fuisse quibusdam Αἰθιοπίbus τὸ πλάγαιον τὸ γοράτιον σφαγῆσθαι. Commodè hinc intelligi possunt verba Petronii de Αἰθιοπίbus: *Age numquid & crura in orbem pandere possumus, numquid & talos ad terram deducere.* Ista nempe Αἰθιοπica mancipia, quibus genua conchæ erant ablata, poterane crura intramque partem in circulum movere, iisque non nates modò, sed & ventrem pulsare. Quid si illis tali incidentur jam quoque poterant plantas pedum similiter in orbem movere, & fursum ad crura adducere, & supinatis plantis supra solos ambulare talos. Firmandis autem & continendis talis maximè conducebatur talarium genus quod draco dicebatur. De his & aliis talarium generibus multa haec tenus ignota possim tibi scribere, verum iis colligendis & digerendis oportunius forsitan fese offeret tempus. Hec vir ille summus. Vides etiam Sophocli hic tribui πλάγαια, quæ superius tribuit Αἰσchylo. Apud Hesiódum nostrum πλάγαια sunt ἵμπηλαι, falcis pedules ex lana coactili, quibus etiam Romani usi sunt, sed sord. Varro enim affirmat cal-

calceamenta sine fasciis sumi solita se puer. Latinis etiam dicuntur *empilia*. Ulpianus l. 25. D. de auro & argento leg. §. 4. *Fascia crurales peduleisque & implia vestimenta sunt, quia partem corporis uestiunt.* Πίλοι & ἐπίπλοι est condensare, cogere, coactilia facere; unde πλόγ & *implia*, quam vocem male juris Interpretes notant dici, quasi sine pilis. Hinc & pilare. Festus: *pilare & compilare sunt Græca originis.* Græci enim fures pileas dicunt. Hinc & compilare non est congerere, ut vulgo dicunt, & putant, sed furari. *Compilare ædes,* furto ex ædibus aliquid auferre, quod nobis est *besieelen.* Πίλοι etiam dicuntur tegumenta ex lana coacta, sub quibus hyeme habitant Scythæ justi Herod. IV, 23. male ibi Interpretes vertunt *pilei*. Sic & impegerunt qui Strabonem verterunt. Nam ubi lib. XVI. legitur ἔνδυτας πίλοι ridiculè exponunt *virgatis pilis*, cùm legendum sit ἔνδυτος *virgatis maculis*, ut monuit Salmasius ad Vopiscum. De πλόγ capitum tegumento loquitur statim v. 546. Πίλοι ἔχει ἀστρά, *pileum habere bene factum.* Fuisse tales proprios Thessalìs ad arcendum solis fervorem docet Eustath. ad Iliad x. Antiquissimis temporibus πλόγ non aliud usum capiti præstabat, quām πλοι, qui calceis inferebantur. Galeæ enim interiores iis muniebantur, qualis ille erat galeæ Ulyssis, quem acceperat à Merione, Iliad. x. v. 265.

Mēan δ' ivi πλόγ ἀφίηται.

Mediæ autem inerat pileus aptatus, ubi rectè antiqua scholia τὸ ἕπος πιπλικόν, *coacta lana.* Eustathius verd ad illum locum docet omnes olim galeas lana coactili fuisse munitas, inde posteriores, cùm quævis capitum tegumenta πίλοι dicerent, Ulyssi adscripterunt pileum, quali tum utebantur. Sic enim semper ex primitur. Et sicut clava Herculis est insigne, sic pileus Ulyssis, ut constat ex nummis, monumentis & testimoniosis Ve-

terum. de quo Ulyssis pileo vide Albertum Rubenium, vitrum politissimum, de Re vestiaria lib. II, cap. 15. Primus autem Apollodorus sic pinxit Ulyssem testante Eustathio ad Iliad. x. p. 723. edit. Basil. Eustathius ad Iliad. t. apud Veteres κύριον appellari capitis tegumentum, quod nunc communiter dicatur πιπλόν, & quod ab Hesiodo dicitur πλόγ ἀστρά. Tradunt plerique capitis tegumenta veteribus Græcis usitata non fuisse. Eustathius ad Odyss. t. ait Latinos nudi capitis consuetudinem à priscis Græcis accipisse. Romanos enim Saturnalibus pileum gesse, aliis diebus nudo capite incessisse, aut caput ueste vellasse. Apud Homerum pileum & causiam ne semel nominari. Quod verum est si pileum accipias hujus generis, quali postea utebantur, non tamen olim apud Græcos aut Latinos, nisi cùm iter facerent in magno æstu, aut frigore, aut tempore pluvio. Quod pileos Romani vocabant petasos, qualis conspicitur in Mercurii simulacris. Hinc tamquam singulare notatur à Suetonio in Julio Cæsare, illum semper incessisse nudo capite cùm iter faceret, *seu sol, seu imber effet.* Alioquin in Urbe lacinia togæ caput vellabant. A πλόγ est πλάτη, *fur, deceptor,* superius v. 373. quod Æolicè dicitur πλάτη. Vide Etymol. magnum de hujus vocis origine, quæ inepita sunt. Sed credo antiquissima voce esse πλάτη, sicut Æolica dialectus est vetustissima, pro quo leniore postea sono usi alii Græci πλάτη dixerunt. Fures autem & impostores dictos esse πλάτης, quodd pilo sine capitum tegumento se velarent, ne facile possent agnosciri. Sic Æoles dixerunt ἄποι communiter ἄποι; πλάτη, alii πλάτη, lampas, lychnuchus. Latina lingua tota formata est ex Æolia, cuius dialecti qui peritus est, facile plerarumque omnium Latinarum vocum origines invenire potest. Sæpius pro communi Græcorum & uirilis Æolico π. Latinis apud,

apna, Græcis ἀρίν. Φύρεξ, Poenus, & plura hujus generis, quod dum obseruat Caninius in Hellenismo.

v. 543. Πρατηγόνων λεπαν] Simylus in Moreto:

— *cinctus villosæ tergere caprae*.

Hoc vestimenti rustici genus, quod ex pellibus hædinis conficiebatur, Græcis dicitur Δρεῖα, unde Δρεῖα pastores & Attici rustici talibus vestimentis amicti. Theocrito Idyll. III, 25. & v. 15. dicitur *βάινα*, ubi Scholia festum docet alio nomine

appellari μλαστίω, qui prophetarum vestitus fuit, ut ex sacris voluminibus constat. Latinis hic habitus rusticus nominatur rheo. Ovidio *pastoritia pellis*. Glossæ: Segestre Δρεῖα. Segestre teges erat ex segetibus primo facta, sed postea ex pellibus, quibus milites in castris, nautæ & pauperiores utebantur, ut Varro docet, & ad Varronem Josephus Scaliger. Δρεῖα nimirum est omne vestimenti genus ex pellibus rudibus factum.

C H A P. XX.

Hesiodus quinques emendatus. Αλεή. Duo epigrammata in catalectis veterum Poëtarum correcta. Μάκαρες. Beati. Χαλεπίς. Gravis. In Virgilio lectio Servii probata. Oceanus cur facer. Theocrito lux. Alcæi fragmentum elegans correctum. Περράνη σκιά. Πέτρα antrum in rupe. Μᾶρα ἀμολοχίη. Τηρραλδῆ. Θάλλο boum pabulum. Ακεψής Ζεφύρος. Επαρθάνθη βίος. Παιεωδη γῆτα. Facere populum. Floro lux. Facere pro gignere. Ημερόκοπος.

v. 544. Οὐ δέ δὲ τότε] Moschopulus: οὐ δὲ αὖ, quod rectum est. Quæ enim induuntur dicuntur humeris injici non tergo. Exemplorum ubique magna messis. Sequentia verò: ίντε ἀμφάλη ἀλεή. pessimè interpretantur, pluviae arceas temorem. cùm sit, pluviae arcendæ, sive præsidium, munimentum injicias adversus pluviam. Quod à nobis defendat pluviam. ἀλεή enim est ἀλεψή, συκοπή, καταργή, ut bene magistri, ἀλεή verò tepon.

v. 546. Ιγ' εἰπε μὴ καπαδίν] Est per synecdochen dictum, ne caput tibi maleduciat. Terèς εἰπε καπαδίν imber perpluens caput in memoriam mihi revocat elegantissimum epigramma ex catalectis veterum Poëtarum de Priapo, sed quod aliquot. mendis deformatum suo nitoris restituemus.

Parum est, miser quodd hic fixi sedem

Agente terra per caniculam rimas,
Siculosoam sustinens die æstatem.

Parum quod imos perfluent sinus
imbris,

Et in capillos grandines cadunt nos-
tros

Rigetque duro barba vincit a crystallo.

Sic scribendi hi versus. In tertio vulgo legitur: diu æstatem. In quarto: Pa-
rum quod imi perfluent sinus imbris.
In sexto: juncta crystallo. ineptissimè.
Sed & qui duobus interpolatis sequuntur
ex veteribus editionibus sic sunt refun-
gendi:

Huc adde quod me fuste de radi
vilem

Manus sine arte rusticæ dolave-
runt,

T t

Inter-

Interque canctos ultimum Deos numen

Cucurbitarum ligneus vocor cufas.
sed hæc præter institutum & pensum nostrum, ad quod nos revocamus.

v. 549. Αἱρ πνευμάτων τίταν] MS. I. πνευμάτος ἵτανται, cum interpretatione, πνευμάτων δημόσιαι. Seleucus verò legit ἄνθροπος observante Proclo. Maxæs hic, ut apud Latinos, *beati, fortunati* sunt homines copiosi, opulentii. Catullus: *O quantum est bonum beatiorum?* Dicuntur & Græcis *τύπαιοις*. Versu sequente uterque Codex & Tzetzes: *ἄνθροποι*. Ibidem liber primus πνευμάτων αἰτίων. secundus autem αἰνιαντῶν. quod verius. Sic quoque Tzetzes. Isingrini editio proxime verum: *αἰτίων*. Sic & apud Hom. Odov. N. v. 109. οὐκέτι αἰνιαντῶν, ubi quoque vulgati ἀνδρῶν.

v. 554. Τὸν φάνερον ἡρα τηλέας] Ut versus constet, repone lectionem veterem ex utroque codice: Τὸν φάνερον ἡρα τηλέας. Extat & apud Moschopulum.

v. 558. χαλινὸς φεγάδνως] Noxius ovinus, ut Latinis *gravis*. Virg III. Georg. 415.

Galbanoque agitare gravi nidore cheleydros.
Sic legit Servius & exponit, *serpentibus noxiis*. Ovid. IV. Metam. v. 497.

Inspirantque graves animas.
Lib. VII, 6. *Grave tempus & forte annus pestilens erat.* Versu sequente uterque codex: *καὶ πλεῖον ὅτινα*.

v. 561. Ταῦτα φυλακούμενοι] Hunc & sequentes duos versus pro subdititiis expungendos esse censuit olim Plutarchus. Nec illos videtur agnovisse Moschopulus. Rectius sanè abessent.

v. 566. Ιτεγρι οὐκεῖνοι] Omnes ιτεγροὶ hinc esse magnum, immensum interpretantur. Non nego sic posse accipi. Verum tamen est ιτεγροὶ hinc propriam notionem non migrare. Oceanus enim sacer erat, quia erat Deorum domicilium, Neptuni, The-

tyos, Solis, astrorum, quæ credebantur mare subire. Fabianus apud Senec. I. controversial. *Sacrum quidem terris natura circumfudit Oceanum.* Hinc & diuum appellatur, Plautus apud Varronem ex emendatione Scaligeri:

— *conferta rate in aera que perire*

Qui diuī mare eunt sudantes atque sedentes.

Sic saxe apud nostrum & alios εἰς ἄλλα δια. In mare diuum. Quin & Oceanus pro-Deo habebatur, Cæli & Telluris filio, patre verò Saturni & Opis. Hinc Alexander M. ei fecit tamquam Deo. Justinus: *Expugnata deinde urbe, reversus in naves Oceano libamenta dedit, prosperum in patriam redditum precatus.*

v. 568. Ορερούν Πλαδωνίς] MS. II. Proclus, Tzetzes: ὁρηγόν. Sic & Hesychius & Etymologici magni auctor, Suidas tam & MS. I. stat à vulgata. v. 570. MS. I. σεπτημένην. v. 574. MS. II. καῖταν.

v. 582. Ήμερος ἢ σπληνος τὸ ἀρδεῖ] Hoc tempus significat Theocritus Idyll. VI, 15.

Λέπι τοι αὐτῷ τοι μετρίπτειν, ἀντὶ ἀγράντες

Ταὶ καπνοὶ χαῖται, τὸ καλὸν θήρος ἀνίκη φύττει.

Quæ sic reddenda sunt: *Illa vero sua sponte lascivit, sicut cardui flores sunt languidi, cum pulchra æstas ardet.* Versionibus vulgatis nullus sensus. *χαῖται καπνοὶ ἀντὶ ἀγράντες,* sunt *pappi volantes* Lucretii. Pappi enim sunt flores carduorum. *καπνοὶ* quia fervore solis flaccidæ decidunt & per aërem feruntur. Elegans fragmentum Alcæi de hoc ipso tempore nobis servavit Proclus: *Οὐρα πολύμορφη τέρπη.* (Sic MS. Gudii) Τὸ δὲ ἄσπρο σεπτημένη. Η ἢ ἄρα χαῖται. Αχεὶ δὲ πηγαὶ πάδει τὸ τέρπη. ἀρδεῖ τῷ σπληνοῖ. Corrupta D. Heinsius sic emendat, ἀχεὶ δὲ τηγανοὶ ἔχεται τέρπη. Sed videtur potius

tiūs scripsisse: ἀχεῖ δὲ τοῖς λόγοις ἀναπτύξεις. *Suave canit.* ut exprimat illud Hesiodi, ληρὸν κατηχοῦσί τοις διδίνειν. ubi tamen MS. II. δικάχουται.

v. 584. *Καματάλος*] MS. uterque καματάλιος, ut & vers. 664.

v. 589. *Εἰν περὶ αὐτὸν τὸ οὐρανόν*] Mirifice Interpretes Latini, ut solent Petrosaque umbra. Περὶ αὐτὸν τὸ οὐρανόν εἶναι τὸν αὐλαῖον, umbra in antro. ut supra v. 532. γλαυκὸν πετρόν, est antrum in petra. Ubi rursus Interpretes, *caverna petrofa*. Πέπτα Homerio aliisque Græci Poëtis sacerdote est antrum in rupe excavatum. Iliad. 8.

Ηὕτω ἔστιν αὐτὸν μελεσάνων ἀδικάνων

Πέπτης ἐν γλαυκῷ εἰσὶν ἕτεροι ἀγοράδαιοι. Quemadmodum populi evolant apium confertim ex cavo rupis antro novo excavamine excavuntum. Idem Iliad. 8. Πέπτης ἀκαίρωτα διδυμόθοντα περιβάλλειν. *Ex rupi antri excavante excipiens infidiliis.*

v. 590. *Μᾶζα τὸν ἀμολάγαν*] Est polenta pastoritis, παιδικὴ, ut Athenaeus explicat. Μᾶζα est polenta farina conspersa & subacta aqua & oleo. Hesych. Μᾶζα, ἄλφιτη παιδικὴ οὐδὲν τοῦτο ἀλλά. A μᾶζα perelegans vocabulum ζεφυρόν apud Simeoniam ep. 77. & Alciphronem ep. 18. legitur. quod est è nimia alimentorum copia lascivire. Id ipsum quod Belgæ eadem ratione pervenustè dicunt: *broot-droncken zijn*. Hesych. ζεφυρός. Nugatur Tzetzes, qui μᾶζα dici putat quasi τὸ μὲν ἄλφα. Μᾶζα est à μάζῃ, subigo. Est enim farina subacta aqua. hinc Latinis massa. Sicili ζ & ω invicem mutant. Pro μάζῃ dixerunt μάζα. pro ἄρδαν ἀράζα, ζάκαρος Saguntus.

v. 591. *Βοὸς ὑλοφάγος*] Interpretes: *bovis quoq[ue] pascitur frondibus*. Eæ enim pabulum boum. Hesych. θαλλὸς βοὸς τροφὴ, ὁ ἴδιον εἰ δύει. Phædrus:

Hac inter ipse dominus à cena redit

Et quia corruptos videras nuper boves

Accedit ad præsepe: Cur frondis parum est?

In eadem fabula: *Frondeum bubulus affert*. Ovid. III. Metam. v. 730. Res triata est.

v. 594. *Αρτίον τὸν κύριον ἀρίστην*] Revocavi lectionem veterem, quam servavit MS. I. & omnes Græci Interpretes præter Tzetzem, qui hunc versum non expponit. Legunt autem omnes ἀρπάγος ζεφυρός. Homer. Odys. 8.

*Τοῖστιν δὲ ἵκενθεν τὸν γλαυκῶν Αἴδην
Ἀκραῖον ζεφυρόν, καλλίστην δὲ οὐρανού στρο-*

πτηνόν.

His vero ferentem ventum immixtū casūs oculis Minerva parum Zephyrum, resonantem per obscurum pontum. Sic exponunt Græci magistri ἀρπάγην purum, nullis aliis ventis permixtum. Alii ἡρίμα πνοήν, leniter spirantem. quod non probabo. Nam & Boreæ tribuit Homerus Odys. 8.

*Εσθιμάτη δὲ ἀσθεάτης ἦν Κρίτης εὐρεῖς
Επιάσμενος Βορῇ ἀσίμῳ ἀρπάγῃ καλῶ.*

*Septimo vero conscedentes à lata Crete
navigavimus Boreā vento puro bono. Vide ibi Eustath. Sed ad priorem locum Odys. 8. Scholiorum brevium auctor, qui pro Didymo venditatur: ἀρπάγη Ζεφυρόν] ἀποκαλεῖται ἀρπάγη, πνοή τε φέρει πλούτον, ἔπειτα ἐπει ἀλλαττει, οὐδὲ μὴ κορημάθον Ζεφυρόν. Αρπάγη Ζεφυρός, commodum, spirantem quantum opus est, neque nimis vehe-
menter, neque nimis remissa. Aut non mixtum, sed purum Zephyrum. In MS.
II. est ἀρπάγη Ζεφύρη, sicut & apud Homerum nonnullos leguisse ἀρπάγη Ζεφυρόν Eustathius & Scholiastes observant. Sed prætuli consensum libri antiqui cum Interpretibus, ut & ἀρπάγη in Homero re-
tinetur.*

v. 596. *Τελοὶ δὲ οὐδαες πεγχέτεν*] Latinè redditur imperitissimè: *Tertiam aquæ partem infunde, quartam vero misce vi-
no. Estne qui intelligat? Hoc verò di-
cit Hesiodus: Tres partes aquæ prius
infunde, quartam vero vini admisce.*

Tribus partibus aquæ unam vini admiscendam esse præcipit.

v. 601. Επαρθόν διον] Latinī Interpretētes: *victum sufficientem, cùm sit conditum, repositum.* Superius v. 407.

Χρήματα δ' εἰς στρατό πάντα ἀρμάτων τοιούτων.
Instrumenta vero omnia domi disposita para. v. 627.

Οὐδα δ' ἵπαζόμενα πάντα τῷ ἴσχυρῳ σῖκη.
Armamenta vero disposita omnia domi reponε. v. 617.

Πλαῦὸν δὲ καὶ χθονὸς ἄρρενος σῖκη.

annus vero in opere sic recte dispositus fit. Si hæc feceris, omnia gerentur suo tempore, totum annum recte dispensaveris in opere faciendo. Vulgo inficere vertitur: *ita annus in opere rustico absolitus fit.*

v. 602. Πλεῖστη δέ τινα] Est quererè, comparare sibi servum, ut alio loco πινδητὴν γυναικαν invenire uxorem. Marc. III, 14. ὡς Ἰππίνος διδάσκει ἡγεμονία. Et elegit duodecim quos mitteret. ἀργύειον ποιεῖ. Demosth. comparare argentum. ποιεῖ πίνδην τάλαρα. Matth. XXV. 16. quinque talenta lucrari, facere. Ubi male Interpretētes hoc loquendi genus incusant Latinismi, à quo abhorreat Græca Lingua. Latinos sic loqui verum est, Cic. I. divinat. *Etiam Philosophum, si commodum ei esset, pecuniam facere posse.* Sic rem facere. Sed Græci etiam ac Hebræi hoc loquendi genere usi sunt, ut Drusus & Grotius ad Matthæum ostenderunt. Nec alienum est à nostra vernacula, in qua dicimus *groot geld maecken.* Hinc facere est κατὰς comparare, colligere. Flotus lib. I. cap. 1. ubi aqua hæret viris

doctis: *Ex variis elementis congregavit corpus, populumque Romanum ipse fecit.* Ipse collegit, ut apud Sallust. exercitum argento facere, est colligere, comparare. Herodotus I. II. Κρεοπότερον τοῦ λαγών τοιετο σπανίν τοιε Καρνατικῶν. Cræsus autem oraculo clausus adversus Cappadociam conscribebat exercitum. Nihil certius. Non spero futuros impostetum quibus hic locus Flotri mendi sit suspectus, qui que fateantur se ignorare quid faciat hoc loco fecit. Posset quidem etiam exponere populum Romanum ipse fecit, hoc est, genuit quasi populum Romanum, est parentis populi Romani. Nam facere nonnumquam est gignere. Varro III. de R. R. 22. plerumque pullos similes sui faciunt. Sic γένεται μων apud Lucam XIII. 9. quod non ineptè vetus vertit Interpretes, fructus facere, pro ferre, gignere. Romulus dicitur etiam Romani populi sator. Ennius:

— O Romule, Romule dic δέ
Qualem te patriæ custodem Di ge-
nuerunt.

Tu produxisti nos endo luminis au-
ras

O pater! δέ genitor! δέ sanguen dis-
oriundum.

sed verius est, quod prius dixi.

v. 605. Ημερόντες] Latinis dormi-
tor, Glossæ Vet. ἡμέροντος dormitor,
fur nocturnus. Plautus: *Ni illic homo
est aut dormitator aut settor zonarius.*
Huic opponitur interdiarius. Eadem
glossæ: *Interdiarius ἡμερόντας.*

C A P U T X X I.

Theocriti epigramma duobus distichis ineditis ex MS. auctum.
Idem emendatum. Hesiodi locus novè expositus. Idem bis restitutus. Μέτρε φυλάσσεις. Elegans epigramma in Anthologia emendatum & expositum, repudiata magnorum virorum interpretatione. Nemesis homines pro meritis accipit. Infesta est superbis & ostentatoribus, & nimiæ felicitati. Επεικεῖς. Καιρός. Tempus.

v. 619. Ε ττ' ἀ πλιδάς σίνο] Quād periculosi sunt tum cursus maritimi insigni exemplo ostendit Theocritus in epigrammate in Cleonicum, qui circa occasum Pleiadum in mari periit. Hujus epigrammatis quatuor versus nunc primi edimus ex codice Palatino veterrimo; quem Fridericus Sylburgius contulit cum Anthologia. In qua ut & in Theocriti editionibus prius solum distichon extat.

Ἄρδημα, ζῶντος αἰσθήτῳ, γυνὴ παρ' ὄρη
Ναυτίλος ἴδε, ὃς εἴ πόλις ἀντὶ βίος.

Διλαῖς Κλεύρικο, οὐ δὲ οὐταρήθειν
ιλαζοῦ

Ηπείρων κοίλης ἐμπορῷ διε Συείν.

Εμπορεύεται Κλεύρικο, οὐτοι δὲ οὐτοι Πλιάδ-
οις αὐτοῖς

Πορτοπόρος γαύτη Πλιάδοι εὐγενήσ.
lege: πορτοπόρος γαύτης.

Homo parce vite, neque tempore alieno Naviga, quia vita hominis est brevis. Miser Cleonice, tu in optimam Thasum venire properasti mercator ex Cœlesyria. Mercator Cleonice, sub ipsum Pleiadis occasum Mare transiens nauis cum Pleiade simul occidisti.

v. 643. Νῦ ἀώγην αἰροῦ] Tricantur Græci Magistri, qui contendunt αἰροῦ εἰ-
ερικῶς esse χαίρεται, quamvis iis adstipuletur Plutarchus libello de audiendis Poëtis. Qui, cum hunc locum produ-

xisset, ait: τῇ μὲν γὰρ αἰροῦ σημαίνει τὸ ἔπει-
ρον. εἰπότε δὲ ἐπειροῦ ἀρτὶ τοῦ παρατείδει τὸν
χόρηγον, γεδίπτειν τὸν τῷ σωματεῖον καλόν φαμί
ἔχει, οὐ χάριον πολεόμενον, ὅπερ μὲν διάμεστα
μηδὲ λαμβάνομεν. ὅπερ τοῦ δὲ ἐπειροῦ Περσοφό-
ρεος ἔνοι φασίν ὡς παρατητὸν τέρπεται. Αἰροῦ
bic ἐπειροῦ significat, id est, laudare.
Laudare autem pro recusare ponitur hoc
loco. Sicut usitatum nobis est dicere be-
ne babet & valeat, cum aliud nolumus
& non accipimus. Atque sic quidem
aiunt Proserpinam vocari ἐπειροῦ quasi
aspernandam. Vide Eustath. ad Iliad. x.
p. 720. edit. Basil. Sed non erat ut alienam
τῇ αἰροῦ significationem hīc affin-
gerent. Dictum enim est ab Hesiodo eo
sensu quo à Virgilio: laudato ingentia
rura, Exiguum colito.

v. 647. Βέληας δὲ χεία] MS. I. & II. βέ-
λαι. In secundo præterea ἀπερπία λιμόν.

v. 655. Τὰ δὲ σευπτεραδιάμην πολλά] La-
tini Interpretes: prædeliberata verò mul-
ta. Inscitè. σευπτεραδιάμην sunt σευκη-
ρυθῆ. Per præcones indicata, prædi-
cta. Sed πολλαὶ ἀδελα hīc est præmia
proponere, non certamina, ut malè Interpretes, monente Amplissimo Cupero
in Observat. lib. III. c. 20. Vide & que
notavi ad Luciani Solœcistam. Sic &
πολλαὶ ἀγάρα in fragmento Pindari apud
Plutarchum de animalium sollertia:

TiΣερπίαν ἀγόραν αρέσας ἀρέταις
Eis εἰπὼν ἔκαλε σκοτός.

Propositorum præmiorum certaminis declaratio Virtutem in altas conjectit tenebras.

v. 657. Τυρφήν ρινάστρα φέρειν τεῖνοδόν ὄρθραν] Monet Proclus quosdam scribere τυρφήν ρινάστραν in Xanthi Στον Ομηρον. qui non sunt audiendi. Decisum enim jam est & constitutum ab iis, qui temporum rationes descripserunt, Heliodium minorum esse Homero centum quasi annis, nec potuisse cum eo de palma certare.

v. 667. Εἰ μὴ δὲ τεῖχος] MS. I. Εἰ δὲ μὴ τεῖχος. v. 669. τίκος est imperium, potestas, magistratus. Hinc οἱ τίκοι qui sunt cum imperio, magistratus.

v. 679. Ημέρα δὲ τοποθετίων] Sic omnes editiones, quas vidi; cùm scribendum τὸ τοποθετίων cum MSS. Hoc mendum & in aliis locis sàpè sustulimus.

v. 688. Οὐσίαν ἀγοράν] MS. II. οὐσίαν. Sic & in quodam libro se reperisse testatur Commelinus.

v. 691. Μήτρα κύματος πήματος κύρου] MS. I. πήματος. non invenusta paranomasia, ut παθίματα παθίματα, & infinita talia. Versu sequente scribe: Δένον γ' εἰκ' ιρόν ἀγαθόν cum libro primo & Græcis Interpretibus omnibus.

v. 694. Μέρησα φυλάσσω] Non video cur viri doctissimi μέρησα h̄c velint exponi tempus. Quis μέρησα accepit pro καρπῷ. Μέρησα φυλάσσω est modum tenere. Luciano μέρησα ἴστει. Epigramma de Nemesis in Antholog.

Η Νέμεσις πῆχυν κατέχει. πήδες ἔντεις; λέξεις.

Πάσιν ἀπαγγέλλει. μαντεῖς ὑπὲρ τὸ μέρησα. Nemesis cubitum teneo? quamobrem? queris. Omnibus præcipio: nequid supra modum. Extat de eadem Dea in iisdem Floridis Græcorum Poëtarum aliud epigramma ejusdem argumenti, sed turpissima macula foedatum, quam minus tot vitos doctos, qui in illo vertendo elaborarunt, non animadvertisse.

Ελπίδα τὴν Νέμεσιν Εὔροις παρὰ βαμών ε-
τονές

Tū μὲν ἡ θεά, τὸ δὲ ίδια μαντεῖς ἔχειν.
Vertit magnus Politianus :

Spera simul & Nemesis posita dicat Eunus in ara,
Scilicet ut spores omena, nil habeas.

Sic & Henricus Stephanus, & plurimi alii. Rem prorsus admirabilem Eunum Spem & Nemesis in eadem ara consecrasse, ut sperare quidem licet, sed numquam potiri! Ad illam aram mortuos arbitror fecisse, quibus omnis vitæ rerumque jucundarum spes delicuit, non miseros, quos bona illa Dea fovet, & melius cras fore semper ait. Deinde quis utquam audivit Nemesis tam crudelē esse, quæ omnium desideriis intercedat, nemineinque votorum compotem fieri sinat? Quin contra Nemesis credebatur esse Dea, quæ omnes pro meritis accipiebat, ab improbis & insolentibus exigebat supplicia, bonos & modestos augebat præmiis, sic dicta τὸ τὰ ίσαν τιμεῖν ἵστη, quod suum cuique tribuat. Artemidorus lib. II. Ονομαστικ. Νέμεσος δὲ τοῖς καὶ τοῖς λόγοις ἀρεστῶν, καὶ φιλοθεοῖς, τοῖς δὲ φοβεροῖς καὶ τοῖς διτιπειθόντοις ποτε, καὶ τοῖς μεγάλων ἀρχαρχῶν περιγράψαντος ἵστη ταῦτα, καὶ ἱμποδότης διηγερεύειν. Nemesis semper propitia est viventibus secundum legem, & moderatis hominibus, & philologis. At vero contra leges delinquentibus, & his qui aliquibus infidias struunt, & magnas res moliuntur, adveratur, eorumque conatus impedit. Amm. Marcell. lib. XIV. Hæc & bus-jusmodi innumerabilia ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix aliquoties operatur Adrastia, atque utinam semper, quam vocabulo duplice etiam Nemesis appellamus. propterea & paulò post addit veteres Theologos finxisse Nemesis esse Justitiæ filiam. Vides ergo non solum acumen & venustatem huic

huic epigrammati detraxisse descriptores aut corruptores; sed & ipsum sanum sensum. Omnia restitues, si mecum scribes ut Poëtam scriptisse planè decrevi & pro competitissimo habeo:

*Elysia regi Nêmeson Eunus dñe bavat i-
tuvit.*

Tùn p' ir' ianis, & d' ira undis ägar.
Spem simul & Nêmesin Eunus in ea-
dem ara posuit, Illam quidem ut spe-
res, hanc ut ne quid nimis. Eunus Ne-
mesin & Spem in eadem ara dedicarat,
ne improbas spes concipiamus, & im-
modica desideremus, ut simul ägaris,
neque ultra sortem nostram efferamur.
Sic enim dicebantur qui sic se compara-
bant, ut semper in omni vitæ ratione
tenerent illud undis ägar. Galenus III. in
πορεῖην Hippocratis: Αὐτὸν δὲναι κα-
λέμεν τὸ μάτερ, ἢ μάτη ἄγαρ περιέδωτο τῷ
τοῦ βίου. *Hominem ēmenū vocamus mo-
destum, cui ne quid nimis in omni vita
curæ est.* Has esse præcipuas Nêmesos
partes, præter id quod superius attuli-
mus, aliud ejusdem sententiaz epigram-
ma antiquum testatur:

*H Nêmesos περιέργει τῷ πόχῳ τῷ τοι χελινῷ
Μήτ' ἀμετέρη τε ποιεῖ, μάτ' ἀχέλινα
λέγειν.*

*Nemesis monet hoc cubito & hoc freno
ne immoderatè quid agas, nec effrenate
loquaris. Αχέλινα λέγει, ut apud Euripid.
ἀχέλινος σόμα. Tacito, procax lingua. Tu-
midis verò, vanis ostentatoribus, & im-
proba spe magna affectantibus Nemesis
est infelissima.* Claud.

*Sed Dea quæ nimis obstat Rham-
nus votis
Ingenuit flexitque rotam.*

Lucanus:
*Et tumidis infesta colit quæ numi-
na Rhamnus.*

Ovidius ad superbum & suam felicitatem jactantem:

*Non metuis dubiae fortunæ stantis
in orbe
Numen, & exosa verba superba
Deæ.*

Nec ista Diva valde magna patiebatur
esse diuturna. Inde & si quid excellens
peribat, adsignabatur Nêmesi. Statius
II. Sylvarum mortem formosissimi pueri
adscribit Nêmesi, quia nimiam ejus pul-
critudinem ferre non potuerit:

*Neclere tentabat juvensum pulcerri-
mus ille
Cum tribus Eleis unam trieterida
lustris:
Attendit torvo triflis Rhamnusia
vultu,
Ac primum implevitque toros, oca-
bisque nitorum
Addidit, & solito sublimius ora le-
vavit.
Heu misero letale favens, seque
videndo
Torsit, & Invidiam Mortemque
amplexa jacenti
Injecit nexus, carpitque immitis
adunca
Ora verenda manu.*

Vide & Epicedium in Glauciam. Hoc
caput ex Animadversionum Variarum li-
bellis libuit hic interserere. Redeamus
nunc ex diverticulo in viam & ad He-
siodium. Mēsa hic nihil aliud esse quam
modum, non tempus, ut viri Græcè do-
ctissimi notarunt, etiam ex præcedentibus
apparet. Præcipit enim Poëta, ut
modum servemus in omnibus rebus, ne-
que nimium credamus navibus, neque
nimium onus imponamus curribus, utque
singula agamus suo tempore, neque hy-
me, neque vere mare tentemus, sed æ-
state, quod illè tempus navigandi opti-
mum dicit. Hinc & statim sequitor
præceptum de legitimo tempore uxorem
ducendi. Kœps est tempus justum, op-
portunum. ut etiam apud Latinos. Te-
rent. *in tempore venire quod rerum om-
nium est primum.* Apud eundem: *per
tempus advenis.* Donatus: *oportune.*
Sic igitur videtur hic versus interpu-
gendas:

Μέρα πολεμῶσι. Κακός δ' ἦτι πάντα α-
εισθ.

*Modum tene. Tempus verò in om-
nibus est optimum.*

v. 696. Μήτι τεκνότας ἴστων] In MS.
II. pro varia lectione notatum erat: τεκ-
νότα, quam lectionem Tzetzes probat
invitis Musis.

v. 698. Τέπερ καὶ] MS. II. καὶ. Pro-

clus, Tzetzes, Moschopulus, Pollux, do-
cent omnes hinc omissum esse Νέα, &
Poëtar sententiam esse, puellam quatuor-
decim annorum esse nubilem. Sed &
hinc Latini Interpretes maluerunt errare,
quād eruditorum magistrorum sententias
subscribere.

v. 702. Οὐ μὲν γάρ π] MS. I. οὐτί γάρ
τι.

C A P U T XXII.

Hesiodus emendatus. Γύραι θῆκε. Γλώσσης χάρακ. Gellius ex conjectu-
ra emendatur. Κακὴ μέσης ίσσων. Hesiodus interpunctione restitu-
tus. Noctes cur dicantur esse Deorum. Noctu in terris versari
Deos Veterum opinio. Quintilianus in declamationibus emen-
datus. Αὐλή. Αχεωλοι ποιηδίους. Concubitum polluere Veteres cre-
debant. Τάφος σcena funebris. Χυρόποδες. Ανθεγκία. Hesychius
emendatus. Λάσσων. Mos Veterum in novis vasis lustrandis. Im-
buere. Ακίνητος. Multi & graves aliquot Interpretum lapsus.

v. 705. Ω Μῆν γύραι δύναται] In secundo
MSCto alia matius: ὡμῷ
γύραι δύναται. Et sic Stobæus legit cum Pro-
clo & Tzete. Ille enim exponit: τὸ
ὠμὸν τὸ γύρας τὸ ἀντρὶ ποθεῖσαν. Hic: καὶ τὰς
ἀλικίας ποθεῖσας γύρας τοῦ ἀρπάκα. In cru-
dam senectutem ponit, facit ut ante tem-
pus senescat. γύραι δύναται per ellipsis pro
τὸ γύραι δύναται, hoc est, ποθεῖσας. Vul-
gata lectio non potest ferri.

v. 709. Γλώσσης χάρακ] Et quod aliter
dicitur νόμοι χάρακ, dicas gratia. Glossæ
Latino-Græcæ: dicas causa νόμοι χάρακ.
Dicas gratia νόμοι χάρακ οὐ παρὰ Γαῖα τὸ
νομικῷ. Interpretes sine sensu: lingua
gratia. Sequentia lege ex MS. I.

— si δι καὶ ἀρχῆς

Ην ἵπος τὸν θεοποιόν. Vertunt perperam:
Si autem cæperis aut verbum aliquod lo-
cutes in festum, aut facias. Vide quæ
notavimus ad verl. 294.

v. 712. Ηὗτ' ἐς φιλόποτα] MSS. ambo
ηὗτ'. v. 714. Σὲ δὲ μή π τοι ταπελυχίτω
τίσθε. οὐ τοι, pro σὲ τοι. Quæ ἀποπλησία
Homero familiaris. Quod non mone-
rem, nisi tantillæ rei ignorantem frau-
di fuisse Interpretibus, ut ineptissime
hunc versum redderent, deprehendissem.

v. 716. Νεκασῆγα] Uterque codex:
νεκασῆγα. Secundus pro ἴμερος ἴμερος. Vul-
gatam tuerit Eustathius ad Iliad. x, p.
713. Ex τῇ νεκᾶ, νεκίων, καὶ οἱ παρ' Ήσοδῷ
νεκασῆρι.

v. 719. Γλώσσης τοῦ θεοποιόν] Hunc lo-
cum Latinè fecit Gellius lib. I. Noct.
Att. 15. Hesiodus Poëtarum prudentissi-
mus linguam non vulgandam, sed re-
condendam esse dicit, perinde ut thesa-
rum; ejusque esse in promendo gratiam
plurimam, si modesta, & parca, & mo-
dulata sit. Sed aut Gellius non intelle-
xit quid sit καὶ μέτερ ποιη, quod non est
mo-

modulata, sed modum tenens, quæ co-
ercent & reprimunt effrenem loquacitatem,
ἀχελίνες λύτρες, inanem futilitatem, quæ
μέτρα φυλάνει in loquendo: aut forsan
scripsit: *& parca & moderata sit.*

v. 721. Εἰ δὲ ταῦτα εἴπεις] Afferit hic Proclus similem Alcæi sententiam: *εἰκόνα τὸν δίοντας, αὐτοὺς τὸν καὶ δίοντας.* Quam quasi de verbo ad verbum Latinè expressit Terentius: *si mihi pergit quæ vult dicere: ea quæ non vult audiet.*

v. 722. Μηδὲ πλεύσειν διωτές δυνατίψελος
ἢ τὸ κοινόν] Hujus loci hic est sensus: *Ne in convivio quod multi instruunt
amicis suis morosus de symbolis.* Δαιδαλος πολύτελος in κοινῷ est convivium quod de symbolis instruitur à multis amicis. Talia convivia dicebantur ἔπειροι. Hesych. ἔπειρος οὐ πολλῶν πολλά. Terentio de symbolis esse. Convivæ ἔπειραι, σίστη. Sed hæc obvia sunt & à viris doctis pridem observata.

v. 726. Οὐ γέ τοι τούτου] MS. εὶ γέ τοι
οὐτε.

v. 727. Ορθός δικέν] MS. I. ὅρθός. male. Veteres qui vestibus longis utebantur, exoneraturi vesicam non erexit stabant, sed procumbebant in terram, ut pedes vestibus tegerentur. Hinc pedes vestibus tegerentur. Hinc pedes tegerere sacris Scriptoribus est ventris aut velicæ excrements ejicere. Græcis καθάρας θεῖται. Ad idem vestitus genus pertinet istud præceptum, quo statim Hesiodus vetat nudari αἰδοῖα meientum.

v. 728. Αὐταρ τέττας διν] Uterque codex: Αὐταρ τέττας καὶ διν. Primus postea: μαμαρθός ἐστι ἀριθτός, post αὐτον delenda distinctio. Sic autem vertendi sunt hic & sequens versus. *Sed etiam post-*
quam occidit, memor ejus rei, adversus
orientem, neque in via, neque inter eun-
dum extra viam meias. In vulgata ver-
sione nihil sani.

v. 730. Μαργάρης τοις νύκτες εἴσομ] MS. I.
λαζαρ. Quæ hic Moschopulus & alii tra-
dunt de sententia Hesiodi, cur noctes

dicat esse Deorum, non sunt nauci. Ne-
mo Poëtam interpretatur tam hospes
esse debebat in lectione Poëtarum, ut
ignoraret illorum sententiam fuisse, no-
natum Deos versari in terra & hoc orbe no-
stro inter homines, interdiu sedes supe-
ras colere. Stat. I. Sylv. I.

— *Huc sub nocte silenti
Cum superis terrena placent, tua
turba relicto
Labetur cælo.*

Quintil. declamat. X. *Quotiescumque
domus fuerat grato sopore prostrata, ad-
erat ille, quales humanis se offerunt ocu-
lis propitiis Dii, quale letissimum nu-
men est cum se patitur videre. Sicut
omnis religio templorum, omnis religio
lucorum, cum tacuere mortalia, & pro-
fani procul, errare sedibus totis, solitu-
dine frui, & de suis dicitur exire si-
mulacris: ita juvenis meus noctibus
totis agebat filium, & paterna domo ac
penatibus suis fruebatur placidus & mi-
tis, & matri propitius, ut numen &
Deus delabi syderibus, & venire de li-
quido puroque aère videbatur. Sic le-
gendus hic locus, & distinguendus. Vul-
go malè habet. Hinc pleræque ἄπορεια
non solum apud gentiles, sed etiam in
sacris libris noctu dicuntur factæ.*

v. 732. Εὐτρής αὐλῆς] Aūlē non est
atrium, ut Interpretes existimant; sed
caula. uti ferè semper antiquissimis Scri-
ptoribus αὐλᾶι sunt mansiones ὑπαρχαὶ, in
quibus oves, capræ & alia animalia mi-
nora stabulabantur. Pollux lib. I. § 2
βοῶν ιστραι βεσσαρα, βεσσαρα, βεσσαρες. § 3
αἱ οὖς ἡ αἴγας, αὐλὴ καὶ σκάρα. Apollon. Ar-
gon. I. 575. & 1173. ac sappè apud Homerum.
Quoniam verò sub dio erant,
inde αὐλίστης & ἀχελώης est sub dio agere.
In Theog. v. 26. ποικίλης ἀχελώης, sunt
pastores sub dio agentes, non, ut Interpretes,
in agris pernoctantes. Quem er-
rorem quoque B. Lucæ Interpretes erra-
runt, in capite secundo: sed quem du-
dum castigavit If. Calaubonus.

v. 733. Μηδ' αὐδία γοῦ πιπάλεγμός τοιούτοιο] Immerito Proclus h̄c Hesiōdum exagitat, quasi in nimis exilibus tradendis versetur, & de rebus levibus præcepta præscribat, dum verba in propria notione accipit. Sed Hesiōdi verba sunt μυσικά τραγα. Hoc autem vult à concubitu etiam legitimo non rem sacram esse faciendam, ne domi quidem, nedum in publico, ni ante lauto & lustrato corpore. Tibullus:

— discēdat ab aris
Cui tulit besterna gaudia nocte Venus.

Hinc solebant se purificare. Suet. Aug. 94. de Attia Augusti matre, quæ cum draconे in templo visa sibi est voluntari: exp̄ges facta quasi ex concubitu mariti se se purificavit. Quin & alia negotia suscipere non licebat iis qui propter dormierant, nisi antea essent lustrati. Columell. XII, 4. de pistoribus, cocis, celiariis: His omnibus placuit eum qui rerum barum officium suscepere, castum esse continentemque oportere, quoniam totum in eo sit, ne contrectarentur popula, vel cibi, nisi aut ab impube, aut certè abstinentissimo rebus Veneris: quibus si fuerit operatus, vel vir vel fœmina, debere eos flumine aut perenni aqua priusquam penora contingant ablasi. Propter quod bis necessarium est pueri vel virginis ministerium, per quos promantur, quæ usus postulat. Nec Christianis olim licebat statim sacris operari, si cum uxoribus consueverant. Gregorius M. respons. ad Quæst. X. Aug. Episco. Ang. Vir cum propria conjugi dormiens intrare Ecclesiam non debet, sed neque lotus intrare statim debet. Paullò post: Et quamvis de hac re diversæ hominum nationes diversa sentiant atque custodi re videantur, Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post admixtionem propriæ conjugis & lavacri purificationem ab ingressu Ecclesiae paulatim reverenter abstinere. Sed quanto

rectius sapiens illa foemina, cùm consulteretur, quando post concubitum licet responderet mysteriis interesse, respondit; si cum tua uxore rem habuisti, statim, si cum aliena numquam.

v. 735. Μηδ' ἡπέλλειο πάροι] Tάρος h̄c non est bustum, sepulcrum, ut rufus male Interpretes, sed στάθμην, siliernum, coena funebris, quæ opponitur Διονύσῳ, hoc est convivio quod celebratur die festo, aut post sollempne sacrificium. Nullum enim sacrificium si ne epulis. Hesych. Tάρος τὸ μηβάνων στάθμην ἐτι τῇ θῇ καταχρήσιον πάροι. Tάρος est convivium quod celebratur in mortuorum honorem. Homer. Iliad. 4. v. 29.

Αὐτῷ ὁ τῶν τάρον μερικαὶ διάνυ. sed ille his funebres epulas lautas instruxit. Ab hac ferali coena redeuntes vetat Poëta liberis operam dare mali ominis causā, quia, ut puto, vana superstitione capti credebant minimè vitales futuros, qui ex hac μέσῃ procrearentur. Hinc vocat δυοφύεις, & quia Græci & Romani statuebant omnia feralia polluere propterea purgabantur ab exequiis redeuntes. Festus: Funus prosecuti redeuntes ignem supergradiabantur adspersi: quod purgationis genus vocabant suffisionem.

v. 748. Απὸ χερούλων ἀπομένεισται] Ab ollis nondum dedicatis. Sic verte. Χερούλης enim χέραι, ut Proclus aliisque monent. Alioqui sunt ἐχεῖαι τῆς μαγείας, foculi sive sint fixi, sive mobiles, qui carbonibus implebantur & quibus imponebantur olla, quæ & λάσσα dicuntur & ἀνδράπεια. Hesych. Ανδράπειον τὸ μηρὸν τεμάτων, η λίθος πίμελος ὁ ἐν δακτυλίῳ, καὶ χερούλων, η πάσσα μηρὸν κόμαρος. Sic scribendus hic locus, sine sensu vulgo legitur & laudatur à viris Græcè doctissimis χερούλαιον. Pollux X, 24. Χερεύπολες ἔστι οἱ οἵ λάσσα καλυμμόν τούτης, ὡς Διοκλῆς ἐν Μελίσσαις. Απὸ λασσάνων θερμὸν ἀραρίον. Εἰ δὲ τῇ φερτῷ τῇ Ιππάντῃ ιάμαντας εἴρεται χετεψηδεῖον. οὔσιον η περὶ Ησεΐῳ.

Μὴ δὲ χρηστόνδινον ἀπεπέμπεταιν τὸν θεόν.

τα.

Αλλὰ τότε μὲν ἔτερόν τι μηλοῦ. Τότε δὲ Δίφιλος ἐν διπλάρῳ λέγει, Χύτον μέχρι παρθενοῦ τοντού. Μηλοντόν τοντὸν χύτησα λέγει, ἄλλ' εἰ τὸ χυτεύοντα. Paucis interjectis: Χυτεύοντα καὶ τὸ καὶ ἀνθράκιον εἶπεν, Αλέξιδος εἰπόντος ἐν Λυμπίᾳ: Καὶ μήν περὶ τῷ ἀνθράκιον ἡ μίσθιος στίσαι τοντού καθαίμαντο μετέστη. Καὶ γὰρ ὁ στίσαις ἀγρότος ἦν καθάμας, ἢ ἄλλο τοντού ἀντέργον. Καὶ μήν ἀσέρεας στίσαις ἦν τὸ ἀνθράκιον τότε καὶ ἀσέρεα. Αεισφέρεις ἐν ταχιώτερης τοντού τοντού ἐχάσει. οὐδὲ Σηραγεῖς ἐν Ψυχαρεῖς. Πάσι τὸν κομισθεῖς μοι τὸν θυμαλώπων μετίη ἐχάσει. Apposui pluscula verba, quia ex illis discimus quid fuerit χυτεύοντος, τοντού, ἀνθράκιον, quod video ignorari. Plerique enim putant esse trullam, ut P. Septimius Florens, vir elegantissimus, in Aristophanis εἰρηνή, qui hos versus

— ἵναδε γὰρ

Περὶ τὸ πολέμιον τὸν λάσσων τῷ βαλῆ τοτὲ γρ. sic interpretatur:

— ante bellum hic scilicet

Trulla stetere in gratiam Senatus.

Cum non sint trulla, sed foci ad quos carnes coquebantur Senatui post sacrificia. Vide ibi antiqua scholia. χυτεύοντες autem sunt ipse χύτης οὐανθήκων, ut templo lapidata apud Sueton. Calig. 6. non sunt grandine icta, ut exponit vir plurimæ lectionis C. Barthius in Adversariis, sed Dii lapidibus impetiti. Veteres autem nullis vasis solebant antè uti ad cibum potumque capiendum, nisi

antè lustrata essent libatione ex iis Diis facta. Proclus ad hunc locum οὐδὲ χύτης μη περιπτωτὸς φάγηται πειν απέστητος εἰς αὐτὸν τοὺς θεοὺς. Ex ollis non antè cibum capias, quam ex iis Diis libaveris. Sic patinam dedicat Vitellius apud Suetonium: Hanc quoque (cænam) superavit ipse dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudinem clypeum Minervæ Aixide τονέχη dicitabat. Hoc Latinis propriè est imbuere, quia tum vasa illa imbuebant vino quod Diis libabant. Inde postea imbuere de omnibus rebus, quæ primo usui nostro accommodantur. Catullus de Argo nave: Illa rudem cursu prima imbutit Amphitriten. Etiam de ipsis hominibus dicitur: Florus II. 3. Costidiani & domestici hostes tyrocinia militum imbuebant. Tacit. I. ann. 26. Imbutaque præda manus in direptionem Galliarum eruperas. Id. III. Hist. 15. Ut civili præda miles imbuueretur.

v. 750. Μηδὲ τοῦ ἀκράντην καθίζειν] Redde axiūta Veteres exposuerunt τάφος. In bustis enim stare, sedere, imd busta videre habebatur pro diro & infasto omne. Quam superstitionem gentilium derider Theodoretus sermone VII. Separantur διάλεκτοι τοῦ τάφου. Μέντος ιωνιαράντη τὸ μετάλλευτον τοῦ τάφου. Nefas babetis accedere ad sepulcra. De his multa viri doctissimi notarunt ad Theophrasti characteres.

C A P U T XXIII.

Vulgatus index Ημέραι expunctus. Fausti dies & infausti, sicut & horæ in fastis notatæ. Commoda sydera. A Jove omnes dies. Hesiodus emendatus ter. Πεπικασμός. Antiqua lectio Poëtæ vindicata. Τιμπλετάριον ήμαρ. Quaternarii numeri sanctitas. Φίων αἰόλα, Πλανίολος. Nicomachus Gerasenus & Anonymus antiquus Scriptor correctus & explicatus. Hesiodo lux. Orcus. Opes sepulcrum. Menandro medicina. Orcus perjurii vindex. Virgilius defensus. Hesiodus denuo correctus. Μετιδόσμι.

HΣΙΟΔΟΤ ΤΟΤ ΑΣΚΡΑΙΟΤ
ΗΜΕΡΑΙ] Nec hic index in Vossii codicibus, nec in Gudii Proclo est. Quin nec ullum distinctionis vestigium appetit. In nonnullis tamen libris recentioribus titulum istum exstare viri docti monuerunt, in Veteribus vero non conspici, à quorum auctoritate nobis discedere religio est.

v. 765. Ημέραι δ' in Διδωνι] Veteres, ut etiam nunc superstitionis homines, alios dies faustos, alios infaustos ac inauspicatos ad aliquod opus inchoandum ducebant, quos vocabant ἀνηγέδεις, ἀνανίας Latini *Egyptios, omiales, religiosas, incommodos* (sicut contrà ea *commoda sydera* sunt fausta. Propert. II, el. 26. *Queritis δὲ τὸν οὐρανὸν Πθανικὸν inventa sereno ηὔτη στέλλα βομβίνη commoda, quaque mala.* Eodem modo Græcis ὥμηραι θηταῖδεις, & ἀνανίδεις) qui in veterum fastis erant notati ut semper cognosci possent ab aliquid aggressuris, felix ne esset ille dies, nec ne. Petronius narrat in triclinio Trimalcionis duas tabulas suis in utroque poste defixas, quarum altera *luna cursum, stellarumque septem imagines pictas*, (sc. habebat) δέ qui dics boni, quique incommodi essent, distinguente bullâ notabantur. Non vero dies tantum sed & horæ fau-

stæ habebantur, aliæ infaustæ. Quod & Proclus observavit addens Diis dicatum esse meridiem, Heroibus vero tempus pomeridianum, ideoque esse inauspicatum: auspicatissimum vero matutinum & vespertinum. Hinc superstitioni nihil auspicabantur, nulli se accingebant operi, nisi inspectis ephemeridibus, ex quibus capiebatur dies & hora fausta. Juven. Sat. VI. v. 576.

Ad primum lapidem viciari cum placet, hora

Sumitur ex libro: si prurit frictus ocelli

Angulus, inspecta genesi collyria poscit. &c.

Hæc superstitione primùm ab Ægyptiis profecta, unde dies *Ægyptiaci* dicuntur. Augustinus in epistolam ad Galatas: *Jam vero ne aliquid incibetur aut edificiorum, aut ejusmodi quorumlibet operum diebus, quos Ægyptiacos vocant, sæpe etiam nos monere non dubitant.* Damnati sunt à Conciliis & Patribus primæ Ecclesiæ. Meritd. Nec tamen nostrorum fastorum auctores ab hac ridicula gentilium opinione possunt deduci. Tam difficulter inveteratæ opinions & errores eradicantur. Hesiodus autem felicitatis dierum & infelicitatis causas tribuit Jovi.

LECTIONES IN OPERA ET DIES. 341

Ηματι δὲ ἐν Διάθετι πολλογιδίῳ τὸν κατὰ μῆνας.

Dies vero ex Jove observans ut decet.
Et paulo post:

Ἄντες δὲ οὐδεὶς Δίος παρέμενες.

Dies enim sunt à Jove sapiente. Ubi malè Interpretes: hoc enim dies. Omnes dies sunt à Jove. Noster iterum:

Οὐαὶ γὰρ τοῖς οὐδεὶς εἰσὶ Δίος παρέμενες.

Quotquot noctes ac dies à Jove sunt. Ut mirer doctos viros hinc tricari. Superius in Ἑρού. v. 563.

Εὖτ' αὖ δέ εἴκοστα μὲν προπόλεις μελίσαι

Χίμαιεὶ ἀκταλόῃ Ζεὺς ἡματι.

Cum autem sexaginta post brumam hybernos dies Jupiter exegerit. Homerus:

Τοῦ γὰρ οὐρανοῦ θηραῖον ἀνθρώπους

Ολοὶ εἰπεῖν οὐκον πατέρας τοῦ Θεοῦ

πει.

Talis est hominum terrestrium mens
Qualem diem inducit pater deorum

& hominum.

Sic enim antiquissimos accepisse hos versus testantur Eustathius & Sextus Empiricus lib. V. adversus Mathematicos, qui Chaldaeorum opiniones expludit. Vide & viri præstantissimi & magnæ eruditio-
nis Merici Calauboni, magni parentis dignissimi filii dissertationem de hoc Homeri loco, æternum monumentum amicitiae, quæ inter nos intercedit.

v. 765. Τετραγένεια μήνος] Tetragesima est ultima dies, sive trigesima cuiusvis mensis. Veteres olim singulos menses credebant esse triginta dierum, quamvis id, si calculos ponas accurate, verum non sit. Solon, teste Plutarcho, hunc trigesimum diem vocavit ἑταῖρον τὴν πατέρα, veterem & novam, quia pars ejus diei pertinebat ad lunam veterem, pars ad novam. Vide quæ hinc notant Proclus, Moschopulus, Tzetzes, & in primis Petavius in variis dissertationibus ad Uranologiam, Lib. IV, cap. 13.

v. 781. Σπέρματος ἄρχαδι] MS. I. σπέρματος δίωδι, quod & in secundo habetur pro varia lectione. Metri causa le-

gendum δέονται. Sed vulgatam non damno.

v. 783. Κέρη δὲ σύμφορές δὲν] MS. I. σύμφορος.

v. 785. Κέρη τὸ γνέων] Nullus dubito quin omnes probaturi sint MS. I. lectio-
nem: κέρης γνέων. Sic quoque legendum versu 794. κέρης δὲ τὰ περάς. Vulgo in-
epit: κέρη δὲ τὰ περάς. In recentissimis editionibus cum jactura metri, κέρη δὲ περάς.

v. 793. Ισορε φῶτα Γίνεται. μίγα χάρη τοιούτοις παπυροσμόν δέν] MS. I. γένεται. MS. II. μάλα. Sic & Palatinos codices legil-
se testatur Commelinus, quibus adstipu-
lantur editiones Basileenses Isingrini &
Oporini, quas sequor. Ibidem malè non-
nulli scribunt παπυροσμόν. παπυροσμόν
enim Græcis dicitur homo prudens, &
versutus eadem ratione qua Latinis cal-
lidus, cujus scilicet animus ita rerum
usu occalluit, ut falli facile non possit.
Phædro retorridi dicuntur. Hoc verò
sine præclaris ingenii dotibus consequi
nemo potest, et si à primis annis in luce-
fieri & hominum fuerit versatus.

v. 797. Περίλαξο δὲ θυμῷ περάδε ἀλεβά-
δι] Hos tres versus ineptissime & im-
peritissime verterunt Interpretes: cau-
sus verò est animo ut quartum vites
desinentis & incboati mensis, doloribus
conficiendo animo, valde hæc accommoda
est dies. Nihil potest fingi imperitius,
nihil insulsius. Miror viros eruditissi-
mos, qui hunc Poëtam ediderunt, istam
inscitiam non castigasse. Hesiodi vero
hæc mens est: Τενέτο νέοντα μνήμην
quarto die ut vites finientis & incboanti-
tis mensis doloribus conficiere animum;
valde hæc sacra est. Vides sententiam
Poëtæ rectâ adversari Interpretum La-
tinorum versioni. περίλαξο θυμῷ, ut supe-
rius: έτι θυμῷ δὲ τὸ πάντα φύλασσε, animo
autem studiose omnia custodi. Τεπιλορί-
τος θυμῷ est inέρ, ut apud Gregor. πλὴν
ἴσορτο est festum celebrare. ιορτὴ δὲ Χειρῷ
πελμάτην, festus dies Christo dicatus, qui
cele-

celebrator in honorem Christi. Quis ignorat τελετάς? Quarta verò finientis mensis est quarta & vicesima mensis dies: quarta verò inchoantis est quarta à kalendis. Apud Græcos enim in quolibet mense tres erant quartæ dies, πεντηκοπήματα, πεντηκοπήματα, πεντηκοπήματα. Prima quarta, πεντηκοπήματα, est quarta à kalendis: secunda quarta πεντηκοπήματα, est quarta post decimam: tertia quarta πεντηκοπήματα, est quarta post vicesimam. Sic etiam sunt tres tertiae, quintae, sextae, septimae, octavae, nonae in singulo mense. Paullò ante μέσην πεντηκοπήματα, mediae quartæ meminit, quæ est quarta decima, πεντηκοπήματα. Versu 812. & sequentibus tres nonæ, ἡράδις commémorantur. Et hæc satis obvia, quæ non notassem, nisi viderem esse qui nesciant qui per πεντηκόπειον ή ἵστημα μῆνα dies sint intelligendi. Ceterum numerus quaternarius quād sanctus fuit antiquis, præcipue Pythagoreis, & quam vim ei tribuerint neminem paullò humapiorem fugit. Inter varia cognomina dictus etiam fuit φίος Αἰολός. Nicomachus Gerasenus in Λειτουργίᾳ Στολογερμάτων libris: Η δὲ πεντε πάλιν αὐτοῖς Στολαὶ μήνον, ἄλλη θεός, &c. Εἰ δὲ αὐτοῖς τῷ πεντηκοπήματα πρὸ τοῦ κλεισθύρων φίος, &c. ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ φίος οὐδὲ Αἴολα. Verit A. Schottus: *Quaternarius item magno ipsis est miraculo, novus Deus &c. Fons ipsis est naturalium effectuum, atque naturæ claviger, &c. Imo natura ipsa est & varietas.* Sed num Αἴολα est varietas? Meursius in denario Pythagorico legit: Αἴολοι φίοι ex Anonymo in Theolog. Arithmeticis: Αἴολοι φίοι καπονθημάζον τῶν τετράδων τὸ ποικίλον ἐμφανούντες τὸ οἰκεῖότερον καὶ ὅτι ἐκ ἄντες τάντος ἐν καρδιᾷ θεούσινος. Μὴ δέ τοῦ κλεισθύρων πρὸ τοῦ φίοντος αὐτοῖς πατεράχει ἐπωνυμάζον. Αἴολι naturam appellabant quaternarium, varietatem proprietatis indicantes: & quod absque eo non sit universalis constitutio, unde etiam clavigerum naturæ quemdam

ipsum undique cognominabant. Sed quid est Αἴολι natura? Αἴολus Vulcaniarum Insularum Rex fuisse traditur, & celestium motuum peritus, ideoque ventorum dominus. Quid verò ille ad naturam rerum omnium parentem? Rechè se habet lectio Nicomachi, nisi quodd copula sit exterenda, legendumque: ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ φίος οὐδέ. Dorica Dialecto, qua utebantur Pythagorei & omnes magnæ Græciae incolæ pro αἴολῳ. Sic vice versa emendandus Anonymus ex Nicomacho, non contrà. Αἴολος, & Παναίολος sunt φίοις propria epitheta. Ratio nemini potest esse obscura. Inscriptio antiqua apud Gruterum:

Φ Τ Σ Ι Σ · Π Α Ν Α Ι Ο Λ Ο Σ

Π Α Ν Τ. Μ Η Τ.

Fuit, qui me reprehendit, quod Nicomachum Gergasenum dixerim, uti vocatur apud Photium, præfatus nullos umquam fuisse Gergasenos, sed eos dici Gerasenos. Verum si Photio non credit, credat Matthæo, qui eos vocat, Cap. VIII. 28. *Gergesenos.* Nimirum eadem urbs vocabatur Γέρασα, & Γέργεσα, incolæ Geraseni, Gergaseni, & Gergeseni, quos etiam hoc nomine appellat Josephus II. de Bello Judaico 20.

v. 804. ορκον πιννυθεας] Interpp. *Perjurium vindicantes.* Quis audivit ὄρκον esse perjurium? ὄρκον ἀγελαιεν est jurisjurandi fidem violare, perjurum fieri. Sed ὄρκος numquam simpliciter est perjurium. Ceterum in MS. I. legitur: ὄρκον γενέθμων. *Orcum natum.* Sanè sic legisse videtur Virgilius: *quintam fugē: pallidus Orcus Eumenidesque satā.* Ubi Servius: *Hesiodus Orcum quintā lūnā dicit natum.* Ex Celso quoque tradit Orcum esse jurisjurandi Deum, pallidum dictum quia jurantes trepidatione palecant. Apud Orcum enim defunctas animas jurare, ne quid suos, quos in vita reliquerunt, contra fas adjuvent. Or-

Orcus Latinis est Pluto, summus inferorum Deus. Cic. in Vert. *Ut alter Orcus venisse Aetnam, & non Proserpinam, sed ipsam Cererem rapuisse videtur*, hoc est, alter Pluto. Plaut. Poen. I, 130.

Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiserit.

Et sic Latini frequenter. Nonnullis tamen non Pluto, sed Charon Orcus est. Glossæ Philoxeni: Orcus χάρων. Quin & Silius Italicus Cerberum dicit Orcum.

Illatrat jejunis faucibus Orcus

Armenti quondam custos immanis Iberi.

Ut Veteres videantur omnibus inferis tribuisse nomen Orci, quod à Græcis illos accepisse certum est, quod ὄρκος vocarunt sepulchrum, ut benè observat Maximus Scaliger ad Varronem ex Menandro:

Οὐ πώποτε ἐγένετο πολυτελή τυχεῖν.

Eis τὸν ὄρκον τὸν σφεδρόν ἔρχεται πότελον.

Numquam invideo mortuo opulentio, in simile sepulchrum venit etiam valde tenuis. Sic hic locus legitur; pro quo male substituit vir summus ὄρκος recte tamen scriptit πότελος, cùm aliter legere tur πότελος. ὄρκος sanè fuisse Deum inferorum, patet ex hoc loco Hesiodi, qui illum conjungit cum Furiis, & natum dicit ab Eride in perjurorum poenam. Vide & in Theog. v. 231: *Sicut autem ἄδικος, hoc est, Pluto, sic & ὄρκος inferorum Deus pro sepulchro ponitur.* Ex lectione autem nostri codicis appetit Virgilium non esse hallucinatum, quod Salmasius in libro de annis climaætericis


contendit, cùm scripsit Orcum natum esse quinto die. Sic enim invenit in suis exemplaribus, ut legitur in primo Voßiano. In hoc tamen abit à sententia Hesiodi, quod illo die Erinnidas quoque natas canat: cùm Hesiodus tantum dicat illas versari apud superos, ad vindicanda sclera flagitiosorum hominum. Sed forsitan in hoc secutus est Orpheum, & Melampodem; qui & ipsi commodorum & incommodorum dierum ephemerides ediderunt cùm illorum causis, ut Græci Interpretes, qui illorum testimoniis sèpè utuntur, ostendunt.

v. 812. Εἰδὼν μὲν γὰρ τὸν ἀνὴρ φυτεύμενον] MS. I. εἰδὼν μὲν γὰρ τὸν ἀνὴρ φυτεύμενον. Bona liquide est hæc ad plantandum.

v. 818. Παῦροι δὲ τὸν ἀληθίαν καλόντες] *Pauci veracem dicunt.* Inde Virgilius ait illum diem esse contrarium furtis. *Nona fugax melior contraria furtis.* Furibus enim fraudi est veritas. Hic est hujus loci sensus, quem & Salmasius ὁ πάτερ vidit.

v. 820. Μέσον παῦροι δὲ αὔτη μετ' εἰρήνῃ] MS. I. μεσόν παῦροι δὲ μετ' εἰρήνῃ quod placet. Subintelligendum autem hinc ἰστον. Paullò antea rīa πολυκλεῖδα perperam vertunt *bene clavatam*, cùm sit πολυκλεῖδος in qua multa sunt sedilia remigum. Κλεῖδα enim sunt transtra. v. 823. Μετάθυντοι sunt μεταξὺ ποτίους, dies intercedentes, qui inter faustos & infastos volvuntur. Vulgo incerti vertunt. *Δύνατος* est πίστις. Unde Catadupa Ciceroni Nili catarrectes dicitur, quod de altissima rupe præceps cadat.

Δόξα τῷ Θεῷ.



VARIORUM NOTÆ

I N

H E S I O D U M.

X x



VARIORUM NOTÆ

IN

THEOGONIAM.

V. 1. **M**ουνιαν Ελικωνίδων ἀρχιμεσ' ἀριστήν] Piores centum quindecim versus sunt suppositi. Theogonia incipit versu 116. Ήτη μὲν ερώτης χάρος φύτ' &c. *Clericus.*

1. Ελικωνίδων] Rectè vetus Scholastes patrias Musas à Boeoto vate invocari obseruat. *Helicon* mons fuit Boeotiae, ita dictus à Phoenicio *bbalik* חַלְיִק aut *bbalikon*, quæ vox monstrem alium sonat. Vide *Sam. Bochartum Lib. I. Chanaanis, Cap. XVI.* ubi ostendit plenam fuisse Boeotiam & colonis & nominibus Phœniciis. *Clericus.*

2. Ζέστην] *Divinissimum* montem vocat, propter numerum Deorum, qui in eo versabantur; quales Musæ, Oreades, Dryades, Naiades &c. Infrà v. 129. vocat

— μῆτα μαρπὰ διάν τελέτην πρατελεῖς
Νυμφαν.

Longos montes Deorum grata habitacula Nymphaarum. Clericus.

3. Ιανθίνα] Malim μαλέρυπον interpretari. οὐ τὸν ἐν ferragine, quia eo epitheto significatur copia aquæ; quæ non est *ἰανθίνη*, nisi sit profunda, ac proinde copiosa, & perennis, quæ laus est fontis. Ided *Homerus*, & post eum *Hesiodus* vocant *ἰανθίνην*, id est, profundum. Ided Poëtae Latini *cæruleos* fontes vocant, ut *cærula Liriope* dicitur *Ovidio Metam. III.* Confirmatur hæc interpretatione, ipsâ significatione propriâ vocis,

quæ significat quod habet *ἰανθίνη*, seu *speciem* *ii.* Non potest autem dici fons *speciem* habere *floris*, licet sit floribus cinctus; sed rectè dicitur habere *speciem ferruginosam*, ad colorem quod attinet. *Clericus.*

4. Και βασιλικὴ λειτουργία Κεριῶν] Non modò in altaribus sacra faciebant, in honorem Deorum, sed & circa illa choræs agitabant. Vide not. ad Exod. C. XXXII, 6. *Clericus.*

5. Περιπολοῦ] Intellige *ἰανθίνη*, aquæ, quod in versione extimendum fuit. Permissus est Phœniciè פָּרָמֵץ *pbeer-metso*, hoc est, *patus* aut *fons purus*, nam Radix פָּרָמֵץ hanc significationem obtinet, apud Arabas. Commodior hæc visa derivatio quam *Bocharti* בָּאָרֶתְּמִינְזָה *beer-metso*, fons processus, nempe, *aqua-rum*. Fons est, aut fluviolus ex Helicone profluens, & qui cum Olmio confluens in Copaidem lacum. Vide *Strabonem Lib. IX.* *Clericus.*

6. Ιπποκρίνη] Phœniciè dixeris, ut rectè *Bochartus*, eodem loco, פָּרָמֵץ *happigran*, quod *fontem erumpentem* sonat, & corruptum in *Hippocrenen*, ortum fecit fabulæ, quasi esset *xplūn* in *τε* fons equi, seu ab equo excitatus. *Clericus.*

Ορυκτὸν] Phœniciè voce, חַול מִין *bbol-majo*, dulcis aquis, eodem conjectore. *Divinus* dicitur, propter memoratam rationem, cum de Helicone sermo esset, ad v. 2. *Clericus.*

8. Επεξόδουτο] Firmiter saltabant. Ita vero, cùm aliæ editiones habeant verbem *tripudiabant*. Vox Græca *vim & agilitatem* denotat. Hesychius Pálmuν ἡ ἵχη ἐπίβαλον. Et firmiter saltare decorum habetur. Sic. Schol. Antiq. Εργάσιμον ἡ σωτήρας ὥρχυτο, ἢ δημοφίαν ἔχειν. Rob.

9. Ήσει πολλῷ] Pleræque Editiones habent πολλῷ. Sed MSS. Gresh. & Bodl. scribunt πολλῷ, quam quidem lectionem præfero; àīg enim frequentiū masculino genere usurpatatur. Rob.

10. Οαντα] Τὸν θεῖαν φονίν, καὶ τὸν θεῖαν κλυδόνα, ὃς περ Ομήρῳ ἡ οαντα ἀκέουσι — Ex Διὸς. Schol. Ant. In sacris Scripturis majestas quædam terrifica, & vis fatalis Jebovæ voci attribuitur. Vide Deuteron. 4. 33. 5. 25. | Psal. 18. 13. | 46. 6. | 68. 38. Credebat etiam Ethnici longè diversam esse deorum vocem ac hominum. Sic Virgil. Aen. l. 1. *Nec vox hominem somnati; O dea certe!* Oaa verò non aded stricte pro *divina voce* usurpatatur, quin sæpè cujusvis animalis vocem significet. Vide infra v. 831. Quod ipse etiam Scholiares postea agnoscit — Πάσσω τὰ φονίν ὁ Ησίοδος οαντα καλεῖ. Rob.

16. Ελικοβλέφαρον] Volubilibus palpebris, id est, *ραβαν*, ut Venerem vocabant Latini. Lascivitatem est indicium nitare frequenter, & signum amantium. Clericus.

16. Ελικοβλέφαρον] Vetus Schol. expōnit *arcuatis*, vel *orbiculatis* palpebris — τὸν εἰλικοεῖν, καὶ σρογγύλα, καὶ φευφρήν, καὶ στρακαλασσένα τὰ βιέραρα ἔχοντα, ἐκ μεταφορᾶς τῆς τούτης εἰλικον. Quæ quidem interpretatione bene convenit significationi vocis εἰλικεῖν, *torquere, volvere*. Interpretes autem Homerici, & Lexicographi penè omnes exponunt, *nigrum*. Et Hesychius. Ειλικόν, μίκαν. Rob.

30. Καὶ μοι σκηνήσον ἴδον, δάρμον τειδηλόν ὅσον] Scholiares postquam dixit *Heliconem* πονιδαφόν esse, & laurum sequē potuisse esse donum Apollinis, ac Musarum, quæ ad rem non multum faciunt, veram ejus rationem reddit hisce verbis: παρέστον ἡ δάρμον ἐπεργῆ τὰς ἴδησασαις. Σφρολῆν ἐν Καστόνθρᾳ δάρμον φεγγὸν ὄδοντη πείστη σόμα. καὶ Λυκόχρον δάρμον φεγγὸν φοίβαζε εἰλαμῶν ὅπα. καὶ τὰ ποιήματα δὲ μηδέτερον εἴρηται: *quia laurus efficax est ad afflatu creandos*. Sophocles in *Cassandra*: Cùm comedisset laurum, derritis instar ferræ in ore concutiebat. Et *Lycophron*: cùm laurum comedisset, vaticinabatur emittens vocem è gutture. Certe Poëmata Dei afflatu sunt effusa. Sequentia verba rem dubiam esse non patientur. Cùm ergo Laurum sibi traditam dicit *Hesiodus* à Musis seque ab iis afflatum, perinde est ac si facultatem poëticam sibi ab illis concessam diceret. Quam in rem, paucula ex *Claud. Salmasio* hinc apponemus. Sic ille in *Sohni Polyhistora* p. 609. ubi postquam multis ostendit ἑατροὺς dictos fuisse τὸν τὸ γένετον τὸν φόδον, quodd veluti consuerent varias partes Poëtarum, quas canebant, non τὸν τὸ γένετον, addit: “Antequām mos ille τὸν ἑατροὺν aliena carmina natus ac νοτος esset, auctores ipsi ac Poëtae hymnos & alia carmina in honorem Deorum & se composita sic pronunciare consueverant, cum virga è lauru in manibus. Dicebantur δὴ γένετο φόδον. | *Pausanias* pag. 586. Lib. IX. seu Boeoticis de *Hesiodo*, qui cum cithara pictus erat: ἦδε την Ησιόδην οἰκεῖον φόρμα. δῆλα γὰρ δὴ τὸν τὸν φόδον τὸν τὸν γένετον: nequaquam fuit proprium *Hesiodo* gestamen; manifestum enim est, etiam ex ipsis ejus versibus, cum ad lauri ramum cecinisse. Intellegit hos versus ex *Theogonia*, Καὶ μοι σκηνήσον &c. Traditum sibi à Musis ex lauri ramo baculum dicit. Tamquam vati futurorum præscio, non tamquam Poë.

“ Poëtae, datum possimus interpretari,
“ propter illa, ὅτε κλίσιμη τάτ’ ἐποίησα τοῦ
“ τ’ ἔργα. Sed Poëtica erat conjuncta
cum afflato, non minus ac vaticinandi
facultas; imò non erat sine vaticinatio-
ne, cùm non possent scire Poëtae gesta
apud Deos, aut clara apud homines, aut
ante omnem hominum memoriam; vel
potius fingere se ea scire, nisi simul af-
flatum simularent. Pergit *Salmasius*:
“ Laurum gestabant & admirabant,
“ qui vaticinandi scientiā callere vole-
“ bant, unde διηγηθεῖν vates. *Asclepia-*
“ *des*, in statuam *Homeri*:

“ Καὶ οὐκ εὐλογίτηλον ἐρωτάμεναι εἰδὲ ταῦ-
“ ταὶ

“ οὐκέτις δέρψις ἡγένη ἀκρέμονα.

Fallitur, ut sàpè Critici, qui non signi-
ficant unde de promiserint quæ dicunt.
Epigramma est in statuam *Hesiodi*, quod
legitur Lib. IV. Anthologizæ, p. 368. Ed.
H. Stephani. Integrum ita habet:

Αἴται ποιμάνοντα μονυμεῖα μῆλα οἱ
Μίσται

Ἐδρανον ἣν κρανοῖσιν ὕρσιν, *Hesiodi*.

Καὶ οὐκ εὐλογίτηλον ἐρωτάμεναι εἰδὲ πᾶσι
οὐρέας δέρψις ἡγένη ἀκρέμονα.

Δῶκε τὸν κριών Ελικόνιδος ἓντον ὕδηρ,
Τὸ πτερύν πάλιν τεχθεῖν ἐκοψεῖ ὄρυξ,

Οὐν σὺ κορεστάμενος μακάρων γέρον, ἔρχεται
μολπῶν,

Καὶ γένεται ἀρχαῖον ἔγραπτος νῖστος.

*Ipsa pascentem meridie oves Musæ vi-
derunt te in asperis montibus, Hesiode;*
Ἐτi pulcra folia babentem decerpente-
tes omnes porreverunt lauri sacrum ra-
mum. Dederunt verd̄ fontis *Heliconis*
divinam aquam, quam volucris equi
prius erupit ungula. Quā tu satiatus
beatorum genus, Ἐρες gestas cantibus,
Ἐt genus priscorum descripsisti juve-
num. Sed audiamus *Salmasium*: “Pau-
sanias de virga laurea accepit, cum
qua Veteres Poëtae carmina sua reci-
tabant. Quem morem etiam postea
ἐχαράκθι imitati sunt, qui aliena pro-
nunciarunt. Nam & hi virginem ē lau-

“ ru tenebant, cùm carmina recitarent
“ ex aliquo Poëta. Cetera apud ipsum
legentur. *Clericus*.

32. Τά τ’ ἐποίησα τοῦ τ’ ἔργα] Poëtice,
nempe, est μαντεῖας genus, unde Poëtae
Latinis *Vates*. Utinam extaret integer
Liber VII. *Strabonis*! Aliquid hac de
re haberemus, in descriptione Pieriae,
cùm legamus in excerptis, quo loco de
hac regione egerat, ὅπον τὰ πελάσια, οἱ μάν-
τεις ἢ μαντικὴν εἰργάζοντο: olim vates exer-
cuisse Ἐρευνητὴν *musicam*. *Clericus*.

32. Οἱ κλίσιμη] Vulgo legitur ὅτε κλύ-
σιμη. Sed ex fide MSS. restitui κλίσιμη.
Dixerat poëta ἵτε πεντακόσιοι μοι αὐδήν θείν.
Non autem necesse erat ut Musæ ei vo-
cem inspirarent ὅτε κλίσιμη, ut intelligeret,
sed ὡς κλίσιμη, ut caneret. Rob.

34. Σφᾶς δὲ μάντεις φερούσι τὸν ὑστερὸν αὐτὸν
ἀσθετικὸν] Imitatus *Horatius* Lib. I. Ep. I.
Primā dicit mibi, summā dicende
Camænā,

Mecenas &c. Clericus.

35. Αλλὰ τὸν μοι ταῦτα φέντε δῆμον ἢ φέντε
πέντεν] Hoc est, φέντε τὰ τέλον σκοτῖ, subin-
tellige λέγεται. *Guilielmus*.

35. Αλλὰ τὸν μοι ταῦτα φέντε δῆμον ἢ φέντε
πέντεν] Hoc est, quid hæc ad rem, quam
aggregatus sum? ut recte Scholia stes. *Ho-
merus* paulid aliter hanc Paræmiam pro-
fert *Iliad.* X. v. 126. ubi Hector de in-
anibus sermonibus, quos Achillem latu-
rum non fuisse, si ad eum adisset, sus-
picatur :

Οὐ μάν περ τὸν δῆμον τὸν δημούσιον, οὐδὲ τὸν πέν-
τεν,

Τὸ δασεῖτερον, ἀπὸ παρθένος νῖστος τε,

Παρθένος νῖστος τε δασεῖτον ἀλλότον.

Non quidem ullo modo nunc licet, ἡ
quercu, neque ἡ petrā cum hoc confa-
bulari, ut virgo & adolescens, virgo, in-
quam, & adolescens, confabulantur. Vo-
lunt Scholia stes ortam loquitionem ex
veteri fabula, quā homines ex lapidibus
aut quercubus nati ferebantur, & quæ
pueris sermones præbebat, adeoque ina-
nes sermones signari. At non video qui
lo-

locus *Hesiodi* hinc possit explicari, cuius sensus est is quem diximus. Crediderim potius peritum adagionem ex iis, qui aggressi montem, aut sylvam describere, ad alia divagarentur, quæ à scopo aberrant. Est tamen alias locus *Homeri*, ex quo sententia sua confirmationem petere posse primo intuitu videntur. *Odyssæ* r. v. 163. cùm rogasset Penelope Ulyssem, quem non agnoscebat, unde esset, addit:

Οὐ γέ τινες ἄρτοι πλανάσσου, οὐδὲ πάντες.

Non es enim à vetere quercus, aut à petra. Quibus in verbis, *Homerus* alludit ad memoratam fabulam; sed is sensus neque alteri loco *Homeri*, neque versui *Hesiodi* aptari potest. *Clericus.*

36. *Tuīn Mūzian ἀρχόμενα*] Tò tuīn hic age; agedum significare videtur. Sed hic omnino scribendum videtur, τοίνυν Μυζάν αρχόμενα. hoc est, οὐδὲ τοῦ Μυζάν αρχόμενα. Hesych. τοίνυν οὐδὲ τοῦ. Hunc locum respexisse videtur. *Guictus.*

38. *Eἰπεν τά τ' ἔντα*] Iisdem utitur verbis *Homerus* Il. a. v. 70. de Calchante Græcorum vase,

Οὐδὲ τά τ' ἔντα, τά τ' ἐνόπλα, οὐδὲ τ' ἔντα.

Plurimi præterea versus apud utrumque poëtam iidem occurunt, quorum nonnullos suis locis infra norabimus, ex quibus placuit aliquibus inferre *Homerum* *Hesiodo* antiquiorem fuisse. Perperam omnino; nisi aliis argumentis probari possit *Hesiodum* potius *Homerum*, quam hunc illum imitatum esse. Porro dehinc videre est à priscis etiam temporibus vaticinandi artem poëtis attributam fuisse; unde etiam à Latinis *Vates* appellantur. Vide quæ in hanc rem jocatur *Lucianus* in Dialogo cum *Hesiodo*. *Rob.*

39. *Ομηρόου*] *Hesychius*: ὁμηρέων, συμφωνεῖ. *Ομηρόου*, τὸ συμβολῆσσον ὁμηρόου, ὅμη λέγουσα. *Ομηρέων*, ὅμη εἰρωάδων (l. ἀριθμῶδες) συμφωνεῖ, hoc est, concinere, ex ὅμη simul & ἴση, dico. Hinc credi-

bile est nomen factum *Ομήρῳ*, qui postquam carminibus suis innotuisset, non amplius *Melesigenes*, sed *concentor*, quasi *Musarum*, dictus est. Nomen ei inditum fuerat *Melesigeni*, à fluvio *Melete*, qui non procul à Cumis *Aeolicis* fluit, & ad quem eum mater *Critheis* pepererat, ut docet *Herodotus*, in ejus vita, Cap. III. Idem oculorum usum amississe eum narrat, Cap. VII. & propterea Lingua Cumæa Cap. XIII. ὁμηρος dictum, id est, *cæcum*. At vehementer suspicor opinionem de cæcitate *Homeri* fictam à Cumæis, quod nomen ejus perperam ex Lingua sua interpretarentur; solent enim Græci, ex nominibus perperam intellectis, historias fingere, ut vel ex nomine *Hippocrenes*, de quo diximus, colligere est. Profectò multò verisimilius est, tantum Poëtam cognomem ex arte adeptum esse, quam ex infortunio. *Clericus.*

40. Γέλαστος περιπάτησαν] Hoc est, summa voluptate afficitur coeli regia. Poëtae passim & dolorem, & gaudium tribuunt rebus inanimis, ut significant maximam esse rationem dolendi, aut lamentandi, & quæ vel ipsa inanima, ut solet dici, mouere possit. *Theognis* initio, cùm alia de Apollinis natalibus dixisset, hæc habet:

— εὐλαύνει γάλα πλάστη,
Γέλαστος περιπάτησεν ἀλός πολίν.

Risit magna terra. *Lucretius* ad Venetum Lib. I. v. 8.

— tibi suaves dædala tellus
Submittit flores, tibi RIDENT
æquora ponti.

Ad quem versum, vide quæ collegit *Dion. Lambinus*. *Clericus.*

44. Θεῶν γένος, καὶ τὰ εἴδη] Probè animadvertisendum hæc signari tria genererum, I. Terram & Cœlum, quæ ante omnes Deos, qui *Hesiodi* ævo maximi habebantur, fuerint: II. Deos ex hisce genitos, οἱ τὰ εἴδη θεῶν Θεοὶ διῆπερ εἰσι, qui *Dii ex hisce geniti sunt datores bonorum*,

norum, quos enumerat à v. 116. ad 155. Hi dicuntur ab Hesiodo Dii, quod nomen denegatur Coelo & Terræ, suntque veluti prior Deorum ætas: III. Altera est filiorum Saturni, quos significat hoc versu Hesiodus: Δεύτερη διπλή Ζώνη, Θεοί τετράς ἡδὲ τὸ ἀρδεῖν, hoc est, secundo loco Jovem, qui est Rex Deorum, qui nunc potissimum coluntur, & hominum. Qui vivebant Hesiodi ævo, & superioribus aliquot ætatis, duplum hunc duntaxat ordinem Deorum norant, hoc est, hominum in Deorum numerum post mortem relatorum; si altius originem eorum repeterent, nihil antiquius reperiebant, quam Coelum & Terram, hisque vetustius Chaos, nec ultra progre diebantur. Notio Dei horum conditoris usque adeò obscurata erat, ut de eo prorsus tacerent; aut etiam, si quæ ejus evanida vestigia in eorum animis hæserant, ea miscebantur, cum iis quæ vulgo de Jove & æqualibus illi Deis ferebantur. Quæ omnia, in sequentibus, explicatione ipsâ involucrorum Poëticorum, evolventur & ob oculos ponentur.

Clericus.

52. *Musu*] Primum videndum quæ sint Musæ, dein à quibus progenitæ. Ex descriptionibus cùm omnium reliquorum Poëtarum, tūm etiam Hesiodi, colligere est Musas invenisse Eloquentiam ac Musicam, artesque quæ elegantiiores habentur. Ut solius Hesiodi testimoniis utamur, eæ argumentum non verum modò, sed etiam fidum omnium orationum, comminisci poterant. Sic enim eum alloquuntur v. 27. hujus Poëmatis.

Ιδων ψύχται πολλὰ λέγειν ἐπίμοιον ὄμοια,
Ιδων δὲ οὐτ' ἴσθλαμεν ἀλλα μυθοποιοι.

*Scimus multa falsa veris similia, scimus
& quando volumus vera dicere. Ait v.
60. fuisse novem pueras:*

— ἦσαν δειδή

Mέμελεται, οὐ σύντοτη ἀκούσια θυμῷ τιχείους,

quibus cantio cordi est, & que babent animum sine curis. v. 65.

— επειδὴ δὲ σόμα θαυματικόν
Μέλλονται πάντα ταῦθα καὶ τὸν θεόν
Ἄδαράτων φάνταστον,

amabilem vocem ore emissentes canunt, omniumque leges, & mores venerando Immortalium celebrant. Plura non exscribam, nam ex hisce satis liquet quod volo; nec mirum erit si dicam nunc, ab antiquissimis Græciæ colonis phœniciantibus, dictas esse Musas ab inventione; nam, Phœnicia Linguâ, Ναοῖς mota est inventrix. Credibile autem est, antiquissimis temporibus, per Boeotiam, Thessaliāque ac vicinas Græciæ oras, celebrem factum fuisse cantilenis, seu propter inventionem, seu propter elegantiam styli, pro ætatis captu, seu propter cantum, seu propter omnia illa simul, chorum novem puerarum; quem instituit Jupiter, ut postea videbimus, Thessaliz rex. Deinde posteritas, quæ omnia adauxit, & præsertim Poëtæ finxerunt eas inventrices Poëticæ Deas esse; quo honore etiam mactati sunt inventores aliarum artium. *Pater Musarum* dicitur Jupiter, quod primus puerarum concentum instituerit; quæ loquutio etiam Phœnicia est, nam Gen. IV. 20, 21. Jabal dicitur *pater Scenitarum & Nomadum*, Jubal verd cytharâ & organo canentium; hoc est, eorum vivendi generum, earumque artium institutores. *Μημονίων* verd seu *Memoria*, ηγετοποιία, dicitur earum mater, quod memoria suppeditet materialm poëmatum & orationum. Hoc satis ostendit Jovem non habitum esse patrem propriè dictum Musarum, cum *Memoria* sit dumtaxat persona poëtica, quæ numquam in rerum natura fuisse credita est. Non exigua pars artificii hujus Theogoniz, ut postea videbimus, sita est in Prosepopœis. *Clericus.*

Ibidem. Ολυμπάδες] Ita dictæ Musæ, quod circa montem Olympum diu versatæ

satae essent, in Jovis regia, ut ipse Poëta testatur qui aliquoties hoc repetit, ut v. 68.

Ἄν τοτ' ἵως τεῖχος Ολυμπον, ἀγαλλόμεναι
οὐκὶ γελῆ.

Qua ierunt tunc ad Olympum superbientes voce pulcrā. Clericus.

53. *Tas ī πιείν]* Hæc est patria puerorum, quas Poëtae immortalitati consecravere. *Pierie* nomen est montis & regionis ei subjectæ, atque ad Thermaicum sinum porrectæ; quæ Thessalia ad septentriones clauditur, Macedonia ad austrum. In ea etiam Pimplæus mons Musis facer. Hinc dictæ Musæ *Pierides*, potiori jure quam *Heliconiades*, *Olympiades* &c. unde enim potius cognomen duxissent, quam à patria, ex qua profectæ, cantibus, finitimarum orarum incolas in admirationem sui rapuerunt? Illinc eas ad se evocat *Hesiodus*, initio Operum & Dierum:

Μουσαὶ Πιείνδειν ἀοιδὴν κλείσου,
Δῖον, τῷ τὰ ἔρησ.

Pomponius Mela Lib. III. c. 3. in descriptione Macedoniæ: *bic Musarum PARENS DOMUSQUE Pieria.* Si Phœnicii litteris hanc vocem scribamus, ΑΡΑΦ, invenietur in ea significatio putoerum (nam Κ & Η miscentur passim apud Orientales) vel fertilitatis: quam non respuit regionis situs, aliquot fluvii rigatæ. Vide *Tabulas Ptolemæi*, & *Livium* Lib. XLIV. c. 6, 7, 8. Clericus.

54. *Γερῶντος Ελεύθερος μεδίσαν]* Γερῶ interpretatur Scholiares γονιμώτατος πέπεις fertiliſſima loca. Malim *urbs* interpretari, seu *colles*, pro quibus Aeoles dixerunt γερῶ, ut urbs Argos illis erat aper̄s. Ita vocem interpretatus est *Laur. Valla*, apud *Herodotum* Lib. IV. Cap. XCIX. ubi ή γερῶ τὸν Σεριάδον, vertit jugum Suniacum, ex re ipsa, nam fuit illic collis, cui erat impositum templum Minervæ. *Pausanias* in Atticis, initio: Ναὸς Αδνᾶς Σεριάδος δὲ κορυφὴ ἡ ἄρας: *Templum*

*Minervæ Suniadicis est in vertice promontorii. Nam Eleuther mons est, ita vocatus, ut aiunt, ab Eleuthere Apollinis filio; unde & dictæ *Eleutheræ*, urbs ad eum montem sita. Phœnicii litteris scribas לילְיָהָבֶתְּבִּירְ בַּלְּהָלָה adscendit & לְוֹרְ thour speculatoris est; quod optimè in montem quadrat, in quo speculatores solebant collocari, qui de adventu hostium monerent.*

Scholiares h̄c habet: ὁ Ἡλεύθερος ὄρος πάλαι δὲ τὸς Βασιλεὺς, ων τῷ βασιλέως αὐτὸς & πάλαι τὸς ἀναμαρτύρου, τῷ Λαπόντιον ἦ Λιδέων & Ποντικός: *Eleuther* est nomen urbis Baotiae, à quodam Rege ejus urbis sic dicto, filio Apollinis & Athusæ filia Neptuni. *Eleudicas*, alii vocant urbem, quæ fuit ambigui juris, inter Atticos & Boeotios. Vide *Stephanum Byzantium*, in hac voce, & quæ ad eum *Luc. Holstenius* & *Abr. Berkelius*. Pergit Scholiares: ἐστὶ οὐδὲ ὅπος, ὃς πατή, ἵνα ὀρματα τῷ Ηρῷον: est etiam mons, ut dicunt, cognominis Herœi. Fortè ita dicta, ob causam allatam, pars aliqua Cithæronis montis, ad cujus radices sitæ erant Eleutheræ. *Pausanias* in Atticis p. 72. *Eleudipnōn* δὲ τὸν πέπειον τοῖς τείχεσ, ἵνα οὐδὲ οἰκισθεῖσαν εἴησιν διὰ τὸ σέροις δέ τὸ πόλεις ὀλίγον ὑπὲρ τὸ πόλεις τεῖχος τῷ Κιθαρώνι οἰκισθεῖσα: *Eleutherarum cum mari, tum adiūtum erant vestigia, (cum loca visebam)* quæ manifestò ostendunt urbem conditam fuisse paullo supra planitatem ad Cithæronem. Vide not. ad v. 329.

Quod ab Heroë nomen ejus deducit Scholiares, post alios, id non majoris esse ponderis debet, quam quod addit: οὐδὲ γέρατος ὁ ἔκει ὁ Διόνυσος & μαρτιώντος ή ἐπαρθένη: sic etiam dicitur, quod illuc Bacchus desit furere & morbo liberatus est. Fingebant Græci Heroas & fabulas, ut ex sua Lingua originem nominum ducerent.

Muliò verisimiliora sunt, quæ sequuntur de ratione, ob quam *Hesiodus* matrem

trem Musarum Eleutherarum reginam fuisse dixit. Καὶ τὸν ἃ δέξας εργάσιμον τῷ ιαυτῷ πατεῖσθαι, λέγει ὅτι θύρων μὲν ἐν τῷ Πηλείᾳ, οὐδὲ μάτηρ αὐτῶν ἐν Βοιωτίᾳ ἔστι: *Id que gloriam addens patriae suæ, dicit genitas quidem esse Musas in Pieria, matrem vero illarum ē Boeotia fuisse.*
Clericus.

58. Αλλ' ὅτε οὐχὶ ἵβαντες ἦν] Hoc est, fermè annus, decimo mense Lunari ex-
acto. Clericus.

Ibidem. Πιελ δ' ἔπειτας ὥραι] Hoc est, circumactæ sunt tempestates, nam hoc propriè significat ὥραι, nec nisi serd duodecimam partem diei significavit. Vide Jos. Scaligerum de Emend. Temp. Lib. I. non procul ab initio, & Ger. Joan. Vof-
fum in Etymol. ad vocem *Hora*. Adde & hoc exemplum ex Horatii Lib. I. Od. 12. ubi sic describitur Jupiter :

— qui res hominum ac Deorum,
Qui mare & terras, variisque mun-
dum Temperat HORIS;

Hoc est, ut habet Vetus Scholia festes: an-
ni partibus, vere, aestate, autumno, hys-
me. Crediderim ὥραι primū dictum de
diurno tempore, quod una cum nocturno
est temporis spatium, de quo primū
cogitarunt homines, indeque translatum
ad quodvis tempus; omnino enim ὥραι
videtur ἀντὶ τῆς ήρας our, lucere, dictum.
Clericus.

59. Πιελ δ' ἕπειτα πολλ' ἴτελεσθαι.] Phœ-
nices etiam dies vocabant annum. Vide
quæ notavimus ad Gen. IV, 3. ubi mul-
ti Intt. dies multos annum esse putant,
& ad Gen. XL, 4. Clericus.

60. Κέρας ὁμόροπας] Tò as hic secundūm
Doricam dialectum corripitur, ut supra
μῆνας Ἑλίοιο. Guictus.

66. Μέλπομεν πάντων τοὺς ὥρους &c.] Du-
plici sensu exponi possunt hi versus; Vel
*Canunt omniumque leges, & mores
venerandos*

Immortalium celebrant —

Vel, pro ὥρους scribendo ὥρους,

*Canunt omniumque sedes, & domi-
cilia veneranda &c.*

Eodem sensu quo dicit Homerus Il. 2.
v. 511.

— ἀντὶ ἄρτας καὶ νομὸς ἴππων.

Negat certè Aristarchus, teste Budzo,
vocem ῥήματος Homeri ætate pro lege usur-
patam fuisse. Similiter Josephus l. 2.
contra Apion. p. 1375. Ed. Hud. Μηδί-
αντὶ τέλοντα (sc. ὁ νόμος) πέλας ἡγεμόνιστο Θεό-
της Ελληνος καὶ μαρτύρος Ομηρος ἐδειπέ τῆς ποιό-
τεως αὐτῷ χρησίμονος. De qua re vide Cle-
risci notam ad Epy. v. 276. Postremò, He-
sychius eandem etiam sententiam am-
pletebitur. Νόμος. Ο ποιότης τοῦ ιερᾶς ῥήματος ἐν οἴδη, διώρεστος, καὶ τέλοντας λέγεται,
καὶ τὸν νόμον. Sic enim verba corrigen-
da sunt cum Salmasio. Huic opinioni si
suffragemur, reddere oportet οὐρωπαίας
διογ. v. 230. *difficilem vivendi rationem.*
Et Epy. v. 276 &c.

— Νόμος (hand ῥήμα ut vulgo) Μέταξι
Κερίων

Ιχθύοι πὲ καὶ θηροὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεύονται,
Εδειπέ αὐτὸς.

*Hanc vivendi rationem (hoc quasi
pro pabulo) constituit Saturnius
Piscibus, & feris, & volucribus,
Devorare se invicem.*

Sed dura est hæc interpretatio, & ne-
quaquam necessaria, cum aliis in locis
omnino oporteat & ῥήμα legem exponere.
διογ. v. 417.

Ἐρδαν ἵσπα γράπε καὶ ῥήματα ιλάσκεται,

Vertendum est

*Faciens sacra fausta secundum le-
gem placaverit*

Eodem sensu quo Pythag. χριστ. ἐπ.

Αἰσαράντας πὲ σεῖται θεός, ῥήμα τὸς διδούετο.

Sic etiam Epy. v. 388.

Οὐρος τοι μέδιαν πίλατες ῥήμα —

Vertendum est

— *Hæc quidem arborum est lex —*
Nec in alium sensum, ut arbitror, tor-
queri potest. Omissio autem vocis ὥρους
apud Homerum nihil est ad rem, nec
in argumentum trahi debet, vel quod
ista

Y y

ista voce Hesiodus non usus est, vel si usus sit, quod Homero est junior. Benè enim notavit Clericus casu potuisse contingere eam vocem non adhiberi ab Homero, qui sanè integrum linguam Græcam suis versibus non est complexus.

Rob.

71. Ο διαράθημενοι.] Hic est absurdâ mistura, ut diximus, veteris doctrinæ de Deo; Deum enim in cœlo singulari ratione habitare credebant prisci mortales, nec sine causa. Itaque cum Græci Jovem Deorum summum esse credent, eum collocabant subinde in cœlo. Quia verò Jupiter habitarat in Olympo Thessaliam monte, veluti prioris opinionis obliti non minus frequenter domum Jovis in Olympo nivoso ponunt, ut ex 62. versu, & multis aliis liquet. Ut Jovis hominis notionem miscent, cum notione veri Dei: ita Olympum cum cœlo confundunt; unde fit ut de Jove nunc quasi de homine, nunc quasi de Deo loquantur; deque ejus sede nunc quasi de monte Thessaliam, nunc quasi de cœlo. Nisi haec teneamus, necesse est ignoremus rationem innumerarum loquitionum, quæ in Poësis occuruntur.

Clericus.

74. Αδαράτος δέ ταξιν ὄμως, καὶ ἐπίφραστη πρᾶσ.] Scrib. ἀδαράτος δέ ταξιν ὄμως, τῷ ἐπίφραστη πρᾶσ. ἐπίφραστη, hoc est, ἴστρον, commentus est, invenit. Hesych. Ἀδράτος, ἴστρονος ἡ ἴστρον. *Guictus.*

82. Γενέρημον τὸν εἰδῶν] Quia quæ nobis cordi sunt ea sepe respicimus, ided *adspicere aliquem* perinde est ac illi favere. Sic loquebantur etiam Phoenices, sic & Latini. Vide quæ notavimus ad Gen. IV, 4. & quæ Scholiares hic habet. *Clericus.*

82. Γενέρημον τὸν εἰδῶν] Scholiares. Αὐτὴν τὸν εύρημόν τις διδούσκει, τοῦ ὁ πατέρας διδούσκει γελώντι ὄφελον μοι. Εργάζεται καλλιμάχος.

Μέσων γένους ἵδη ὄμημα πάντας,
Μή λογέας, πολὺς ἐκ ἀπόδιπτο φίλος.

Eadem usus phrasî Horatius l. 4. Od. 3
Quem tu, Melpomene, semel
Nascensem placido lumine videris.
Rob.

83. Γλυκαρίω χείουν ἔργον] Hoc est, mel, ut rectè eruditæ interpretantur. Symbolum est mellitæ eloquentiæ, unde fictum, ut opinor, à Græcis Platonis infantis, & dormientis in Hymetto, apes os implevisse melle. Vide *Olympiodorum*, initio ejus vitæ. *Clericus.*

83. Γλυκερίω χείουν ἔργον] Eadem usus metaphora Nestoris eloquentiam descripsit Homerus ll. a. 249.

Tε γέ τον γλαύκων μένος γλυκίστι ζεύν αὐδή.
Sic etiam Euripides Incert. v. 333.

Ei μὲν Νεστόρος τούτον μένος,
Αρτίονος τούτον φρυγός, δεῖν δέος.

Et Theocrit. Idyl. 7. v. 82.

Οὐραγοῖς γλυκὺν Μοῖσας καὶ σύμφωνος χάριν ἀπει.
De triplici genere eloquentiæ quod descripsit Homerus in Menelao, Ulyssè, & Nestore, vide Gisberti Cuperi Apotheos. Hom. p. 113 &c. & Petri Victorii Var. Lect. I. 15. c. 17. & Clariss. Popii Nostratis notam ad Il. y. v. 214. ubi Ausonii carmen triplicem hanc vim eleganter exprimens protulit,

Dulcem in pacis, ut Plifffenidem;
Et torrentem, cen Dulichii
Ningida dicta;
Et mellitæ nocte vocis
Dulcia fata verba canentem
Nestora regem.

Hanc ob causam non possum non mirari quamobrem Cicero, in libro de claris Oratoribus, eloquentia studium non commune Græciæ, sed proprium Athenarum, & in illam insuper civitatem recentibus temporibus introductum fuisse, affirmat. Atticine fuerunt tres illi insignes Oratores ab Homero celebrati? Vel recentia Trojani belli tempora? Vel Hesiodus ipse, qui tantis eloquentiam laudibus extollit, inter recentiores habendus? Quid si concedatur hosce characteres à poëta pro arbitrio factos fuisse, hujus-

hujusmodi tamen fictio eloquentiam tunc temporis & in usu, & laudi datam fuisse confirmat. Quod ipse quidem Cicero in tertio de Oratore libro fatetur. *Hanc, inquam, cogitandi, promuntiani-
dique rationem, vimque dicendi Veteres
Græci sapientiam nominabant.* Et postea *Vetus quidem illa doctrina eadem
videtur & recte faciendi, & bene di-
cendi magistra; neque disjuncti docto-
res, sed uidem erant vivendi præcepto-
res, atque dicendi; ut ille apud Home-
rum Phoenix, qui se à Pelco patre A-
chilli juveni comitem esse datum dicit
ad bellum, ut illam efficeret oratorem
verborum, actoremque rerum —*

*Tūnq[ue] με τούτου διδασκαλίαν τάσσει μόνια,
Μέστω τε ἐπιτρέπει μηδενα, οργκτήρα τε ἔργων.*

Il I. v. 442. Rob.

85. *Πάρτες δε αὐτὸν ἵψον]* Venerandi & eloquentis viri auctoritatem pulcherrime etiam descriptis Virgilius. *Aeneid. I. I.*

*Ac veluti populo in magno cum sa-
pe coorta est
Seditio; scilicetque animis ignobile
vulgaris;
Jamque faces & saxa volant, furor
arma ministras:
Tant pietate gravem & meritis si
forte virum quem
Conspexere, silent, arrectisque au-
ribus astant:
Ille regit dictis animos, & pectora
mulcit. Rob.*

93. *Ιη̄ δός]* De significacione & iip̄s apud poëtas vide Stephanum. Vocat Homerus interdum *Ιη̄*, quod generi humano utilitatem aliquam affert, atque ita urbes *Ιη̄*, quia sunt φλεγμα &c. Interdum vero *Ιη̄*, appellat quicquid in suo genere ceteris præstat, seu magnum est; sicut & *Ιη̄* *ιχθύν* quidam apud eum exponunt. Utroque sensu *Ιη̄* δός commode exponi potest. Rob.

96. *Ex N. Δίδε]* Hoc etiam usurpavit Callimachus in hymno in Jovem —

— Φοίβε Ν., λύγε τον πόδας σώμας.

Ex 3 Δίδε βασιλίν — Rob.

97. *Γλυκερίας οὐδὲ σόφων ζεῖσιν αὐδήν]* Hæc imitatio est Homeri, qui de Nestore, Pyliorum Rege, ita prior loquitus est, Iliad. A. v. 249.

Τοδ τὴν Σοφίαν γλυκότερον γλυκίστιν ζεῖσιν αὐδήν.

*E cujas lingua melle dulcior fluebat
sermo. Clericus.*

98. *Νικηνδίη]* Animadverte vim & no-
rūm. Vehementissimus est recens dolor,
& sedatu difficillimus. Sic Scholia fest. Eratōdā δίκρον τὸν διώματον & μυστῆς 21ο τὸ
στήνη [νικηνδεῖ θυμῷ] διοκατέπαυσε τὸ γένος
νάδες. Rob.

99. — αὐτὴν ἀσθετικός.

*Μυστῶν διράπτων κλεία πολύκερα ἀρθροπόντων
Τυρίσην, καὶ τὰ εἴχει.*] Hæc quoque imitatus ex Homero *Hesiodus*. Ille ait legatos ab Agamemnone ad Achilleum missos oppresuisse eum cytharā canentem, Il. I. v. 189.

*Τῇ δητὸν ἕπεται, ἀντὶ δὲ ἄρα πλέκει
ἀρσενόν.*

quā animum delectabat, canebat autem gloriam virorum. Talia multa sunt, quæ ostendunt *Hesiodum* recentiorem Homero fuisse, ut plerorumque fert sententia. Multis hac de re egit *Claud. Salmasius*, in Exercitationibus Plinianis p. 607. & seqq. Ed. Ultrajectinæ. Clericus.

103. *Παρίπαται δύση]* Guietus censet subintelligendum esse τὸ αὐτὸν; & interpres vertunt deduxerunt eum *alio*. Commodius tamen videtur subintelligi posse τὸ αὐτὸν ad præcedens τὸ κυνίων referendum, adeo ut exponatur versus, de-*flexeremus eos, sc. dolores, dona dearum.* Rob.

105. *Κλέψετε ἀδαράτων]* Hoc est, per me, δι' εἰμί. Poëtae omnes invocant Musas, orantque ut canant quod ipsi postea dicunt, quid se habeant quasi καρφίτης Musarum, hoc est, vates qui canant dictata à Musis, non à se inventa. *Theocritus* vocat Poëtas *Musarum* *ιψὲς καρφίτης*,

Mujarum sacros vates. Idyll. XVI, 28.
Clericus.

Ib. αὐτὸν εἴρεται] Hoc est, *semper futurorum*, non æternorum, sive initio & fine carentium, nam postea liquebit Diis Græcorum omnibus initium fuisse. Vel sequentes duo versiculi hoc ostendunt. *Clericus.*

106. Οἱ γῆς ἔγειροτε καὶ τὰ ἔχεται] Hic tres ordines Deorum memorantur: 1. Qui ex caelo & terra nati, hoc est, celestes & terrestres Dii: 2. Qui fuere proles Noctis, hoc est, inferni Dii, seu Erebi, Pluto, Proserpina, Styx, Furiae, &c. 3. Quos aluit Pontus, seu mare, hoc est, marini Dii. Sic eadem Numina ad varias classes referuntur, prout varie spectantur. *Clericus.*

115. Εξ ἀρχῆς.] Hoc est, ab initio mundi. Vide not. ad Genes. I, 1. *Clericus.*

116. Ήτι μὲν πρότερα] Hic incipere videtur Hesiodus. Superiora supposita & addititia videntur. Sic Βέρα incipiunt à v. 10. ἐκ ἄρτα μύρων ἦν τεῖχος οὐρανος. *Guiccius.*

116. Πρότερα Χάος γένεται] Phœnicia, seu Hebraicâ Linguâ dixeris: יְבוֹרָה בְּרָאשֵׁת יְהִי תֹהוֹן brescbib⁹ jebi thobou vabobou, nam Χάος est thobou vabobou, hoc est, immensum inane; ἀπὸ τοῦ χαίρεν, biare: quia vasa vacua biare dicuntur. Perinde ergo est, ac si Hesiodus diceret fuisse tempus quo nihil erat eorum, quæ videmus, quod cum Mosaïca rerum genesi consentit. *Clementinorum Homiliarum Scriptor* interpretatur quidem ἐγένετο, quasi dixisset Hesiodus ἐγένετο, *genitum est Chaos*, sed est inanis argutia. Allato hoc Hesiodi loco, ita loquitur Homil. VI. §. 3. τὸ δὲ ἐγένετο θύλακος γένετος ὁ γεννηταὶ συμβάντι, ἢ τὸ ἀτὶ τὸ ἀγένετον: f. Etum fuit clarum est significare elementa, ut genita, ortum habuisse, non semper fuisse ut ingenita. Sed si hoc cogitasset Poëta, causam aliquam commentus esset, à qua genitum Chaos

dixisset. Dicenti enim factum est, illico objicitur, à quo? Nihil enim sit, si ne factore. *Clericus.*

116. Ήτι μὲν πρότερα Χάος γένεται] Vertere, Primo quidem Chaos genitum est, ut infra 137, 930. Ita enim Veteres hunc locum intellexerunt, non ut Clericus, *sicut* Diogenes Laertius lib. 10. Seg. 2. causam tradens, ob quam se primū ad philosophiæ studium Epicurus contulit, haec habet verba. Απολληδώρε
δ' ὁ Επικύρε^ς ἐν τῷ πρώτῳ εἰπει τῷ Επικύρε
πίν, ποὺν ἐλθεῖν αὐτὸν δὲ φιλοσοφίαν, καταγύρνει τῷ πρώτῳ πρότερον καὶ χαρματισῶν, ἐπειδὴ μὴ ἐδύνατον οὐρανούσιον αὐτῷ τὰ φέρει τὰ ταῦτα Χάος. Apollodorus autem Epicureus, in primo de vita Epicuri refert, illum ad Philosophiam se contulisse, sibi filias inseparantem & grammaticos, quod percontanti, quidnam esset apud Hesiodum Chaos, exponere non potuerint. Idem plenius narratum legimus apud Sextum Empiricum adversus Mathematicos I. 9. Οὐ μὲν εἰπει

Ητι μὲν πρότερα Χάος γένεται, αὐτὰς ἐπειπει
Γαῖα πρύτειρε^ς, πάντας ἔδει —
Εξ αὐτῶν φεύγεταις: ἐροδόνιον γάρ πιον αὐτὸν ἐκ τοῦ γέγονος τὸ Χάος, διὸ ἔξει λέγεται. Καὶ τὸν φαῖτον ἔτιοι αἴτοι γέγονεν Επικύρε^ς δὲ τὸ φιλοσοφεῖν οὐρανός: χαρματίδης γάρ μετράκιον^ς ὃν πέρτη τὸν ἐπαναγινόσκοντα αὐτῷ Γερμανιστήν [ἵτις μὲν πρώτης Χάος γένεται] ἐν τῷ πρώτῳ τὸ Χάος ἐγένετο, εἴπει φεύγοντας ἐγένετο: τόπος δὲ εἰπούσος μὴ αὐτὸν ἐργον ἔδει τὰ πατέτα μετάσκοτει, ἀλλὰ τοῦ παλαιόντος φιλοσόφου, πόντον ἐργον ὁ Επικύρε^ς ἐπέγειρε μαζὶ βασιλίστον έπειτα, εἴπει αὐτῷ τοῦ ἐργον ἀλλοδαπού ιοαν. Qui enim dixit Exortum primum chaos est, deinde Terra pectore lato, cunctorum sedes, à se ipso evenerit. Nam si quisquam eum roget, ex quo ortum sit chaos, non poterit dicere. Idque nonnulli dicunt fuisse causam Epicuro, cur se contulerit ad Philosophiam. Nam cum esset valde adolescentis, rogavit Grammaticum illud sibi prælegentem [primum quidem chaos genitum fuit] ex quoniam chaos exortum esset,

effet, si quidem primum exortum erat. Dicente illo, talia docere non esse sui muneris, sed illorum esse qui vocarentur *Philosophi*; igitur, inquit *Epicurus*, ad illos mibi accedendum est, quando ipsi sunt, qui rerum veritatem perspectam habent. Tantis illi in tenebris versabantur, qui, exclusa summa omnium rerum causa, per alias Hypotheses mundi originem explicare sunt conati. Eadem enim quæstio necesse est recurrat in perpetuum, *Ex quo hoc genitum est?* donec ad supremam aliquam & incretam causam deuentum sit. *Rob.*

117. Γαῖα ὑπόστρεψε] Terra etiam prima fuit, secundum Mosem. *Clericus.*

Ib. Πάντων ἦδος ἀσφαλής αἰών Αἰδαράτων, νῦν τὰ ἔχεις]. Nempe, Dii quos memorat primum fuere in terra, deinde benevolentia ac fama hominum in cælum sublati. *Clericus.*

118. Αἰδαράτων, οὗ ἔχεις κάρη] Hic versus est supposititius. *Guilius.*

118. Οἱ ἔχεις κάρην τιθέντος Ολύμπου] Ita dictus is mons, ut Phœnicie loquar, ut *olamim-bo*, unde factum οὐλμόνος οlympo, sive ἄνυπτος. Passim in eo describit *Hesiodus* αἰώνας, sive αἰώνιος diuīs. *Clericus.*

119. Τάρταρος τὸν μέγιστα] Tē τέλος τὸ γῆς μήποτε τὸ χάος. *Guilius.*

119. Τάρταρος τὸν μέγιστα] Una cum Terra fuit *Tartarus*, quia singitur esse — μεχρὶ χθονὸς τὸν πολὺν,

in intimo recessu latæ terre. Vide & infra v. 717. & seqq. Si Phœnicie litteris scribas Ταρταρός ταραββιταραββ, derivabitur ea vox à radice Hebraica & Arabica טרחה tarabb, quæ significat molestiam creavit, & longe amovit; ac repetitio quidem radicalium, in Hebraica Lingua, est superlativi loco; quæ optimè convenienter *Tartaro*, qui simul molestissimus locus & à cælo remotissimus singitur; in quem propterea Jupiter Titanas conjecit. Ideo ipse *Hesiodus*

dus v. 840. τάρταρος γάιος habet ad significandum remotissimum terræ locum, ad quem sonitus tonitruum pervenit. *Clericus.*

120. Ηὕτης] Hac voce *Amor* signatur, qualem in animalibus, procreationis causâ, cernere est. Is *Amor* εγενόντος describit vim omnium genitricem, cui *Hesiodus* tribuit ortum omnium rerum. Qua in re, tenue est & penè evanidum vestigium naturæ melioris, hoc est, Dei, qui omnia creavit. Hanc eamdem nomine *Veneris* describit *Lucrus* Lib. I.

Quæ mare nigerum, quæ terras frugiferentes

Concelebrat, per quam quoniam genus omne animantium

Concipitur, visitque exortum lumen solis.

Hunc *Hesiodi* locum imitatus est *Aristophanes*, in *Avibus*, p. 573. ed. Genev. in fol. ubi licet absurdè aves loquentes inducat, attamen antiquissimæ famæ, de creatione mundi, reliquias ita colligit:

Χάος ἦν ἡ Νύξ, Ερεύης τε μίλαν ἀράτον, οὐ.

Τάρταρος τύπος.

Γῆ δ' ἐδόθη ἀπρό, οὐδὲ ἀράτος ἦν. Ερέυης δ' οὐ πάπειρος κόλποις

Τίκτει φεύγοντος ὑπηρέματος Νύξ η μελανθήπι-

εις αὖ,

Εξ οὐ φεύγοντος ὥραις ἔλασεν Ερέυης οὐ-

τοδεῖον, οὐ τὰ ἔχεις.

*Chaos erat δὲ Nox, Erebusque niger primum δὲ Tartarus latutus. Terra vero neque aer, neque cælum erat. Erebi vero in infinito sinu paris primò Nox, nigris alis praedita, ventosum ovum; ex quo, circumactis tempestatis, pullulavit Amor desiderabilis &c. Sed quemadmodum absurdè *Hesiodus* θυμηγάλιος Διώνυσος posteriorum Chao facit: non melius Aristophanes singit eam ex ovo natam; quia Amor volucris dicebatur. Aeternam esse oportuit eam vim, aut numquam neque ipsa, neque quidquam aliud fuisset, nam ē nihilo nihil.* *Clericus.*

123. *Ἐκ χάρος δ' Ἐπέστη τὸ μέλαντον Νόξηνον]* Antequam quidquam esset, erat *רָבַע bereb*, aut *רָבַע erbo*, hoc est, *tenebrae*, sive *nox*, quod docet etiam Moses. Ac sanè *nox* est tantum absentia lucis, luceque nondum conditâ, tenebras esse oportuit. Hæ personæ masculini & foemini sexus singuntur, pro genere vocum Græcarum, quibus vocabantur; pluresque sunt aut pauciores, pro earum vocum numero & copia. Non repetemus quæ antea diximus de connubiis, & consanguinitate Personarum harumce poëticarum, sed h̄c est in memoriam revocandum. *Clericus.*

124. *Νύκτος δ' αὐτὸν οὐδὲ τὸ Ημέραν ἔχειν πάνταν.]* Vocem *Aἰσθητὸν* crediderim h̄c non summam partem aëris, sed *αἰσθήσια intellegi*, hoc est, *serenitatem*; quæ una cum Die ex tenebris nata dicitur, quod fuerint post tenebras. Aptius jungitur *serenitas* cum *Die*, quam *aether*, qui nocte obscuratur; estque æquæ cum ea conjunctus, ac cum die. *Clericus.*

126. *Γῆ δὲ τὸ φέρον πῦ θεῖαν τὸν εαυτὴν οὐπαρὸν ἀπέχειντον οὐ μη σεῖ πάντα καλύπτον.]* Sic & Moles post Terram Cœlum formatum docet. *Clericus.*

128. *Οὐραὶ δὲ μαργαρίταις διὰς ἀσπαλίσαις αὐτοὺς]* Postquam, nimirum, terram per vitam inhabitascent, in æthereas sedes, post mortem demum, transferendi erant. *Clericus.*

129. *Γείραν δ' ἡραὶ μαρκᾶ*

— 131. *ἡδὲ τοι ἀπέχειν πάλαις.*] Terra primum erat æquabili superficie, & aqua, quæ levior est, undique tecta; ut ergo terra exsisteret nonnullis in locis, h̄c à Deo excavatæ valles, illic subiecti montes, & circumpositum solum firmatum. Docet hoc Moses, nec contradicit *Hesiodus*; nam tum demum fuit *mare* à terra discretum, cùm loca profundiora fuerunt, in quæ aqua deflueret, cumque alia eminere cœperunt. Nec aliter intelligere possumus quā

— * *ipse tener mundi concreverit orbis.*

Tum durare solum & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paullatim sumere formas.

Græci & rem & nomina op̄iorū n̄ πλάγια, à Phœnicibus acceperant; quibus *רְבָר*, aut *bor*, est *mons*, *לִלְבָד pheleg* ve-*rdi akvens* in quem aqua derivatur. *Ἄργυρον*, quod additur, malum interpretari ex significatione radicis *τρυγία*, quæ apud *Hesychium* occurrit, & significare dicitur *ἔγχαιρα ex sicco*, quam *sterilem*. Aptius certè epitheton est maris. *Τρυγία* autem videtur esse propriæ *ἔγχαιρας* r̄iū *τρύγα* siccari ad faciem usque, unde postea quidvis *exhaustire* significarit. Eadem de causa, crediderim *Homericum* vocasse *αἰδία* *ἀργυρίῳ* Iliad. O. 425. quia nonquam pluvias demittere prorsus definit. Attamen † *Eustathius* ignem etiam *ἀργυρίῳ* dictum contendit, quod vix puto, exemplum enim nullum afferit. Igitur rectè dicetur mare *ἀργυρίῳ*, hoc est, cuius *τρύγα* seu infimam aquam nemo vidit, nemo videbit, sive *inxhaustum*. *Clericus.*

132. *Πόντος ἀπὸ φίλοπτερον]* Intelligit mare internum, cuius nomen Phœnicio more scribere possis *פְּנִינְתָּבָה pho-nitba*, quod solemni mutatione פ in ב, est *in eo terminatus*, nempe, amplissimus Afīz tractus, præsertim minoris, quæ ad occasum Hellesponto, ad septem triones Ponto Euxino finitur. *Clericus.*

133. *Οὐραὶ τὸν δέντον τὸν οὐραὸν βαδεῖν]* Non repetemus Terram & Cœlum quasi personas à Poëta induci, figuræ consuetæ omnibus Linguis; at notwithstanding Terram propiorem Cœlo factam peperisse Oceanum, quando ex terris sublati defluxere aquæ in profundissimas valles quas tunc tegunt. De Oceano multis egit *Sam. Bochartus* in suo Chanaane Lib. I. c. 36. ostenditque olim

* Virgil. Eclog. VI, 34. † Il. O. p. 1003. Ed. Rom.

vulgō notum Oceano terras ambiri, & conjicit dictum fuisse à Phoenicibus ρηπηοι, hoc est, *circulum*, quia instar circuli terram cingit. Malim dictum οντογανο, quod & *circulum* sonat apud Chaldaeos, ut liquet ex Paraphrasi Chaldaica Cant. VII, 2. & præterea *craterem*, & *lacum*, quæ omnia optimè conveniunt Oceano. Antiquissimis Græcis dicebatur etiam ογην, quod similius Hebraico ραן aggan, aut Chaldaico ρאן ogran, quæ *craterem* & *lacum* sonant. Vide laudatum Bochartum. Clericus.

134. Κοῖν τε καὶ τὸ ἔχει] Hæc partim sunt nomina virorum & mulierum, partim personarum poëticarum, quales sunt Θεος & Μηνος, Ιustitia & Memoria. Homines vocant Poëtæ cœli & terræ liberos, quos antiquissimos omnium esse putabant; ob tenuem memoriam antiquissimæ Traditionis, ex qua acceperant Cœlestis Numen ex terra primos homines formasse. Clericus.

137. Κέρος ἀγκυλομήτη] Magnificum nomen. Νεγρός Phœnicibus dicitur *radius*, quæ appellatio digna fuit filio Cœli; nec malè *radium*, ex Phœnicia Lin-gua Analogia, dixeris *filium cœli*. Clericus.

139. Κύκλωπας] Hoc est, ut egregiè Sam. Bochartus in Chan. Lib. I. c. 30. Πηκτόνιον viros Chek lob, viros si-nūs Lilybætani, qui fuere antiquissimi Siciliæ coloni, de quibus multis vir sum-mus, quem adito. Clericus.

144. Κύκλωπος δ' ὄνομα ήσα] Inepiè ex Græca Lingua nomen illâ vetustius deduxerunt Poëtæ, ut solent; atque ex nomine ab illa Lingua deducto fabulas finixerunt, de viris qui *oculum unum rotundum* in media fronte gerebant. Ceterum hi dicuntur θροις ἵβαγκα, Diis si-miles, hoc est, οἰκαρποῖς ἀρδίαισι οἱ περὶ τὴν Εὐλάβην ἱπποῖς, venerandis viris, qui primi Græciam colonis instruxerant; θροι enim, apud antiquissimos Græcos, significabat propriè non naturam æter-

nam, sed eximiam ac venerandam, ut θροις ελοβιμ, apud Hebræos; & hominibus supra vulgus evectis tribuebatur. Multis hoc ostendimus in *Arte Critica* P. 2. Sect. I. C. 3. Ejus significatio-nis primigeniæ vestigia remansere sem-per in Lingua Græca, ut demonstravimus. Sed tamen frequentius postea significali naturas humanæ præstantiores, adeoque immortales. Ex hoc usū vocis θροι, *Hesiodum* perperam interpretatus, *Crates* eméndari volebat Poëtam, & versui

Οἱ θροι τὰ μὲν ἄλλα θροῖς ἴβαγκαν θροι hunc substituebat:

Οἱ δὲ ἄλλα τρεῖς θροῖς τρέψιν αἰδίντες. Qui ex immortalibus vixerunt homines celebres; quod ab Apolline interemti dicerentur. At θροι, antiquissimis temporibus, immortalem naturam non significabat, sed eximiam in suo genere, quo factum ut omnia eximia dicerentur *di-vina*. Fortè θροι propriè *admirabilem* significavit, unde θροῖς *admiror*, θροῖς *admirabilis*. Apud Chaldaeos, θρονοῦ tēbēbā sonat *admirari*. Clericus.

146. Μηχαναι] Hoc est, machinatio-nes, quales multæ in fabrorum officinis. Significat *Hesiodus* Cyclopas non modò virtibus, sed & arte pollentes fuisse. Cle-ricus.

148. Οὐκ ὄνομασο] Non nominandi, sive, Qui nominari non debent. Vox usurpatur de impiis hominibus qui latine dici solent *nefandi* vel *nefarii*. In sequentibus tamen meliori sub charactere hi ipsi gigantes exhibentur, grati animi officia erga Jovem præstantes, ei contra Titanas auxiliatores strenui, eorundemque in vincula conjectorum fidi custodes. Sic enim Cottus Jovem alloquitur θρο. 657 &c.

Στοιχὸν δὲ ἐπηραδμωσίνον ἀπὸ ζέρος ἡμέραντος Αὐρορᾶς δὲ ἐξαιτίας ἀμφελίκτου ἀπὸ θερμοῦ Ηλίου μεγενεῖ. —

Τῷ καὶ τὸν ἄπινον τε τέλον, καὶ ἐπίρρεσι βελοῦ
Προσμετα χρεῖος οὐκον εἰσὶν θνητῶν.

Et

Et postea 733 &c.

Εντα Γύγης, Κέφιος τη, καὶ ὁ Βριάρεως μεγάλος

Νάινος, φίλακες ποιοι Διὸς αἰχθόχοιο.

Dicitur etiam ab Homero Briareus contra Deos conjuratos auxilio Jovi fuisse. Iliad. a.

*Οπόποτε μη γυρδώσαις Ολύμποιον ἀνδρῶν ἄλλοι,
Ηρα τ', ἀλλὶ Ποσειδάνιον, καὶ Παλλὰς Αἰθίην.
Αλλὰ σὺ τὸ γῆθεσσα, θεῖα, ἀπλύνοντο δοκίμουν,
.Ωχ! ἐργάζεσθαι καλέσοις τὸν μακρὸν Ολυμπόν,*

*Οὐ Βριάρεων καλέσοις θεοῖς, ἀτρίπτοντες τὸ πάντες
Αἰγαίαν —*

Alii tamen Poëtae eundem Briareum inter Gigantes numerant qui Jovi bellum intulerunt. Sic Virgil. Aen. lib. 10.

Ægeon qualis centum cui brachia dicunt

*Centenaque manus, quinquaginta
oribus ignem*

Pectoralibusque arsisse, favis cum fulmina contra

*Tot paribus streperet clypeis, tot
stringeret enēs.*

Et Horat. lib. 3. Od. 4.

*Magnum illa terrorem intulerat Jo-
vi*

Fidens juventus horrida Brachiis.

Et postea de Gyge Briarei fratre,

*Testis mearum centimanus Gyges
Sententiarum.*

Callimachus Briareum Aetnae subiectum fuisse tradit, Virgilius Enceladum, alii Tyhoeum. Adeo incerti sunt Poëtae in fabulis narrandis. Rob.

149. *Κότος τη τη εῖν*] Videntur fuisse tres latrones antiquissimi, & valido corpore terribiles, & numero prædonum quibus imperabant. Unde factum ut quinqua genera capita, & centena brachia singulis tributa sint. Terribilia sunt horum nomina, si Phoeniciis litteris scribantur. Τοτ, & additâ terminatio ne Græca Κέτος, fastidiosum & rixatorum sonat. בְּרִיאַ-רְאַ briab-jiri est creatura simeto. גּוֹג denique signifi-

cat ducem improborum, si interpretemur ex Arabica radice جَوْجَاج. Ideo ab Hesiodo dicuntur ἐν Ἑρμασοῖς, hoc est, δυσάνυκτοι, male ominati nominis. Clericus.

151. *Ἄπλαστοι*] Malim interpretari ad quos impunè accedere non licet, quam magnos; ita ut vox deducatur ex a privativo & πελάγει adpropinquare. Clericus.

152. *Ἐσ ὄμων*] Hic versus suppositius videtur. Guetus.

155. *Σφετέρῳ δ' ἔχοντο τοῦτο.*] Cum pater horum dicator Cœlum, quod propter vetustatem ignoraretur; loco Cœli, substituendus alius quispiam priscorum mortalium, qui primi ex Asia in Græciam colonias duxere. Nec unum patrem tot liberorum fuisse crediderim, sed plures, qui latent sub uno vocabulo Cœli. Hi homines cum fertilissimas Græcia oras occupassent, liberos suos, statim ac sibi prospicere poterant, remotiores tractus cultum ire jubebant, ipsis in pinguioribus sedem figebant. Interea imperium sibi patrium in liberos vindicabant, nec eo clementer admodum utebantur. Ideo Hesiodus patre inimico usus esse dicit. Clericus.

156. *Τῶν μὲν ὅμες τοι ερώτα φύσιν, Πάρτας διακρίποσι*] Hoc est, à se amanda bat procul à suis sedibus, statim ac pri- mā juventem attigerat. Quod nec ab uno, nec semel factum crediderim, sed forte per aliquot ætates, quæ omnia in unam personam Cœli à Poëtis con tracta sunt; quia circumstantias harum historiarum nemo scriptis mandaverat, de leveratque, magna ex parte, ex homi num memoria, vetustas. Clericus.

158. *Γαῖας ἐν κενθάνει*] Procul, in locis abditiōibus, considere jubebant ju venes. Sic infra Hesiodus collocat He spéridum Nymphaeum hortos, in extre ma Africa sitos, ἐν ἵπερν τούτοις γάιν, in obscuræ latibulis terræ, v. 334. Posset tamen & de antro intelligi, quod loco car-

carceris fuisse, ut infra v. 483. At quando hæc facta, & ubi? Ut à posteriori incipiam, ex sequentibus apparet primos Græciæ incolas in Macedonia & Thessalia sedes fixisse, quandoquidem illic erat Saturnus, cùm à Jove victus est, & Jupiter in Thessalia regnavit, ut postea videbimus. Certè ex Asia venientes; si ve trajecerint Bosporum, sive pedestri itinere, circa Pontum Euxinum, & Mæotidem paludem progressi sint, deinde ad meridiem iter flexerint; post Thraciam, quæ asperior est; exceperunt fertilissimi Mæcedoniæ & Thessaliæ tractus. Ad tempus verò quod atinet, hæc aliquot ætatibus, post generis humani divisionem, forte paulò ante Abrahami tempora, contigisse videntur. Cùm viveret Moses, dudum cultos fuisse hos Græciæ tractus liquet ex Gen. X, 4. ad quem locum vide à nobis notata. Indidem colligere licet primos omnium colonis foisse instructos, quia eorum solorum Græciæ tractuum meminit Moses. *Clericus.*

159. Σπονδή ταῦτα πλάσμα] Hoc est, procul acti juvenes, qui hic dicuntur *terra*, more Phoenicio, ex quo *terra* pro terra incolis frequentissimè in sacris Hebræorum libris occurrit. Vide Gen. XI, 1, 9. *Clericus.*

161. Ποιήσασα γένος πολὺ ἀδύματο] Hoc est, hi homines arma sibi fabricarunt, forte in Thracia, aut in Epiro, in quibus magna olim fuerunt metalla. *Aduas enim est ferrum.* Sic in scuto Herculis v. 136.

— κωνίην λύπακον ἔθηκεν

Δαυδαλίν ἀδύματο.

galeam bene fabrefactam dicit elegans ex ferro posuit. Ubi vide Scholia. *Sic & Horatius Lib. I. Od. VI.*

Quis Martem tunica rectum adamanina

Dignè scripsit?

Hoc est, ferreæ. Sic & intelligendi *adamanini clavi* Lib. III. Od. XXIV. Delirant, qui lapillum pretiosum hic somniant. *Clericus.*

178. Ωρίξαν χει] Subintellige, apprehendit manu sinistrâ genitalia patris. Sic habitum metentis expressit, qui sinistra manu spicas & dextra falcam tenet, Catullus. *Gaius.*

180. Φίλα δ' ἀπὸ μῆδα περὶς Εουρώπας ἥμην] Hic & passim alibi φίλοι dici non *amicum*, sed *suum* simpliciter, rectè observavit *Dan. Heinicus* Cap. V. Lect. in *Theocritum*. Sed quænam sunt hæc μῆδα, quæ abscondit Saturnus? Omnino existimo *Hesiodum*, & qui eum, hac in re, antecesserant, aut sequuti sunt, lusisse in ambiguo. Vox μῆδος duo significabat, *pudenda & consilium*, cumque audissent dici Saturnum patri ἄντημα μῆδος, data opera ita rem acceperunt, quasi narraretur ei pudenda resecuisse, ut πραπλογίας, quas hac de re habent, locus daretur; quamvis probè scirent *consilium*, seu *confiliarios* intelligi, quorum suasu Thessaliæ excedere coactus fuerat Saturnus. Hosce confiliarios fugavit, & navibus in Asiam redire coegerit; ex quibus rebus, nata videntur quæ habentur à v. 181. ad 200. Mῆδa autem significare consilia ostendit ipse *Hesiodus*, infra v. 559. Similem verò ludum in ambiguo vocem μῆδος suppeditasse posteà probabimus. *Clericus.*

181. Πάλιν δ' ἐξέψε φέρεται Εξοπίσσα] Ut in Asiam redirent, unde venerant. Πάλιν manifestè ostendit agi de hominibus, qui remissi sunt eō, unde profecti erant, non de genitalibus. *Clericus.*

183. Οὐαὶ γῷ ἐραθύρη, καὶ τῷ ἤπειρῳ.] Hoc est, quicumque aufugerunt Saturnum & socios, irati, & suorum cæde cruentati per vicinas oras sparsi sunt, aut in Asiam fugerunt; unde postea Jovi, contra Saturnum, auxilium tulerunt. *Clericus.*

184. Πάσσα Νέγαν γάι] Hoc est, omnes, qui fugerunt, in regione quapiam amicè excepti sunt. *Clericus.*

185. Γείρατ' Εείρνος τη χρυπρᾶς] *Furia* seu *Erinnys* significant passim ultionem divi-

divinam, quæ magnorum scelerum reos persequi putabatur. Credebantur enim Erinyes excitare bella, ut passim docent Poëtæ. Hic autem magnum scelus Satorni, patrem solio dejicientis, describitur; & bella postea à filio ei illata narrabuntur, quibus poenas dedit violati parentis. Igitur terra dicitur *genuisse Erinnias*, quod postea vicissim gentes, aut qui paruerant Saturno Jovem adjuverint. *Clericus.*

Ibid. Μιχάλις το Γίγαντας, πολύσιον τερπόδημον.] Hoc est, post hoc Saturni scelus, aliaque similia ejusdem ætatis, fuerunt frequentia bella, quibus exercitati homines sunt, quo factum ut plures essent militares viri, quam antea. Γίγαντος hominem fortē sonat, aut militiæ ad-suetum. Radix Arabica گیب، ut antea diximus, significat *ducem improbitatis esse*, & *impetu facere*, qui significatus optimè huic negotio convenit. Hinc, ut puto, LXX. Int. solent vocem گیب gibbor, quæ fortē propriè sonat, γίγαντα vertere. Vide Genef. IV, 6. X, 8, 9, &c. Descriptio ipsa *Hesiodi* τῶν γίγαντων ostendit milites tantum fuisse, cum eos Poëta armis splendentes, & longas bascas manibus tenentes describat. Postiores Poëtæ illis postea magnitudinem corporis portentosam tribuerunt, quā factum ut videretur esse merum poëticum figuratum quidquid de Gigantibus dicebatur, cum tamen originem traheret ex vero, ut ex *Hesiodo* intelligere licuit. *Clericus.*

187. Νύμφαι δ' ἀσ Melias γέλεο' ἐπ' ἀνθο-
γεια γαῖαν.] Planè mihi persuasum est vocem νύμφαι, quæ significatur natura quædam intelligens, per terram inconspicua hominibus errabunda, aliud nihil esse, præter Hebraicum ωδὴ nephesch, *anima*. Sic Porphyrius credidit *antrum Nymbarum* dici sacrum animabus. In Quæst. Homeris p. LXII. Ed. F. Stephani præfixæ Poëtis Græcorum Heroicis: Πυρὶ δ., inquit, καὶ ιάματα ὄκνα τὸν

ἰδρίατον νύμφαις, καὶ ἐπ' γε μᾶλλον νύμφαι τοῖς
λυχναῖς, ἃς idiora μελίσσαι οἱ παλαιοὶ εἶδαν: fantes, & fluenta propria sunt Nymphae aquaticarum, vel potius Anemarum quas proprie veteres Melissas vocabant. Multò verius Melias dixisset, ut ex hoc *Hesiodi* loco liquet, quamvis non ignorem quas de Melissis Nymphis soleant dici. Sed quænam sunt Meliae? Hebraicè, seu Phœnicie dicam, מַלְוָאִות, מַלְוָאִות nephaschoth meliæ, vel Syria-cā inflexione, נֶמְשׁוֹן מַלְיָן nephaschon malejon, hoc est, *anima plena*, seu quibus expletum vitæ tempus, quales vocat Apostolus ad Hebreos Cap XII. 23. מַלְוָאִות שְׁוָרָה τְּמִימָנָה. Ait ergo Poëta, postquam bella ab ætate Saturni cœperunt, *animos occisorum hominum proborum* per totam terram plurimos errasse. Ceteræ Nymphæ non dicuntur Meliae, quia credebantur esse tantum נֶמְשׁוֹן nephaschoth, *animi immortales*, qui numquam humano corpore induiti fuerant, quales ab Hebrais & Christianis *Angeli* vocantur. *Clericus.*

189. Κάλλας' ἐπ' ἡπέγειο πολυάνθεψιν τὸν πότνιον] Versus iste interpolatus est propter ἑράκλεα, ut alibi suprà. Scribe: Κάλλας' ἀτ' ἡπέγειο πολυάνθεψιν ἐπ' πότνιον. *Grietus.*

189. Κάλλας' ἐπ' ἡπέγειο πολυάνθεψιν τὸν πότνιον] Recte conjectit F. Grietus, morosus ceteroqui Criticus, legendum ἀπ' ἡπέγειο, hoc est, ē continentii conjectit in pontum; neque enim hæc in Epiro gesta sunt, sed in Thessalia. At non est mutandum πολυάνθεψιν τὸν πότνιον, ut ille volebat, nam non opus est, cum passim ē significans motum ad locum, ut loquuntur Grammatici, conjungatur cum Dativō; præterquam quod ultima vocis πολυάνθεψιν sit brevis, quam longam esse necesse est. Obiter observandum ἡπέγειο dici continentem ab Hebraica voce, quæ pulvorem sonat, گوی hapbor, aut Syria-cā inflexione نَهْبَرъ naphra, unde addito س, more Græco, نَهْبَرъ. *Clericus.*

190. οὐ πέμπει ἀμφίλοχος παλὸν χεῖνον.] Nonnulli ex consiliariis patris Saturni diu navibus huc illuc acti sunt, donec iverint in Cyprum, atque ē Cypro in Cythera venerint, ut docent sequentia. Clericus.

Ibid. Αμφὶ δὲ λαοὺς &c.] Hæc sunt πρατηλογιαὶ poëticæ, ex ambiguitate vocis μῆδος natae. Clericus.

191. Τῷ δὲ ἐν κύρῳ ἐδράσα] Consiliarii patris Saturni in Cyprum cùm pervenissent, illic didicerunt cultum Αρεβήτας, quem postea, victo Saturno, in Graeciam retulerunt. Clericus.

192. Πρῶτον δὲ Κυθήρων γενέσιον] Homo Graecus popularibus suis hinc gratificatur, cùm ex insula Cytheris, in Laco-nico fina, vult Veneris cultum translatum in Cyprum; cùm in Cypro antiquissimus sit ejus cultus. Alii tamen Graeci Poëti, qui non profitetur se verum dicere, aut candidiores, aut accusatores Cypriam Venerem Cytherensi antiquiorem fuisse fatentur. Herodotus Lib. I. c. 105. loquutus de templo Veneris Uraniæ (Syris dicebatur בָּלְעָד vel מִלְכַת הַשְׁמִימָן Domina vel regina cœli, ut ostendit Joan. Seldenus de Diis Syris Synt. II. Cap. 2.) quod erat Ascalone in Palæstina, quodque ait fuisse νέρνης ἀρχαιότερη ἱδρὺς οὐτε ταῦτα δὲ Θεοῦ, antiquissimum templorum omnium quacumque sunt huius Deæ, pergit his verbis: Καὶ γὰρ τὸ εἰς Κύπρον ἵερον ταῦτα, οὐτε αὐτοὶ λέγουσι Κύπειον τὸ τὸ εἰς Κυθήρων θεοὺς, οὐτε ταῦτα τὸ Σειενοῦς ὄντες: Signidem templum, quod est in Cypro, binc ortam duxit, ut ipsi dicunt Cyprii. Templum verd, quod est in Cytheris, considerunt Phœnices, ex hac eadem Syria. Similia habet Pausanias, non uno loco; cuius verba non addam, quia allata sunt ab Sam. Bocchato, in Chanaane Lib. I. c. 22. ubi recte ostendit insulam Cythera dictam ita fuisse à Phœnicia voce קֶטְבָּרִים Ketbarim, petræ, quia illa insula scopulis cincta est. Clericus.

194. Αμφὶ δὲ τοῖς] Eandem ferè im-
ginem Veneris exhibet Lucretius lib. 1.
Te, Dea, te fugiunt venti, te nabi-
ta cœli
Adventans; tuum; tibi suaves da-
dala tellus
Summittit flores; tibi rident aquo-
ra ponit,
Placatumque nites diffuso lumine
cœlum.

Similiter de lecto Jovis & Junonis Il. 5.
347.

Τοῖς δὲ ταῖς χθὼν δῖα φίη ποθελία ποίην,
Λαύτος τ' ἐρόπιντα, ιδὲ πεζόν, ιδὲ ὑάκινθον
Πυκνὸς, οὐ μαλακόν, οὐ ταῖς χθονὶς ἡρό-
τεργε.

Quem locum quam pulchre imitatus sit
Miltonus nostras Vid. Parad. Amiss. lib.
9. Rob.

195. Τὸν δὲ Αρεβήταν —

Κικλόπους θεοὺς τοὺς καὶ ἄρδες, ἔνεκ' εἰς ἀρρώ-
θεῖσην.] Graeculi omnia ex Lingua &
Gente sua deducunt. Dicta verò est
Phœnicie אֲרָבָה אֲרָבָה hoc est,
separata à viro, libidinis causā. Hoc sen-
su radix Hebraica אֲרָב pbarad occurrit
Hof. IV, 14. Non opus est ut ostenda-
mus quātū aperte hoc nomen Veneri con-
veniat; sed diligenter observandum hinc
ab Hesiodo Venerem statui Jove majo-
rem natu, aut certè ex alio natam circa
eadem tempora, cùm alii Poëtæ eam
faciant subinde Jovis filiam. Clericus.

197. Κικλόπους θεοὺς ἄρδες.] Ita lo-
quitur Hesodus, quia Homerus varia
nomina profert, quæ similia apud Ho-
mines & Deos fuisse negat. Sic Iliad.
A. v. 403.

Οὐ Βεράριαν καλέουσι θεοὺς, ἄρδες δὲ τὰ πά-
της

Αἴγανα.

Quem Dii vocant Briareum, homines
verò omnes Άρεον, Z. v. 291.

Χαλκίδε κικλόπους θεούς, ἄρδες δὲ κύμαρον.
Quæ avis est montana, nigra, magnitu-
dine accipitriss, & carnivora. T. v. 74.
de Phrygiæ fluvio:

Οὐ οὐδὲν καλέσοι θεόν, ἀρδπίς δὲ Σεργό^{ματρον.}

Ad quem locum ita habet Scholiares : Τὸν δυνάμων τὸ μὲν περιγένετον ὄνομα εἰς τὸν θεὸν ἀναρρέπει ὁ Ποιητής· τὸ δὲ μεταγένετον εἰς ἀνθρώπους : εορτα, quibus duo nomina indita sunt, nomen antiquius ad Deos referit Poëta, recentius vero ad homines. De Venere melius dixisset Hesiodus :

Ασέρην καλέσοι θεόν, ἀρδπίς δὲ Αφροδίτην.

Nam Astarte nomen est Phœnicum, Aphrodite verò Græcorum. Clericus.

203. Τάυτη δὲ ἡ ἀρχὴ ποὺν ἔχει τὸ πάτημα] Hoc est, antequām Jupiter regnaret, hoc illi honoris concessum erat, ut rebus venereis præfasset; seu, iam Dea habebatur in Asia, & quidem amorum,

* priusquam

Sumeret agrestem, posito diadema-
te, falcem

Saturnus fugiens, tunc cum virginu-
cula Juno,

Et privatus abduc Idæis Jupiter
antris.

Non semel ἡ ἀρχὴ sumitur eo sensu, in hoc Poëmate. Postea verò Jupiter Diis novos honores tribuit, aut veteres confirmavit, ut non semel docet Hesiodus. Clericus.

207. Τὸν δὲ ταῦτα Τίτανας δικιλονον καλέσον — φαντὶ πτώματος ἀπαδαλίη μέρη ἔξει Εγγύον] Poëta voluit à Cœlo Titanas dictos esse τὸν τὸν πτώμαν, plectere. At vocati sunt à voce Phœnicia πτῶ τις, id est, lutum, unde passim dicuntur γῆς, terræ geniti, & μάλιστοι, εἰ luto nati ; quæ vox contumeliosa est, quia hominem ad originem suam è vili luto amandat. Vide *Callimachum* Hym. in Jovem v. 3. ejusque Interpretē. Hinc Cœlus dicitur ab Hesodo eà voce usus πτῶδες reuter, objurgans filios. Clericus.

209. Τιταύρωντας] Porrigentes, hoc est, η χεῖρα ὀφέγγωντας. suprà ὠρέξαντα χειλαῖ. Guetus.

214. Δέσποτεν αὐτῷ Μόμον] Notum est *Momum* dici Numen, quod vitia quæ insunt operibus Deorum & hominum callidissimè animadvertisit. Quare autem noctis filius fertur? Quia, nimisrum, clam facilis aliena mordere, quam palam. Quare *Momus* vocatur? A Phœnicia voce Μούμουν, aut *mom*, quæ *vitium* sonat; quod ita consentit cum iis, quæ dicuntur σει τὸν θεόν μαρωσίτην, ut Etymologia hæc nostra vix in dubium possit revocari. Ita se ipse describit *Momus*, apud *Lucianum*, in Deorum Conventu T. 2. p. 709. Ed. Amstelod. Πάντες μὲν οὖσαι ὡς ἐλεύθερος εἴμι τὸν γλώτταν, καὶ ἐδίνεν ἐμὸν καταπονηταί μηδὲ τὸν γλωττάν. Μηλέγχο γένεται τοῦ λέγοντος τὸν φαντερόν, ἐπειδὴ μηδὲ τὰ μηδὲν αὐτὸν ἀγελάπτειν τὸν γλωττάν. ὅσει τὸν ἀπαρχὴν δοκῶ τοὺς πολλοὺς, τὸν συκοφατικὸν δὲ φίουν, σημάτιον της γενίγενες τὸν αὐτὸν ἴπονομαζόμενον: Omnes me norunt liberum esse linguā, & nihil reticere eorum, quæ bene non fiunt. Arguo enim omnia, διδico quæ mihi videntur aperte, neque quemquam veritus, neque, præ verecundia, meam celans sententiam. Itaque molestus videor plerisque, διη natūrā ad calumniandum propensus; publicusque accusator ab iis appellor. *Lucianus* quidem, qui *Momum* in concilio Deorum de se loquentem induxit, eum palam carpentem quæ sibi displicerent describere debuit; sed naturam maledicentias ex vero pinxit *Hesiodus*, cum è nocte natam cecinit. Vide hac de re elegantissimum libellum *Luciani*, σει τὸν ἡδὺν πτῶμαν Λεβελῆ, in Tom. II.

Ex hac eadem significatione vocis μομον, natum est adjективum ἀμωμον quod infra habemus v. 259. ubi forma sine virtute ita dicitur. Clericus.

Ibidem. Καὶ Οὐρδίνης ἀγριβιστας.] Quia nocte anxietates augentur; unde *Ouidio* dicitur *curarum maxima nutrix*. Clericus.

215. Εανείδας τη] *Hesperides* Nymphae dicuntur quæ ad Occasum habitabant; Occasus autem, ex sententia Veterum, qui rationes motus Solis, aut potius Terræ, ignorabant, magnam cum nocte affinitatem habebant. Locus in quo Hesperides esse credebantur non unus fuit, attamen in Africa constabat earum sedes fuisse. *Plinius Lib. V. Hist. Nat. c. 5.* de Berenice Cyrenaicæ urbe: *Berenice in Syris extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum supradictarum, vagantibus Graecie fabulis.* Idem de Lixo urbe Mauritaniæ Tingitanæ, ultra quam ad Occasum nihil esse credebatur, *Lib. ejusdem Cap. I. Ibi regia Antæ, certamenque cum Hercule & Hesperidum borti.* Idem habet *Lib. XIX. c. 4.* Aliam affert Hesperidum Genealogiam *Diodorus Siculus Biblioth. Lib. IV.* Sed nec eum, nec recentiorem quemquam alium moramur, præ *Hesiodo;* Graeculi enim certatum addidere veteribus fabulis, quæ proinde in antiquissimis quibusque minus corruptæ inanibus additamentis inveniuntur. *Clericus.*

217. Καὶ Μοῖρας καὶ Κῆποι] Hoc est, Parcas, quæ duplici illo nomine vocari solent. Sed *Hesiodus*, Poëticâ licentia ludens, totidem facit Deos, aut Semideos, variis rebus præfectos, quod sunt illarum nomina, licet idem prorsus significantia. Quod manifestè ostendunt sequentia, & præsertim quidem versus 228.

Τούριας τε Φύρες τε, Μάχες τ' Αρδοκτόνους τε.

Nam *Pugnae, Cædes, Prælia & Strages virorum* sunt unius ejusdemque rei quatuor nomina. Ex hac autem licentia personarum fingendarum, & quidem divinarum, videtur orta consuetudo Ethniconum, de qua multis diximus in *Critica P. 2. C. VIII.* Ut ad Numina, de quibus hic *Hesiodus*, redeam, fatales Deæ dictæ sunt μοῖραι fata, sortes, μægæ τὸ μαυρεῖδα τρέση, quia unicuique dirijæ sunt.

Sed vox Κῆπ omnino facta est à Phœnicia voce Κορ, frigus; nec frequentius additur ullum epitheton morti, quād frigidæ, eo quod mortuorum illico frigescant membra. *Quin & Horatius Sat. Lib. II. Sat. I. v. 62.* frigus ponit pro morte:

— ô puer, ut sis
Vitalis metuo, & majorum ne quis
amicus

Frigore te feriat.

Vetus Scholiaстes: *Morte te officias, quæ frigida est, ut Virgilii: frigida mors.* Vide, si tanti est, alias Interpretes. Eadem operâ, dicam unde mihi videantur *Parcae* dictæ Latinis; nimis, à voce ejusdem Linguae Πάρκα rupit, friggit, unde dicta Πάρκα parka Dea quæ abrumpit filium; quod *Atropos* potissimum facere dicitur, sed non dissentientibus sororibus. Omnes aliae Etymologiazæ ineptæ sunt, quas licet quæras apud *G. Joan. Voßium* in Etymologico. *Clericus.*

220. Αἱ τ' ἀρσπῶν τε διῶν τε παραλαβίας ιστέτων] Hoc est, quæ & hujus ætatis homines morte plectunt, & olim de antiquissimis Graeciazæ incolis in Deorum numerum relatis, quosque adēd nunc Deos dicimus, easdem poenas sumserunt. Res aliter intelligi nequit, atque hinc liquet, *Hesiodi* ætate, ignotum non fuisse Deos, qui colebantur, fuisse meros homines. Alioqui Numina, quæ præesse credebantur Morti, & fato hominum, Diis ipsis superiora numquam habita fuisse. *Clericus.*

223. Τίκτη ή καὶ Νέμεων.] Hæc vox idem significat ac *Μοῖρα*, est enim à νείρῳ, quod idem ac *répa*, id est, *divido*. Numen est, quod superbis distribuere credebatur poenas, & persequi reos, qui sibi meritum supplicium effugisse videbantur. Vide quæ de ea collegit *Rob. Constantinus* in Lexico, nemo enim plura & aptiora hanc in rem protulit Veterum testimonia. Sed non est miscendum,

dum, quod ille observare omisit, hoc Numen cum alio ejusdem nominis, quod præst pudori, quo delicta vetantur. Est, nimirum, ejus munus in eo situm ut excitetur in hominum animis timor *δικαιας μητρως justæ vituperationis*, ut loquitur *Eustathius*. Hæc Nemesis antevertit peccata; illa commissa plebit. Nemesis benignioris meminit ipse *Hesiodus*, in Operibus, v. 220. ubi descripto sæculo ferreo, ita loquitur:

*Kai τὸν δὲ φέρεις ὅλυμπον οὐδὲ χθονὸς τὸν
ρυστίν,*

*Λουκάνιοι φρέσιοι πελεψαδίναις χρέα πελάται,
Ἄθαράται μὲν φύλακται, πελαποται ἀνθρώπαις.*

Aidūs καὶ NEMESIS.

*Tum demum ad cælum à terra spatiofa
candidis vestibus teatæ corpus pulcrum,
ad Deos ibant, relictis hominibus, Pu-
dor & NEMESIS.* Interpretatur Proclus *δίκαιος ἄγγελος, justitia Angelum*; sed tantum abest, ut is ad Deos sæculo ferreo ivisse dici possit, ut contrà numquam magis versatus fuerit inter homines, quam ea ætate, quam maxima scelerata admissa censemur. Verum de hac dicemus & ad Opera Hesiodi. Clericus.

223. *Nemesis*] *Λασπατάδης* ἐν τοῖς σα-
γριμοῖς εἰς κύκνον φοῖς μεταβλήσεις & Δία,
καὶ *Nemesis* μηῆται. Schol. Ant. Hæc fabu-
la, ut opinor, ex eo traxit originem,
quod ad Deum, ut loquitur S. Scriptu-
ra, vindicta pertineat, eique curæ sit ma-
leficia hominum punire. Rob.

224. *Kai φιλότητα*] Non est vertendum *Amicitiam*, ut vulgo solent, sed *Concubitum*; intelligendusque meretricius, qui meritò inter maxima mala re-
censetur, & Noctis est infasta soboles: Non raro φιλότητα, apud *Hesiodum*, & *Homerum*, eo sensu occurrit, ut Lexica docebunt. Vide v. 177. Nec potuit soror ei convenientior dari quam *Aném*, hoc est, *fraus, simulatio, capatio, fallax suadela*, quibus meretrices alliciunt adolescentes. Res est nimis nota, & plenæ

sunt exemplis Comœdiae. Igitur nece-
saria, non est violenta emendatio *Fr. Gueti*, qui volebat legi *διλότητα* pro *δι-
λότητα*. Clericas.

224. *Φιλότητα*] Assentior Clerico qui φιλότητα interpretatur *Meretricium Amo-
rem*, dicitque *sororem* ei convenientio-
rem assignari non posse quam *Ανέμη*. Cui adjungo, quod nec *water* ei conve-
nientior dari possit quam *Nέξη* ὁλῶ, cuius
sub umbra hæcce facinora perpetrati solent. Rob.

220. *Διορομάνη*] *Η Διορομία τῇ τύρον*
opponitur, ut notavit Guietus. Haud igitur incommodè verti potest, *legum malarum institutionem*. Quo sensu *Διορομία*, & *τὴν optimè dicuntur familiates esse*, quia nihil majus damnum infert hominibus quam male leges. Sed si concedatur *τὸν τύρον* nunquam ab Homero vel Hesiodo usurpari, querenda est alia significatio *Διορομίας*. Nec sa-
nè incommodè verti potest *difficilis vivendi status*, in quo boni à malis op-
primuntur, quo sensu haud male con-
jungitur *τῇ Ατῃ*. Ita verti potest *τὸν bona vivendi ratio*, ut apud Homer. O-
dys. §. v. 487.

Ἄρδροπτον ὕλει τι, καὶ τύρομάνη ἐρράντες.
Ubi Scholiares exponit *τύρομάνη*, *τύρεματας*.
καὶ τὸν τύρεμα, καὶ λέγεται. Vide quæ adnotavi supra ad V. 66. Rob.

223. *Nereia τὸν ἀκευδία*] *Nereum vo-
cari filium maris nemo mirabitur, qui
sciet Phoeniciā Lingua, נָרְאֵה nabaro*
esse fluvium. Fluvii meritò dicuntur fi-
lii maris, cùm ex eo oriuntur, quod non
fuit ignotum *Hesiodo*, ut appareat *ex v.*

336. & seqq. Crediderim Phoenices di-
xisse mare esse patrem fluviorum נָרְאֵה
נָרְאֵה ab nabare, quod pater *Nerei* male
versum est. Eodem errore, judicarunt
Nereia esse numen maris, cum fluviorum
potius Deus haberet. Unde verò factum sit ut ei laudes tribuerentur, quas
in eum congerit *Hesiodus*, querunt In-
terpretes. Ridiculus hic est Joannes
Dian-

Diagonus, ut solet, qui hanc ejus rei rationem reddit: πρέστερος εἰδότων ὃς δὲ τὸ πλεῖστον οἱ ἐν θαλάσσῃ φύγοντες καὶ ταῦπιλομενοὶ ἀνθρώποι ἀλλοῖς τῷ καὶ ἀτενδοῖς εἴραι. καὶ φέρε τότε καὶ ἔπομα καὶ γραφή. ἐνδέκατης αὐτῶν ἐλπίζειν φύγειν οὐδέποτε οὐδέποτε τῷ καὶ πρέστερος οὐδέποτε, καὶ μὴ διεύσπειρον ἀπειλεῖσθαι μηδὲ δικαιουσίν, μηδὲ ιστορεῖσθαι: quia solent, ut plurimum, homines qui in mari vitam agunt ἢ navigant veraces esse ἢ mendacii immanes, propterea que bonore & venerazione digni. Mors enim, quam quotidie exspectant, persuadet ut sint veraces & mites; nec licet illis oblivisci aut justitiam, aut aequitatem. Certè hac ratione in officio contineri deberent nautæ, sed quis ne scit contraria omnia esse vera? Hic nostor *Joannes* vixerat fortè in oppido mediterraneo, in quo de nautis philosophabatur, ut nos de incolis Planitarum, quos ne in somnis quidem vidimus. Confundendum hinc nobis iterum ad Linguam ejus Gentis, quæ frequentibus navigationibus ceteris maria aperuit. Ea autem Lingua radices ηνη ναβος, ηνη νοση, & ηνη ναρ sonant splendere, lu cere; quod à luce corporea translata ad animum significat scire, intelligere, sapere. Itaque laudes, quibus hinc Nerea ornat Poëta, videntur natre ex altera significatione ejus nominis. Fortè propterea & Nerea & Protea fatidicos Deos esse crediderunt Veteres. Clericus.

235: ————— οὐδὲ διμετέρων

Ἄνθει ἀλλὰ δίηγα καὶ ἡμεῖς δίητε.]

Quætitur quid propriè significet vox δίητε, quæ & apud Homerus aliquoties occurrit. Iliad. Δ, 361. Agamemnon de Ulyssle: ἡμεῖς δίητε οἴτε. Interpretantur vulgo βασινυματα consilia, dictaque ea vult *Eustathius*, ad locum allatum Homeri, παρεὶ τὸ δίητε, ὅπουαιντο τὸ δίητε ποὺ. ἀφ' εἰς καὶ δίηταις ὁ παλιχέριος. ζεβρι γῳ χετία τῆς ὄρθει βελενοφύοις: ἡ δίητε, id est, diu, unde ἢ δίηταις longævus. Tempore enim

opus est iis, qui recta consulunt. Similia Etymologici Magni aucter, & alia non meliora habet. Quoniam verò hīc mentio fit justitiae, omnino crediderim δίητε esse propriè *judicium*, à radice Phœnicia δίηoun, judicare, unde δίηoun, aut δίηdino, *judicium*, quod à voce δίητε, si pronunties H ut I, sola terminatione in Σ differt. Clericus.

235. Οὐδὲ διμετέρων — Αὔτετον] Hanc ob causam videtur Horatius Nereum potissimum elegisse qui naviganti Paridi fata caneret. Non modò ob veritatis amorem, ut ait Dacierius, quem ei attribuit Hesiodus, sed etiam ob æquitatis & justitiae studium, quam Paris per rapuum Helenæ tam insigniter violaverat. Rob.

237. Θαιμας μήτηρ] Cùm Thaumas quidem dicatur filius Nerei & pater Iridis, oportet eā voce intelligi quidpiam, cuius natura sit affinis mari & Iridi. Cùm verò sit ille filius Terræ, neccesse etiam est quod vocatur Thaumas posse dici è terrâ oriri. Vix ergo aliud esse potest, quam nescio quod Numen, quod sit vaporum & nubium præses; nam hæc nascuntur ex mari & terra, & pariunt Iridem. Ita dictum fuerit, quodd meteorahominibus sint admirationi, aut à verbo Græco θαυμαζειν, aut à Phœnicia voce תְּהִמָּה thamah, quæ idem sonat, & à qua Græcum verbum deductum est. Homines, ut verbis *Lucretii* utar, è Lib. VI.

— mirantur quæ ratione
Quæque geri possint, præsertim rebus in illis,
Quæ supra caput ætheriis cernuntur
in oris. Clericus.

Αγλωπε Φόρκυ] Hic videtur homo suis, qui navigationis peritus fuerit, & remotissimas oras navibus adierit. Nam cùm res ipsa hoc ostendat, ut postea videbimus, Radix קְרַבָּק pbrak apud Syros est discessit, amovit se &c.. Clericus.

238. Κυνὸς γαλλικόν] Nescio quare *Hesiodus* Cetōnem pulcrām vocet. Si enim pulcra fuit, habuit dissimillimas sibi filias, ut postea videbimus. Ex filiabus si conjiciamus de matris nomine, judicabimus dictam à radice τοῦ Κυνοῦ fastidire, litigare. Soror ejus nomen Græcum habet, sed mali etiam ominis, nec melior fuit filiabus sororis, cùm dicitur

Εὐρύλιν ἀσέμαρτος ἐνὶ φρεσὶ θυμῷ ἔχουσα,
Ευρύβιος ferreum animum in pectore habens. Clericus.

240. Μηρύπατη τέκνα Θάσων, πότερον εἰς ἀ-
τεργάτην] Hæ sunt nymphæ marinæ, hoc est, animi eorum qui in mari olim pe-
tierant, aut etiam eorum qui insulas
Maris Interni primi coluerant. Nomina illis Græca, pro arbitrio, imposuerunt Poëtæ. Clericus.

266. Ωκεῖας τέκνα Ιερ.] Cùm Veteres animadverterent arcum cœlestem cerni cùm plueret, facile intellexerunt ortum eum ex pluvia; quo factum, ut à mari oriri dicant Poëtæ. Sed propter elegan-
tiam colorum, crediderunt, aut se cre-
dere finxerunt scalam esse è cœlo de-
missam, per quam nuntii à Diis ad ho-
mines descenderent. Illi autem spiritus, quos nos Græcæ voce appellamus *Ange-los*, hoc est, nuntios, ab Hebræis vocan-
tur quandoque θύριον *birim*, vel *irrim*,
hoc est, aut *vigiles*, aut *monitores*. Hinc ergo factum nomen *Iridis*, nuntiæ Deorum, quæ propterea dicitur *celer*, quod Deorum nuntiæ celerrimi esse existima-
rentur. Clericus.

267. Ήγκόπιος οὐ Αρτίμης η τὰ ιξῖς] O-
stendimus multis, in Dissert. de Statua
Salina, Harpyias esse locustas, quas hic facit *Hesiodus* Thaumantis Meteororum
Præsidis filias, quia ex nubibus sapè fer-
ri videntur; μεταχειρίαι γδὲ λαλοῦ, subli-
mes enim volant. Vide quæ illic dixi-
mus. Clericus.

268. Αἱ ἡ ἀρέματος] Hyperbole apud
Latinos frequens, *Volat octor Euro*. Sed

merito culpandus est Noster, qui cùm
ventorum celeritatem Harpyiis attribui-
set, easdem statim avibus æquiparando
nobilem hanc imaginem deprimit, atque
imminuit. Haud ita Horatius; qui hu-
jusmodi comparationibus simul usus, per
Climacem tamen assurgit, fortiore Hyper-
boleon posteriore loco adhibens. Carm.
lib. 1. Od. 16.

Octor cervis, & agente nimbos

Octor Euro. Rob.

270. Γεαίας τέκνα γαλλικόν] Vox γεαία
idem sonat Græce, ac Γεαῖς anus. Inde
finixerunt Poëtæ *Græcas* fuisse canas, cùm
nascerentur. At si scribamus γαργαραῖς, vel
γαργαραῖς *griab*, vox deduci poterit à
Radice, quæ apud Arabas & Chaldaeos
significat, *audax, animosus fuit, irrita-*
vit; quæ significatio non malè quadrat
in Phorcynis filias. Quod addit *Hesio-*
dus à Diis quæ ac ab hominibus voca-
tas γεαίας, perinde est ac si diceret anti-
quissimum hoc earum esse nomen. Vi-
de not. ad v. 195. Clericus.

272. Χαμαὶ ἵεροιδηνοι ἀνθρώποι] Haud
paullò elegantiū legas ἵεροιδηνοι repentes,
cùm ἵεροι ratiū significet incedere.
Clericus.

272. Ερχόμενοι] Frustrè est Vir doctus
qui ἵεροι ratiū significare incedere con-
tendit. Sed ita profus scriptus Homerus
Il. E. v. 441 &c.

Οὐκοτι φῆλοι ὄμοιοι

Ἄδαράτοι τοι θάσων, χαμαὶ ἵεροιδηνοι τ' ἀν-
θρώποι. Rob.

273. Πιφενδὺ πει Ερυδος τι] Nomina hæc
Græca sunt convenientia cum nomine
Phoenicio; nam Πιφενδὺ vel, ut scribunt
alii, Πιφενδὺ, est à πιφενδαῖς inborruisse,
fremuisse. Ερυδοῦ verò nomen est Bellon-
æ, οὐδὲ τὸ ίεροῦ, ιεροῦ, δὲ ιεροῖς, occido,
ut conjicit *Eustathius*. Clericus.

274. Γοργός οὐ αἱ νεανοὶ πάρη κλήτε οὐ-
καροῖο

Ερχατῆ σεις γυντός οὐτὸς Βαστεῖδες
λιγύφανοι] Phœnices, qui ab antiquissimis temporis-
bus

bus extremam Africam ad occasum aliquatenus circumvierant, cum narrarent quæ in illis locis vidissent, à Græcis Interpretibus non satis intellecti, auctores fuerunt hujus fabulæ. Hoc intelligere licet ex *Hannonis Periplo*, in quo similia narrantur iis quæ antiquiores *Hannone* Poeni, aut Phoenices, dixerant. Quæ de re vide quæ diximus in Dissert. de *Statua Salina*, ne ea hinc repeteremus cogamur. Πέρι τοῦ ὄκεανοῦ, est hinc aut ad *Oceanum*, aut in insula Oceani, ut jam diximus ad v. 215. *Contra eosdem* (Catobletas) sunt insule *Gorgades*, domus, ut aiunt, aliquando *Gorgonum*. Verba sunt *Pomp. Mela* Lib. III. c. 11. qui subjicit: ipsæ terræ promuntorio, cui iacips nomen est, finiuntur, unde colligere licet intelligi insulas, quæ dicuntur *Promuntorii Viridis*. Attamen quæ retulit *Hanno* de insula in qua mulieres inventiebantur, ex quibus nata *Gorgonum* fabula, melius quadrant in insulam Gambiam, inter duo ostia Nigri fluvii, è regione *Gorgadum*, sitam. Idem *Mela*, memoratis Africæ incolis ignis usus ignorans: Super eos, inquit, grandis littoris flexus grandem insulam includit; in qua tantum FOE MINAS esse narrant, toto corpore birtutis, & sine coitu marium suâ sponte fœcundas; aded asperis efferisque moribus, ut quædam contineri, ne reluctantur, vix vinculis posse sint. Hoc *Hanno* retulit, & quia distracta occisis coria pertulerat, fides habita est. Hæc autem loca dicuntur esse ad extremam noctem, quod Veteres crederent in ultimo occasu æternam esse noctem, quasi illic Sol extingueretur. Clericus.

276. Στενὸς περὶ &c.] Gorgones hæ sunt, quæ *Hesperides* etiam generis nomine vocabantur; *Hesperides* enim erant omnes illæ occidentales Nymphæ. Clericus.

280. Τὸς δὲ ὅπε Δῆμος καραλοῦ ἀπειστόμησε,
Εξέδωρος Χρυσάρχος τοι μήτερ, καὶ Πίγαρος
ιπποτός.]

Unde singulæ circumstantiæ hujus fabulae natæ sint nemo dixerit. Sed summam conjicere est latere hinc aliquid veri, de equis ex ultima Africa in Asiam avertis. Ejus rei hæc clara sunt vestigia. Primo *Perseus* commodè deducitur à voce Phœnicia פָּרָשׁ pharsco, hoc est, eques; quæ derivatio optimè in eum quadrat, cum Pegaso veheretur, equo alato. Secundo, si scribas vocem פִּיאַחְאֹן Phœnicie, hoc modo, * פִּיאַחְאֹן pagous, vocem habebis compositam ex פִּיאַחְאֹן pag, hoc est, lupatum, & פִּיאַחְאֹן sous, hoc est, equus. Tertiò, notissimum est Mauros & Numidas extremæ Africæ incolas semper equis abundasse, atque ex iis pugnasse. Nihil frequentius in Romana Historia occurrit. Quin & videtur pars aliqua illarum Gentium Persarum vocabulo dicta, eadem de causa, non quod ex Perside venissent. *Sallustius* in Bello Jugurthino, ejus rei meminit, quasi ex *Punicis libris*, qui *Hiempalis regis* dicebantur; sed eos ex reliquis exercitu Herculis fuisse vult. Postquam in Hispania Hercules, sicut Afri putant, interiit; exercitus ejus compositus ex gentibus variis, amissò duce, ac passim multis sibi cuique imperium potentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, PERSÆ, & Armenii, navibus in Africam transvecti, proximos nostro mari locos occupavere. Sed PERSÆ intra oceanum magis, bique alveos navium inversos pro ruguriis babuere. Græci postea Argivo suo Perseo tribuerunt, quæ de gente cognomine à Phœnicibus audirent, omniaque mendaciis novis incristarunt. Credibile est, occisis custodibus, abductos fuisse equorum greges ex Africa in Asiam. Clericus.

* Vide Sam. Bochartus Hierozoici P.I, Lib. 2. c. vi.

283. O Α' ἡπ̄ χρύσον τὸν] Hinc dictus, si Græcis creditimus, *Chrysaor*, quem vellem ab *Hesiodo* descriptum. Certè munus quod illi tribuit ferendi fulminis & fulguris, vel eorum custodis, colligere est ex ejus nomine Phœniciis litteris scripto, nam אַוְר חָרִיכ bbaris-or, vel *chrisaor*, significat *caſtodiem ignis*; cùm סִירְכָּוְרָאֵס cuſtodiem, apud Arabas, &c, apud Hebræos, aliosque Orientales populos, אַוְר non modò *lucem*, sed & *ignem* sonet. Hæc ostendunt Phœniciam esse fabulam, etiamſi omnibus ejus ambagibus expedire nos non posse videmur, sine filo quam Ariadnes. *Clericus.*

284. *Xsora multa pñlñr*] Hoc est, *terram matrem malorum cistreoram*, non *cvium*; ut intelligere licet ex iis, quæ diximus de Hesperidum hortis. *Clericus.*

287. Τετράπλιον Γενεύη } Quare ex Chrysaore natus dicatur Geryon, vel Geryoneus, ignoremus necesse est, quia de Chrysaore nimis pauca habet *Hesiodus*; nam recentiores nihil moror, novis mendaciis veteres historias nimium corrumpentes. Hoc unum dici potest, patriam Chrysaoris fuisse continentem Africam, sedes verò Geronis insulam ab ea non remotam, sed propiorem Hispaniæ, de qua insula postea dicemus. Quæsiverunt dudum Grammatici, quorum conjecturas collegit *N. Loddius* in Lexico Historico-Poëtico, quare Geroni tributa sint tria capita. Nos ex Lingua Phœnicia rem deducendam putatus, cum Tyrii insulam illam habuerint, ab Hercule Tyrio occupatam. Cum ergo Hercules, hoc est, mercator Tyrius, in eam insulam exscensionem fecisset, occurserunt illi tres globi ejus incolarum; quos ille, cum Phœnicibus suis, vicit. Res autem ita Phœnicia Lingua exprimatur: הַכָּח שְׁלֵשׁ רָאשׁ iccbab schelesch rasche gerehem, aut more Syriaco גְּרֹהֻן greboun, hoc est ad verbum, percussit tria capita greboun, quæ ultima vox si pro nomine proprio viri sumatur,

statuetur fuisse vir quidam triceps nomine *Geryon*. Sed est appellativa, significatque *illorum incolarum*; & sensus loquutionis Phoenicie hic est: *tria agmina incolarum cecidit*. Nam Phoenicie רַאשׁוֹת roschim dicuntur etiam *agmina*. Hinc nata videtur fabula tricipitis Geryonis. *Clericus.*

tium lac serum non facias. Caseum vero faciunt admissa multa aqua, propter pinguedinem; & triginta diebus suffocatur pecus, nisi quis ei aliquantum sanguinis mittat. Herba quam pascuntur sicca est, sed valde saginat. Hinc colligunt factam esse fabulam de armentis Geryonis. Integra verba adscriptissimus, ut appareat nullius ponderis esse rationem viri summi; herba enim, quæ usque aded saginabat oves, non semper sicca erat, & poterat etiam sicca saginare boves, cum non minus pascantur foeno, quam viridi gramine. Idem durâ Etymologiâ vult dictam insulam Eritbiam, à voce Phoenicia פְּנִינָה שְׁתֵרָה עַשְׂרָה bəṣbaroth, hoc est, greges ovium, quam verterint Græci οἴνος, urbs Erythæ. Nos multò commodiùs derivamus à voce בְּשָׂרָה baroth, quæ gramina, aut herbas virides sonat, Elai.XIX.7. Postea dicta est Αρποδισια, & insula Junonis, à templis Deæ Tyriorum Astartes, quam Græci & Venerem & Junonem interpretabantur. Adi Bochartum loco laudato, & Claud. Salmasum in Solinum, p.201. Ed. Ultraject. Clericus.

290. *Bod. ms.] Hand aliter narrat Homerus cædem Andromaches fratum II.ξ. V.423. &c.*

Κατεπίγειος ποδαρίκης δίος Αχελλού

Βουλή εἰς εἰνόποιας, τῇ ἀρρώνις οὔτεν. Rob.

293. *Op̄or τε κλείρας τῇ βύκολοι Εὐρυτίωνα.]* *Ortbum canem fuisse Geryonis docet Hesiodus v. 309. eumque Echidnæ & Typhonis fœtum facit; sine dubio quia singebatur ἀκίραστος, ut docet Apollodorus Bibl. Lib.II. c.IV. §.10. à quo etiam vocatur Op̄or. Dicebatur à Phœnicibus שְׁבָרֶרֶסְכּ, hoc est, biceps, à שְׁבָרֶסְכּ, duo, & שְׁנֶרֶסְכּ, caput, & præfixo נֶ, quod in nominibus frequens est. Ex Obreros factam Ortibos & Orizbos, corruptione facilis. Malim tamen apud Hesiodum scribi Op̄or, quia minus ab origine Phœnicia. Cani autem bicipiti nomen inditum fortè est à*

*Phœnicibus, ob frequentem latratum, cui caput unum sufficere vix videbatur. Eu-
gmar est יְגָמָר הַרְוֹעָה barobe-ison, pastor
ovium, qui simul bubulus esse potuit.
Nomen Phœnicium in Græcum non infre-
quens, cum similis soni esset, mutatum est. Clericus.*

293. *Op̄or] MS.Bodl.109. Legit Op̄or,
spor, quem restitui. Rob.*

297. *Κρατερέψει Ἐχῖδνα.]* *Hesiodus,* nullâ habita ratione temporum & locorum, Medusæ, quia monstrum erat, progeniem fuisse narrat monstra omnia, quæ priscis fabulis erant inclyta; pro more, quem non semel observavimus, & quo naturâ affinia matrimonii & consanguinitatibus conjungit. Medusa, ut vidi-
mus, erat Nympha Hesperis, hoc est, ex-
tremæ Africæ, ad occasum, Hic verò filiam ejus Echidnam collocat εἰς Λειμοῖς,
hoc est, in una ex regionibus, quæ à Sy-
ris dicebatur אֲרָם aram; quæ oræ omnes
erant ad orientem Maris Interni, circa
Euphratem, ut ostendit multis Joan. Sel-
denus in Proleg. Operis de Diis Syris, &
Sam. Bochartus, in Pbalego, & quis non?
Res enim est lippis & tonsoribus nota.

At non ita vulgo notum, quare Εχῖδνα
in Syria esse dicatur, & cum Typhone
connubio juncta, & sub terra, in profun-
dissimis cavernis. Latet hic verissima
historia, quam narrarant Græcis Phœni-
ces, quippe quæ contigerat in regione
ipsis finitima; sed quam Græci Interpre-
tes non adsequati sunt, propter ambiguita-
tatem vocum. Λειμοὶ dicitur tractus Pa-
læstinae, in quo erant Sodoma, Gomorra,
Adma, & Tsebōim, quarum incolæ vo-
ce שְׁבָרֶסְכּ signabantur, quia submersi
erant in lacu Asphaltite, nam ea vox sub-
mersum sonat. Rem pluribus persequen-
ti sumus, in Dissert. de Sodoma subver-
sione, §.VII. Vox vero Εχῖδνα est inter-
pretatio vocis אֲכָבוּעַ tseboab, unde factum
nomen urbis Tsebōim; nam יְצָבָע serpentis genus est, ut ostendit Sam. Bochartus in Hierozoico Part. 2. Lib. III. c. 7.

כִּי צְבָעֵךְ Narraverant ergo Phœnices, **בַּמְעֹרֶת אַרְצָבָאָרָם** *Tsebobi bim tipho jarad bimbaroth erets baaram*, hoc est, *Tseboitam cum submerso descendisse in terræ cavernas, in Aramaea*. Verterunt Græci; *vipera cum Typhone descendit &c.* *Ἐχδρα σὺν Τυφῷ* *κατέστη εἰς αὐλαῖα γῆς, ἐν Αρμοίσι.* Nomen incolarum urbis *Tsebobi* crediderunt esse nomen serpentis **צְבָעֵךְ**, & nomen appellativum **טִיפָּה**, quo signabantur omnes submersi lacu Asphaltite, existimauit esse nomen proprium nescio cuius monstri; qua de re iterum aliquid dicemus. *Clericus.*

297. *Θεῖον χαρπετέοντος Εχδραν*] Miretur quis quamobrem appellaverit Hesiodus & *Echdras divinam*, cùm jam præcedente versu dixisset eam *monstrum esse nibil simile immortalibus Diis*. Animadverte igitur quodd hæc dissimilitudo intelligenda sit de forma solummodo externa; infrà enim ad v. 305. dicitur de Echidna quodd sit *immortalis*; *Ἄσάραντος* *γύμνη* *ἄγριας ἄματα πάντα*, qua de causa haud immerito dici potest *divina*. Porro, τὸ δένον quandoque usurpatur quasi τὸ δέννον *admirabile, spectabile*. *Hesych.* Θεῖον, τὸ ἀξιον λόγος, ὅπερ διαφέρει. Eodem etiam sensu τὸ δένον usurpari credo in descriptione illa Homericæ ejusdem monstri. Il. l. 180.

— *Ηδ' ἀπ' ἔντονον θύρον, ἡδ' ἀρδόποντος.*
Rob.

307. *Δεύτερον δὲ οἰκεῖον*] Qui legerit Genet. C.XIX. non dubitat quin *Tsebohita* *δένον* & *οἰκεῖον* essent. Sed hinc subjicitur vox *ἀριψός ventus*, quâ homines in ventum mutantur; eo quodd esset *Typhonus* *ἀριψός*, dictus fortè à Phœnicibus *τούρβων*, à radice *τόντου* *toubh*, inundare, submergere, quodd submerget naves. Sic ob nomen simile, res diversissimæ misstæ sunt. *Clericus.*

307. *Αριψός*] Codices nonnulli habent τὸ *ἀριψόν*, quæ vox bene convenit præcedentibus epithetis, et characteri *Ty-*

phaonis. An *ρόπος* verd ab Hesiodo unquam adhibeat, vide quæ adnotavi supra ad v. 66. *Rob.*

310. *Κέρβερον*] Crediderim canem aptum fugandis lupis, & invadendis aliis feris, dictum fuisse קְרַבְרָאשׁ *Kerbroscb*, quæ vox composita est ex קְרַב *Krab*, prælium, & שְׂרָוּסְכָב *sharrosch*, caput, vel dux, quod dux prælii haberetur ejusmodi canis. Verum Interpretes Græci intellexerunt dictum בְּרַבְרָאשׁ *brabroscb*, hoc est, quasi multorum capitum; quo factum ut nonnulli tricipitem fecerint. *Hesiodus* verd πυνθανταρχών, *quinqüaginta capitum* facit, quo *Pindarus* minimè contentus ἵππον τακίφαλον centum capitum dixit. *Clericus.*

310. *Οὐπε φατεῖν*] Vide quæ in Synonymam vocem adnotavi ad v. 148. *Rob.*

319. *Η ἢ χίμαιρα ἔπειτε*] Chimæra etiam meminit *Homerus Iliados* Z. eāmque hisce verbis describit. v. 180.

— *ἡδ' ἀριψόν* *ἴλιον θύρον*,
Περὶδια λέων, ὄπειρις δράκων, μίαν δὲ χίμαιραν

Δεύτερον διαπονεῖται πνεῦσα μήνας αἰσθοθέντοι.
Hæc certè erat divinum genus, non hominum; antè leo, post draco, media capra, terribilemque exhalans vim ignis ardantis. *Hesiodus* posteriores etiam duos versus aut ab *Homero* mutuos sumvit, aut fortè, cùm vulgo ore hominum fermentur, Poëmati suo inseruit. Sed præterea addit tria capita ei fuisse totidem animalium. *Homerus* docet id monstrum fuisse in Lycia, ubi à Bellerophon te interfectum narrat, quemadmodum *Hesiodus*. Ex hac descriptione colligere licet, quid nomine Chimæra intellexerint. Si Phœnicis litteris scribamus כְּמַרְדָּה *cbimirah*, competiemus eā voce *adustam* significari, quod nomen optimè convenit ei quam fingunt *ignem spirasse*. At qui potuit fingi animal, quod ignem spiraret? Reverè non fuit animal, sed mons *Cbimæra*, qui eo nomine propter ea appellabatur, quodd flamas eructaret.

ret. Memoriae prodiderat. * Ctesias Cnidius, ὃν πῦρ δὲν ἦγε φυσικός εἰ Λυκία ἀδιά-
ρατος, καὶ ὃν αἱ καταστάσεις τίκτει, καὶ τύχη καὶ
μηχανή. Quæ verba vertit Plinius Hist.
Nat. Lib.II. c.106. *Flagrat in Phaselide
mons Chimæra, & quidem immortalis
diebus ac noctibus flammâ. Phaselis au-
tem fuit pars Lyciae. De hisce monti-
bus ita Strabo Lib.XIV. p 458. Πτελέα πο-
τα μαδωνίτης τὰ ὄφη τὰ στελέα & χιμαιράς: His
montibus fabula Chimæra affingitur.
Cæterum ab Herodio Chimæra singitur
habuisse tria capita, leonis, capræ & ser-
pentis, forte propter tria juga, quæ ju-
dicabantur aliquatenus referre figuram
capitum illorum animalium. Anterior
jugum simile censebatur capiti leonis,
posticum serpentis, medium capræ; un-
de nota est altera fabulæ circumstantia.*

Hæc sunt, nisi fallor, multo similiora
vero, quam quæ conjectit Bochartus, Cha-
naan. Lib.I. c.6. signari tribus Chimæras
capitibus tres duces Solymorum Pisidiæ
populorum, quorum nomina significasse
tria illa animalia putat. Nam ut ne re-
petam quæ jam dicta sunt, ut nomina il-
la significant id quod vult, sunt mutan-
da; quod si licet, in omnibus nominibus
omnia inveniemus. Miror viro acutissimo nihil subolutisse de nomine Chi-
mæras; ex quo ænigmatis bujuscce my-
thici solutio pendet. Clericus.

325. Τιλί περίησος ἔπεις καὶ ἐώλας Bellero-
phonis] Intelligendi sunt incolæ trium
memoratorum jugorum, quos Bellero-
phon non solus, sed cum exercitu illinc
dejecerit. Pegasum illi equum dat Poë-
ta, quia propter altitudinem illorum ju-
gorum, pene opus erat alis, ut ita loquar,
ut invitis incolis ed adscenderet. Hinc
† Arimazes, qui, Alexandro Asiam subi-
gente, Petram Sogdianam occuparat, pe-
tentibus Macedonibus ut eam dederet,
quærebat an Alexander volare posset?
Cujus Petras cacumine ab aliquot Ale-
xandri militibus occupato, qui missus erat

ad Arimazens, ut eum ad ditionem com-
pelleret, juvenes in cacumine ostendit,
ejusque superbiaz haud immerito illudens
pennas ait milites habere Alexandri. Si-
mile quid de Bellerophonte dictum, quo-
factum est ut Poëta Pegasmum ei tribue-
rint. Clericus.

326. Η ἀ' ἄρα Σφίγγ' ὄλον τέρα] Sic
describitur Sphinx ab Apollodoro Biblioth.
Lib.III. c.v. §.8. Εἶχε σφεντον πέντε γυναικός,
σῆμα δὲ τὸ βάσιον καὶ ἑπτά λέοντος, καὶ πλευραῖς ὄρ-
νιος: Habebat faciem quidem mulieris,
peccus vero, pedes δὲ caudam leonis, ac
pennas avis. Subjicit: μαδωναὶ τὸ αὐτόγνα-
τη ποτε Μυσῶν, δὲ τὸ Φίκεων ὅπος ἐκαθίστο, καὶ
τὴν σχέτειν Θεοῖς: cum accepisset æni-
gmata à Musis, montem Phiceum ince-
dit, atque hoc proponebat Thebanis. Tum
addit occisos eos qui non poterat id sol-
vere; & ita omnes, qui hanc fabulam
narrant. Viderunt jam dudum Veteres,
sub hac fabula, Historici quidpiam late-
re. Scholastæ: οὐ δέ Σφίγξ σφεντον πέ-
ντε λιγούσης, καὶ τοῦ πολλὰς οὐκάντη τὰς
συναρπάζοντας: Sphinx revera fuit mulier
latrociniis dedita, & babuit multos se-
cum, qui una rapiebant. Pausanias in
Boeoticis p.580. describens agrum The-
banum, mentione injectâ Templi Her-
culis Hippodoti: Περιπλόντων δὲ τὸ ὄφε-
λιν δέσις τὸ Σφίγγα λέγουν ὄφελόντος, ἐπ' ὀλέθρῳ
τὸν πατέρων αὐτούς αὐτούς. Οἱ δέ λυσίαν
οὐδὲ μαδωναὶ γυναικεῖς φύσιν αὐτῶν, εἰ-
δὲ τοῖς Αὐδηδοῖς ζεῦν θάλασσαν· καταλαβόντα δὲ
τὸ ὄφελον αρπάζεις χρῆσαι, τελεῖ εἰπεῖν. Oidio-
sus αὐτῶν, ὑπερβαλλόντος πάντες σπανᾶς λιγί-
αντον ἔχον ἐν Κοείδῃ: Progradientibus oc-
currit mons, unde aiunt erupisse Spin-
gem, in perniciem eorum qui rapieban-
tur, ænigma cantantem. Alii vero latro-
ciniis deditam & cum copiis navalibus
errantem, aiunt eam tenuisse mare us-
que ad Anthedonem; deinde hoc monte
occupato, latrocinia exercuisse, antequam
Oedipus eam interfecisset, superatam
multitudine copiarum quibus instruitus.

* Apud Phinnum Cod.LXXII. † Curi Lib.VII. c.11.

Corinthio venerat. Sed paullò distinctius circumstantiae fabulæ sunt explicandæ. I. Dicebatur *Sphinx*, à voce Phoenicia Σφίνξ, quæ si confundatur cum Σφίνξ, prout solent Ο & Σ misceri in Linguis Orientalibus, duo significabit, 1. *perplexus*, *implexus fuit*, quales sunt spinæ inter se implicitæ; 2. *effudit sanguinem*, *bomicidium commisit*. Itaque Σφίνξ erit *perplexa*, & *bomicida*; quorum priori convebit cum eo quod dicitur de ænigmatibus perplexis *Sphingis*; posteriori cum cædibus, quibus Thebanum agrum cruentavit. II. Muliebri erat vultu, quodd inter latrones qui montem illum insederant, mulieres essent; leonis membra nonnulla habere dicta est, ob crudelitatem & latrocinia; alas verò ob celeritatem, quâ per rupes ferebatur, & quærentes fugiebat. III. Ænigmata proferre dicebatur ob malè intellectum nomen quod *αιρυματός* versum est, cùm debuisset verti *βατός*, quod nomen fuit globi latronum latentium post dumos, aut inter spinas. IV. Occidere dicta est eos, qui ænigma solvere non poterant, quia errantes in dumis Phicei montis, & eos quærentes, subito erumpentes ex dumis invadabant. Perplexitas autem dumorum ed facilius cum perplexitate ænigmatum mista est; quodd apud Phœnices, quos Boeotiam condidisse nemo nescit, mos esset antiquissimus ænigmatibus veluti ludere, proposita multa in eos qui ea solvere non possent, & latro promisso soluturis. V. Ab Oedipo dicitur solutum ænigma, quodd invento in sylvis latibulo latronum, illinc dejectos occiderit.

Objici forte queat conjecturæ de nomine *Sphingis* dictam eam à Boeotis Σφίνξ non Σφίγξ & Φίγξ οὐδε non Σφίγγος. Prius habet Scholia festes, posterius *Pausanias*. Verum ea potuit esse corruptio in recentiore sermone Boeotio, quâ perpetram detrahebatur Σ ante Ο; quod verisimilius ed videtur, quodd *Sphingem* di-

cant omnes alii Græci. Nolim ex posteriorum Boeotorum consuetudine, *Hesiodum* emendare. *Clericus.*

331. *Koρασίων Τρητού*] Plerique interpres vocem ηέτην adjectivum faciunt cum Νεμέωis concordans, eamque expoundunt *cavernosæ*. Sed perperam. Hæc enim vox revera designat montem Tretum, in quo erat spelunca Nemeæ leonis; quod verba Diodori lib.4. satis demonstrant. Οὐνος (ο νέαν) μηδέπει μὲν καθηκόντως λιών, ἄρχοντες δὲ ὁ ἀσθίρης ή χαλκῷ ή λίθῳ, τὸ χεῖρα βιαζομένους περιστέρην ἀράγκαν. Λίθοις δὲ πατέσαι μεταξὺ Μυκήνων ή Νεμέως οὐδεὶς τὸ καλέματον ἔπει τὸ συμβιβακότος ΤΡΗΤΟΝ. οὐχὶ δέ τις τὸ ζῆντα μάρτυρα διηνεκέν, τοῦτον τὸν πανεύπολιν θεόν. Eadem penè historia in *Pausanias Corinthiacis* occurrit. Hæc sati indicant quod in monte *Treto* leonis Nemeæ antrum fuerit, ac propterea hic versus hoc modo pungi & exponi debeat,

Kορασίων Τρητοῦ, Νεμέως, ή Αττικῶν.
Imperans Treto, Nemeæ, & Ape-
santi. Rob.

334. *Γείνεται δέοντος οὐρανοῦ την εἶναι]* Non semel, in fabulari historia, serpentes custodes constituantur rerum diligentissime servandarum. Sic Delphis τὸ μαντεῖον ἵπποι Πίθαις οὐρανού, oraculum servabat *Python serpens*. *Apollodorus Lib.I. Cap.IV. §.1.* Martium fontem Thebis vicinum servabat serpens. Idem Lib. III. C.IV. §.1. Custodiebat etiam draco vellus aureum. Idem Lib.I. C.IX. §.23. Unde verò hoc factum? Nimirum, vigilem oportet esse & ioculatum quicumque custodirem pretiosiorem. Hoc autem significatur vocibus οὐρα & οὐράνων, nam Radices, ex quibus hæc voces deductæ sunt, οὐρας & οὐρών significant *videre*. Similiter Phœnicia vox Σφίνξ οὐρασχ, quæ serpentem sonat, est à radice, quæ *speculari* significat. Igitur credibile est, in prisca Phœnicum Lingua, eam vocem *custodem & serpentem* significasse, ex qua ambiguitate natæ sunt fabulæ. *Clericus.*

337. *Ποτηρίς τινες δινέται*] Facile est in-

intellectu quare fluvii dicantur nasci ex mari, cùm non sit tantum affinitas naturæ; sed etiam ex vaporibus marium nascantur pluviae, unde fluvii. Idem dixit de fontibus & stagnis, de quibus postea. *Clericus.*

338. Νῆλος] Scholia ad hunc locum habet: *Ἐκ τέτοιαν φύσεων Ήσίδης Ομήρου ποτέρος, ἡ δὲ Ομηρος Αἴγυπτον καλεῖ τὸ Νῆλον: Hinc appareat Hesiodum Homero recentiorem esse, nam Homeras Nilum Aegyptum vocat. Existimabat, scilicet, fluvii quo Aegyptus irrigatur nomen tempore Homeri nondum Græcis innotuisse; quo factum ut ei regionis nomen imponeret; sed postea cùm innotisset, ab Hesiodo prolatum esse. Ego vero vix crediderim Aegyptum notiorem fuisse Hesiodo Boeotio, qui fortasse numquam peregrinatus fuerat, quam Homero, qui permultas oras lustraverat, nec Geographia imperitus erat, ut passim ostendit Strabo. Certè Nēlos non est nomen proprium annis, vox enim illa fluvium significat, & ita in Aegypto vocabatur unicus ille fluvius, quo foecundatur, καὶ τὸ ξεχωριόν. Vide quæ notavimus ad Num. XXXIV, 5. Similitudo nominis & forte eadem ratio efficit ut fluvius Hespiorum Aethiopum idem ac Nilus esse crederetur. Pomponius Mela Lib. III. C. 9. In horum finibus fons est, quem Nili esse aliquâ credibile est. Nuchul ab incolis dicitur, & videri potest non alio nomine appellari, sed à barbaro ore corruptus. Λούνη nubbul & Λιώνη nbbil, unde Nēloς, sunt nomina appellativa quæ fluvium quemlibet significant, ut Hebraicè נַהֲב nabbal. Accolæ solent yicinum amnem, simpliciter flaviūm vocare, & sic fiebat in Aegypto, forte & in Aethiopia. Sed Græci, qui eorum populorum Linguas ignorabant, nomina propria esse putarunt, quæ erant appellativa. *Clericus.**

340. Αχελώος ἀργυρεόποιος] Scribendum videtur ἀχελώος τὸ ἀργυρεόποιον. *Guetus.*

347. Αρδρας κνείζων] Hoc est, κνέψεω. Hesych. κνείζων, ἀπίκειεγρ. ἔργος capillum tondentes Apollini & fluvitis dedicare solebant. Vide Martialis epigramma de Encolpi capillo. *Guetus.*

365. Βέρθρα λίπυν] Hoc est, Σαλάνων, ἀκαρί. Homer. Ηλίας δὲ ἀνέρες λίπων μετεγένεται λίπυν. *Guetus.*

371. Θεία δὲ Ήλιος τε μίγαν, λαμπεῖται τε Σελήνη, οὐ τε ἕτερος] In voce Θεία videtur latere Phoenicum מְחֹרֶת tsobou, quod *ininitatem* significat & nomen est פָּחָס. Cùm ignorarent antiquissimi Græci creationem Solis ab æterno lumine, scirentque eum produisse מְחֹרֶת mittohou, è tsobou; mutata hac voce in מְחֹרֶת tsbeia, è Chao Deam fecerunt. In qua mutatione, nihil esse alienum à Linguarum Orientalium ingenio ii norunt, qui eas vel à lumine salutarunt. Nihil vetat nos hinc paucis indicare originem nominum Græcorum Solis & Lunæ. Videtur ergo Sol ήλιος dictus à Phoenicio מְחֹרֶת belojo, id est *altus*; quod quamvis omnibus astris conveniat, non mirum Astrorum notissimo, & maximo, ad nos quod attinet, tribui. Propterea dicitur Hyperion patre natus. Nimirum, ή υπέρ τάρταρος Φάρας εἰσφύνεται ἐπὶ λιμένα. Luna vero dicitur σελήνη, vel Dorice σελάνα à Phoenicio מְלֹא schelanah, hoc est, *qua per noctem, ex ſebe qua & מְלֹא lanah pernoctavit.*

Observandum autem hic est distingui Solem & Lunam, ab Apolline & Diana liberis Jovis, qui postea cum iis misli sunt, quod mortuorum animi ad illa astra, ut iis insiderent, migrasse existimarentur, qua de re postea ad v. 918. agemus. *Clericus.*

374. Ταῦρονδεῖος] Nonnullæ editiones habent ὄπουνδεῖος, sed ex MSS. restitui ταῦρονδεῖος; quæ vox passim usurpatur ab Hesiodo. *Rob.*

375. Κείφα δὲ Εὐρυβίνη τε ἕτερος] Crius & Eurybie, eorumque filii Astræus, Pallas & Perles, neque ex rerum natura, neque ex

ex prisca Historia male intellecta nati videntur, sed ex cerebro Poëtarum, datâ operâ mentientium; ex quo nata & pleraque nomina Nymphaeum, quæ ab Hesiodo recensita sunt. Matrimoniorum causâ, videntur hæc partim facta, ne Deabus notissimis decesserit mariti; nam tres Deas tribus Crii filiis postea collocat noster Poëta. Clericus.

376. Κείσι δ' Εὐρέαν τίκτεν] Scribo χρεῖα. Suprà κοῖτη περιποιητε &c. à κρεῖ regno χρεῖα, χρεῖο. Guietus.

377. Ος τοῦ πάντων μεταπομνην] Scribe ὁ πάντοι μεταπομνην. Guietus.

378. Ασπαῖο δ' Ήδης ἀρέψιος τέκε] Quia venti ex alto flant, & quia astra alta sunt, videntur Astræ filii singi; Auroræ vero, quæ ex terra oritur, quia terram versant & perflant. Clericus.

379. Ζέρερ, Βορέως την καὶ Νότην] Mirum est cur Hesiodus Orientalem ventum omiserit, cum nihilo sit inferior reliquis ventis, & aptius dici possit Auroræ natus, quam ceteri. Certum est enim in amplissimis maribus, surgente Aurorâ, vehementiorem subfolianum sentiri. Sed Physicus non erat Hesiodus, neque in suis figuris accuratus, certarumve legum observans. Vide ad v. 869. Clericus.

381. Τὸς γὰρ μετ' ἀστέρα τίκτεν Εωφεγγο] Mirum est Auroram matrem dici Luciferi & stellarum, cum, Aurorâ apparen- te, obscurentur, & paullo post oculos fūgiant. Sed accuratus esset Hesiodus, suspicarer hō dici non matutinum sed vespertinum crepusculum, quod & Luciferum & cetera astra cœlo inducere videtur. Clericus.

383. Στήξ] Intelligendi sunt accolæ hujus fontis, qui fuit in Arcadia. Hi auxilium Jovi tulerunt, & contra patrem bellaturo ex Arcadia primi adfuerunt. De fonte ipso agemus ad v. 774. ubi pluribus describitur. Clericus.

384. Ζῆλος καὶ Νίκη καὶ πάτερ] Sunt quidem nomina à Poëta pro arbitrio Stygis

liberis imposita; sed ex quibus colligere liceat fortissimos viros ex Arcadia ad Jovem venisse, qui non parvum momentum attulerint ad victoriam, & qui deinde satellites Jovis fuerint. Clericus.

386 &c. Τῶν ἡνὶς εἰς] Allegoriâ perquam splendidâ & sublimi omnipotentiam Dei significat Poëta, quem sequitur Callimachus in hymno in Jovem

Σὺ τοί δίνεις, τοί την Καλέσος, οὐ καὶ πέλας εἶσαι δίσπου. Similis descriptio apud Miltonum occurrit ubi Victoria Messiae comitem adiungit

— At his right hand Victory
Sate eagle-wing'd — Rob.

393. Μή πο' λανθάσαις γεράσον] Iis qui honores obtinuerant, apud Cœlum aut Saturnum, similes promisit Jupiter, si in partes suas transirent, & novis præmiis se affecturum eos, quos nullo loco habuerat Saturnus; quibus pollicitationibus, multos in partes suas pertraxit. Hæc omnia clarè ostendunt homines fuisse, qui hominibus bellum inferrent, & sollicitarent adversariorum auxilia ad defensionem, spe præmiorum. Clericus.

404. Φοῖσι δ' αὖ Κοῖτις παλινπάτον οὐλὴν εἰς σύρλῳ] Cum inter posteros hujus Phœbes fuerint Numina fatidica, & quæ vaticiniis præesse credebantur; existimat, Phœniciis litteris, scribi posse nomen ejus hoc modo פֵה-בָה phe-bah, os in illa, nimirum, os fatidicum; nam Phœnicia Lingua os Dei est oraculum, & consulere os Dei, est consulere oraculum. Clericus.

406. Λυτὰ κυανθέντα] Nomen forte habuit à ψυλλοῖ, hoc est magicis carminibus uti, Λυτός lito, vel leto. Apollo certè & Diana hujus liberi magicarum artium periti fuisse dicuntur, easque docuisse alios. Circe, filia Solis, seu Apollinis, nobilissima etiam fuit benefica. Clericus.

408. Μετέλχοντες ἐργάζοντες ιντονεις οὐλήν] Hic versus spurius est, & delendus. Guietus.

408. Μείλιχος ἐξ ἀρχῆς] Hunc versum spurium esse existimat Guietus, hanc opinor ob causam, quia τὸ μείλιχον geminatum redundare videtur. Atqui nesciebat ἡ κειπόμενη quanta huic figuræ vis & venustas insit, utque amplificet & illustret orationem. Vide Cicer. de Orat. lib. 3. & Quintil. de Inst. Orat. lib. 9. Omni certè caret venustatis sensu, qui non exemplò persentit quanto major & pulchrior exhibetur Latonæ benignitas per hujuscemodi vocis repetitionem. Eadem indole Ovidius hanc Deam præditam describit, eamque inhospitales Lycios mitissima oratione compellantem introducit

*Quem non blanda Dea potuissent
verba movere?* Metam. l. 6. Rob.

409. Γέρινος Αστεῖν] Phoeniciè πάριτσαν
baſſetbirab latentem significat, quod no-
men non malè conveniat filiæ beneficæ ;
quæ mulieres omnia clam faciunt. Hoc
ipsum nomen fuit Insulæ Deli, dum la-
tuit, unde colligere licet veram esse al-
latam Etymologiam. *Callimachus*, in Hy-
meno eis δύλοι, ita insulam compellat, v. 37.

πάριτσα δὲ λέγουσι
Αστεῖν ποταλαῖν, ἐπειδὴν ἄλλο πάρεργο
Οἰραλίδιν φύγοντα διὸς γάμον, ἀστεῖον.

Nomen autem erat tibi Asterie olim,
quoniam profundam insilueras fossam,
caelitus fugiens Jovis concubitum astro
similis. Videtur voluisse *Callimachus*
Deam Asteriam in insulam fuisse muta-
tam, primum quidem sub aqua latentem,
deinde sūmam conspicuum factam. Cleri-
cus.

Ibidem. Ηγ. ποτη Πέρσων ἡγάρετ' οὐ μέγα
δῆμα] Suspicor Persam vocari virum hu-
juscemodi beneficæ, quod inaudivisset jam
Hesiodus Persas esse beneficiis ac magi-
cis artibus summiopere deditos, qua de
re vide Lib. II. *Tb. Stanley's Philosophia
Orientalis*. Clericus.

410. Φίλοι κακῶδες ἄκοιτον] Tè κακῶδει
pro πολέμῳ frequentissime usurpatur, præ-
cipue vero apud poëtas.

Tοῦ δὲ κακῶδει φίλοι κακῶδες ἄκοιτον,
ll. y. 138.

Καὶ ἔνεργον ὁ φίλοις
Κέκληται. Il. δ. 61. Rob.

411. Βρέτιον πάν] Dicta est à Phoeni-
cibus hæc Dea Καρήα aut Καρηά ecba-
iba, hoc est, unica, qua de cœla ab He-
siodo v. 426. dicitur μερόψης unigenita.
Hæc Dea, ut notissimum est, credebatur
esse Numen, quod insideret Lunæ mi-
sceturque cum Diana, & præfesse ma-
gicis artibus putabatur. Videntur Phœ-
nices ita eam vocasse, quia Luna sola
existimabatur esse in cœlo sui gene-
ris; cum maximus, post Solem, Plane-
tarum esse censeretur, quod maxima appa-
reat. Tum crediderunt eam magicis
sacris præfesse, quia noctu fiunt, inspe-
ctante veluti Lunâ. Solebant Græci uno-
quoque mense, cum Luna esset nova, in
compitis, cœnam apponere, quæ voca-
batur cœna Hecatæ, & à pauperibus au-
ferebatur. *Aristophanes in Pluto*, p. 63.
Ed. Majoris Genevensis, de Hecate :

Τὰς μὲν ἔχοντες οὐ πλεύσαντες δεῖπνον κατα-
μητα φεύγουσιν,
Τὰς δὲ πάντας τὴν ἀνθράκων ἀετάζειν εφί-
καταδένουσιν.

*Sit enim ipsa, qui habent, & divites
sunt, eos cœnam unoquoque mense offer-
re, pauperes vero bonimes rapere, fermè
antequam sit apposita. Ubi ita habet
Scholia: Τινὲς ἴν τοῖς τεβούσι ἵππους πα-
ταλαῖν, ἀλλὰ τὸ δὲ αὐτὸν σελίνιον, τοῦ Αρτεμίδα
ἢ Βρέτιον καλένται. Κατὰ δὲ τοις αἵρεσις οἱ πλέ-
ονοι δεῖπνον ἰστίπας, ὃς Συάρα, τῷ Ερέτῃ φεύγο-
γοντες δὲ τοῖς τεβούσι ἐπίστιν: οἱ δὲ πάντες ἔ-
χοντες πεντάτες, οὐ δεῖπνον αὐτά, οὐ ἀλεύον ὅπην
Ερέτη ἴστανται αὐτά: quam in trivis olim
colebant, quia eamdem vocabant Lunam,
Dianam & Hecaten. Novā Lunā, di-
vites vesperi cœnam, quasi sacrificium
Hecatæ, offerentes, in compitis ponebant.
Pauperes vero veniebant cœrurientes, &
eam comedebant, dicebantque Hecaten
comedisse. Quæ hunc in locum transtu-
litimus, duabus de causis; primum ut con-
stet hinc studioſissimè cultam hanc fuisse
Deam*

Deam, ex consilio *Hesiodi*; deinde ut intelligatur locus *Esaiae Prophetæ*, de hoc Numine; ex quo loco colligimus similitudinem, apud Orientales, cultum Hecatœ fuisse. Ita loquitur Cap. LXV, i. *Vos qui deseritis Iacobum, oblixi monitis sanctitatis meæ, instrumentes flagrantiæ mensam & impletentes* לְמִזְבֵּחַ lamini habueris. Ex quopiam idiomate Orientium Dialectorum, videtur pro n esse λ, aded ut γε sit idem ac τοῦτο εἶναι vel οὐχι εβαθα, nam hæc omnia εναμ significant, nisi forte sit legendum λόγος labbad. Certe Numen quoddam, apud eundem Prophetam, vocatur in Cap. sequente εβάθης ebbath. Sic loquitur v. 17. *Qui purificant se in bortis post εβάθης ebbath;* sic enim Massorethæ legunt. Sequens vox נָשָׁי nisi planè eadem est, ac vox Graeca μῆνη mensis, unde dicta μῆνα Luna. Respicit Propheta ad coenas illas, unoquoque mense Hecatœ oblatas, quasi Numinis Mensium præsidi; notum enim est, apud Orientales, mensiles fuisse Lunares. Huc respexisse videtur vetus Scriptor libri supposititii, qui dicebatur ἡγεμόνα πύρη, πρεδατος Petri; ubi insimulabantur Judæi, quasi αυτοῖς δύσκολος, η̄ πυρὶ, η̄ στέλε, κολετες Angelos, mensem, & Lunam. Locus existat, apud Origenem Tom. XIV. in Joanneso.

Præter rationes allatas, ex quibus Hecatam Orientale Numen esse intelligimus, est & alia ratio: quod, nimirum, sol diceretur apud eosdem populos רְהַבָּדָד, hoc est, *unus*, quo credibilis fit Luna נֶגֶד אֲחֵרֶת ekbarba dictam fuisse, hoc est, *unum*. *Macrobius* *Saturnalium*. Lib. I.c. 23. *Affyrii Deo*, quem summissum, maximumque venerantur, *ADAD* nomen dederunt. *Eius nominis interpretatio significat UNUS*. Nihil esse corruptum puto, in loco *Macrobiis*, neque audivisse eum *Adad* vel *Abbad*; nihil enim vetat, quin Dialecto quapiam Orientis רְהַבָּד dixerint, quod Chaldei solent רְהַבָּד. Sed ad *Hesiodum* redendum est. *Clericus.*

440. *Egālōrū*] *Propriè colunt.* Intelligent pescatores, qui ex maris protentu vivunt, ut agricultorū ex agrorum cultu, unde deducta est metaphora. *Clericas.*

450. *Sic & per Cicerone arguitur] A-
lios etiam Deos *magistris* constituerat
Jupiter, ut liquet ex v. 346. Praesertim at-
tem nutritioni puerorum Lunam non tri-
rum videbitur, si in animam revocemus
intra novem aut decem lunas, seu men-
ses, formari & in lucem edi pueros. Hoc
unum accepit à Jove, cetera omnia ob-
tinebat *magistris* suis, *cum prioribus*
Dius, hoc est, sub Cœlo & Saturno. At-
que hoc est ultimum Numen prioris æ-
tatis Deorum. *Clericus.**

454. *Esim.*] *Vesta* dicitur à Latinis, preffixo *Digamoneate* Aeolico V vel F. Viri docti recte hoc nomen deducunt *v. F. V. N. estib. ignis*, aut Syriacâ infle-
ctione, *N. V. N. estib. ha.* Notissimum est
hanc Deam creditam præfelle *igni*, & fo-
co. Eruditum de ea *Syntagma scriptor*
Iust. Lipsius, qui adiiri poterit. *Clericus.*

Alpetus] auctor dicitur per contradictionem, plenius vero *Δωματίος*. Si scribamus Phoenicie Ν'η, derivanda vox erit à radice Φη̄ *ai*, quæ significat *sufficietiam, copiam*; nomen convenientissimum huic Deæ, quæ inventrix erat & pates frumentum; quorum proventum augere, aut minuere credebatur, propria propitia erat aut irata. *Callinotus* his verbis claudit hymnum in honorem hujus Deæ:

—— πέρι δ' ἀγροῦ γόνιμα πάγκα,
πέρις βλαστοῦ, πέρις μάνδες, πέρις τείχων, οἵσε
προστρέψεις.
Τέλος τὸν εἰρηνεῖ, οὐδὲ ἀγρούς, καὶ τοὺς ἄμερους.
Ιερῶν μετὰ τείνεις, μέσον κατέκεις Σαδων.

Refer ex agris matura emnia, pascere boves, pascere oves, fer spicam, fer messam. Fove pacem, ut qui aravit ille & metas. Propria tribi sis, tot optata, magna regina Deorum. Historiam hujus Dei multis prosecuti sumus Gallico sermone, Biblioth. Universalis T. VI. Christus.

Hedera

H[ab]it[u]m] Phoeniciè ΤΡΥ bira, aut παρυ kerad, inter alia significata, emulam, seu zelotypam sonat; quâ nominis significacione, nulla apius quadrare potest in Junonem, quae perpetuâ zelotypiâ erga virum laborans deserbitur. Jupiter eam discretè vocat γάμησα, zelotypam, apud Callimachum, Hymno in Dianam v.30. Vide & Dial. Mercurii & Neptuni apud Lucianum T.I. ubi de natalibus Bacchi. Clerens.

455. Ιωνίαν τ' Αΐδην, ὃς ὁντις χρωὶ θεός μετὰ τῶν] In explicatione historica Fabula Cereris, moltis egimus de Plutone, ex qua pauca hic transferemus. I. Nomen ejus Αΐδης, aut ἄδην deducendum ex voce Phoenicia Τ'Ν ed, aut ajid, quâ significatur mors, aut extinxtion; nec opus est monere quām aptè hoc conveniat Numini, quod mortuis imperare creditatur. Ea de causa, Hesiodus id ita describit, Νύκτος ἡγέρ, cor immisericors babens, quia mors nemini parcit. Voce autem illâ signari non locum, ut existimant Grammatici, qui ex « privativo & αὐτὸν video deducunt, sed virum; liquet ex hac loquutione οἱ Αΐδης, in qua subintelligitur οἰκος, οἱ Αΐδης domum, aut simile quidpiam.

II. Epiri Regem fuisse statuimus, cuius rei prisca in Historia, non obscura vestigia supersunt. Docet nos Plutarchus in vita Thesei, descendens huius Herais in inferos, aliad nihil creditum fuisse, prater iter in Epirum, ad Αΐδην eorum traditum Regem. Non potest quidem idem censi ac Pluto, de quo nunc sermo est, cum Pluto aliquot facundis ante Theseum vixerit. Verum hinc liquet, ex antiqua fama, vulgo persuasum fuisse Αΐδηm in Epiro regnasse; quam vanam non fuisse sequentia etiam ostendent.

III. Cum Epimum dicimus, non intellegimus dumtaxat regnum illud exiguum, cuius fines postea non latè patuerunt; sed & finitos aliquot traxis, cum re-

gnorunt fines, pro variis temporibus, diversissimi fuerint. Plutonem statuimus, in iis oris, metallia exercuisse, unde maximas sibi divitias conflaverit. Hinc nostra universa ejus fabula, quod particulationem ostenderemus. 1. Fuisse in Epiro & Macedonia fodinas auri, argenti, ferri & aeris in earum regionem de scriptione docuit Strabo. 2. Hinc factam ut Aides putaretur non mortuorum modò Rex, sed & Deus divitiarum, unde Πλάτων dicitur est. 3. Qui tot fodinas haberet in ditione sua, eum non mirum est divitiis praefesse creditum. 4. Mortuorum vero Deus habitus est, quia mortuorum fedes censebatur esse sub terra, sub quam aguntur fodinae; unde sit ut non raro in Veterum scriptis inter se haec conferantur, & quasi vicina habeantur. Apud Plutonem, in Captivis A&V. 8.4. sic loquitur adolescentis è lapicidinis rediens:

Vidi ego multa sapientia que Αἴδης cherant fierent,

Cruciamenata, verum enī vero nulla adaeque est Achæans,

Atque ubi ego fui, in lapicidinis.

Posidonus apud Strabonem Lib. III. p. 101. de Turditanis fodinis: ναὶ ἱεροῖς οἱ Αΐδης & Λαχόντιοι τόποι, ἢ οἱ Αΐδης, ἀλλὰ Πλάτων γενουμ: certè, apud eos, subterranea loca, non Hades, sed Pluton habitas. Similiter quando cogitabant Poëtae de regno mortuorum, vocabant Jovis & Neptuni fratrem Αΐδηm, aut Hades; quando de divitiis, Plutonem. Plinius Lib. XXXIII. c. x. Intra in viscera terræ, & in sedo Montium opes querimus. Paulid post de metallis: Illa nos premit, illa nos ad inferos agunt. 5. Potius etiam Aides rex mortuorum haberi, quod permulti eorum, quos in fodinas demittebat, illis interficent; potuit credi poscas de misericordia mortalibus exiger; quales describentur in inferis, propter miserrimam hominum ad metallia damnatorum vitam. Digna sunt lectu quae habet Diodes Siculus, de fodinis

Egyptiorum Lib. III. p. 159. & Lib. V. p. 313. Posteriora tantum, brevitatis causa, proferam: *οἱ πατέρες γῆς*, inquit, *ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τῷ τοῦ ὕμινος τῷ γάλακτος καταξιώδεις τὰ σύμπατα, πολλοὶ μὲν διαθήκησιν θεοὺς τὸ ὑπερβολεῖον τὸ κακοπαθεῖσας* (*ἄντες γὰρ ἡ παιᾶν τὴν ἔργαν ἐκ τοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ ταῦς τὴν θεοτοκίην τολμαῖς, ἀναγκαῖσι τοις ἀπορέοντις τὴν διερύθρητην τὸ κακόν, ἀποχάσαις περίειπται τὸ ζῆν.*) *παῖς δὲ τοῖς δυνάμεσι τὰ σύμπατα γὰρ τὸ τοῦ θεοῦ καρποτελεῖς ἀποδύοντες, πολλαὶ χεῖροι ἔχουσιν τηλαπονεῖαις.* *ἀπειπόντες γὰρ αὐτοῖς ὁ δύτερος θεὸς τὸ ζῆν, θεοὶ πάντες τὸ παλαιστεῖον:* *dum sub terra, in fodinis, horum corpora asteruntur, multi intereunt, propter nimiam vexationem.* Neque enim remissio, aut quies operum illis est, sed prefectorum verberibus gravitatem malorum ferre coguntur, quo sit ut infelicem vitam amittant. Nonnulli qui robore corporum, animorumque patientia, laborem sustinere possunt, longum in tempus erumnas illas babent. Optabilior enim illis mors est, quam vivere, propter miseriarn magnitudinem. Qui imperant ejusmodi hominibus usque ad eadē miseris, & solis lucem numquam videntibus, illi meritū dici queant, non vivis, sed

——— *κακῶσι πατέρων δορίοντας ἀδεῖον,*
regnare in mortuos, qui sunt sub terra.

Clericus.

456. *Καὶ ἵεικτονος Ερροταῖος]* Hoc est, *Ποσειδῶνα*, qui mari processus creditus est, quid classibus vivus id obtinuerit, atque insulas occupavit. Dicitus est *ΙΠΟΝ-ΡΙΟΝ* *poseidon*, ejus aetatis lingua, hoc est, *frater nāvium*. *Ερροταῖος* est epitheton quo designatur *Neptunus*, seu maris Deus, quia mare procellā concussum videtur etiam ipsam terram conutere. Clericus.

457. *Ζεῦς]* Hoc est antiquissimum nomen Jovis, non *Zoōs*, eique apprimè convenit, cùm Phœnicia Lingua *ζε-* *ζαννι* significet *scortatorem*; quam appellationem jure merito Jupiter est adeptus, innumeris amoribus & stupris. Clericus.

Ib. Θιᾶν πατέρ' ιδεὶν γὰρ ἀνθρώποις] Hic *πατέρες* nomen est dignitatis, non naturæ, significatque Regem Deorum & Hominum. Sic apud *Homerum* passim vocatur, & promiscue usurpantur *Zede πατέρες* & *Zoōs βασιλεὺς*, ut & apud reliquos omnes Poëtas. Videtur, antiquissimis temporibus, vox *πατέρες regem* significasse, quod patres essent veluti reges familie suæ; cùm homines nondum in societates majores coivissent. Hæc ratio est car Jupiter simpliciter quandoque *Pater* vocetur, apud Græcos & Latinos Poëtas, ut apud *Homerum*, *Iliad.* II. v. 250. ubi postquam Achilles duo à Jove petiisset, quorum alterum dumtaxat impetravit, ita loquitur Poëta:

Τῷ δὲ ἑπταροῦ μὲν ἄνδρα πατέρα, ἑπταροῦ δὲ ἀρέ-
τον.

Ei alterum dedit pater, alterum vero abnuit. Similiter *Virgilius Georg. Lib. I. v. 121.*

———— *Pater ipse colendi*
Haud facilem esse viam voluit.

Ad locum *Homeri* ita *Eustathius*: *Ἄπο-*
λοντος πατέρα τὸ τέντον λέγει οὐς ἀρχέστων. τὸ
ὑὸς ἐν ἀνθρώποις πατέρας ἀφιέρυματα τὸ πάντες
περὶς Διάς φαντοὶ πατέρες: *absolue Pater-*
trem ut archetypum in hinc dicit. *Vete-*
res enim dicunt patres inter homines esse
exemplum hujusmodi patris Jovis. *Vete-*
res illi, quicumque sint, fallebantur; nam
erant patres ante Jovem, Cœlus, Satur-
*nus, & alii Dii, quos memoravit *Hesio-*
dus.*

Ab hominibus translata ea vox est ad Deos illos, quia homines prius fuerunt, quam ejusmodi Dii. Plura exempla, ex quibus constat *pater* esse dignitatis vocabulum, vide apud *Adr. Turnebum*, in *Adversariis Lib. XIII. c. 8.* Si prima origo vocis queratur, derivandam cre-
diderim à præca radice *πατ-* *patar*, quæ apud Arabas, & Æthiopas, significat *cre-
didi*, *creavit*, unde *πατ-* *patir* est crea-
tor. Clericus.

458. *Τε γὰρ Βερνῆς γῆ τὸ εἶναι]* Post-
quam Jovem miscuerant cum summo
Nu-

Numine, ei fulmina tribuerunt; quæ cùm
& è nubibus mittantur, & à causa igno-
ta orientur, Numinis manu mitti crede-
bantur. Antiquiori ævo, non dubitabant

* Juppiter, an venti discussa nube
zonarent.

*sed horrendum illum fragorem Deo ipsi
acceptum ferebanc. Clericus.*

459. *Kai τὸν πῦρ τίτανα Κέρων μίγας*] Scimus quibus allegoriis Græculi hoc Saturni factum interpretari & ad commodum sensum redigere conati sint ; sed omnia sunt somnia, antiquitatis, rationisque suffragiis destituta. Si rem ipsam expendamus, veteremque Saturniæ ætatis Linguam consulamus, facile intelligemus Saturnum, ne à liberis suis folio dejiceretur, ex quo ipse patrem deturba- verat, eos in carcerem conjecisse ; unde postea egressi quod timuerat perfecerunt, ut in sequentibus docet *Hesiodus*. Ex ventre nihil egreditur præter excremen- ta ; à morte nihil prorsus reddit. Itaque quoniam *deglutiti* illi liberi Saturni re- dierunt, eos neque verè *deglutitos*, ne- neque occisos oportet fuisse. Error Poë- tarum natus est ex voce ambigua, quæ & *deglutire* & *abscondere* significat. Ea est radix יְלָהַ balah, quæ utrumque si- gnificatum obtinet ; & quam cùm his xpiñlēn vertere debuissent Græci, transtu- lerunt γεγανέν. Quod autem dicimus *Saturnum* abdidisse liberos in carcerem, id iis mirum non erit, qui legerint simile quid à Cœlo factum esse ; qua de re, vide dicta ad vñs. 156 & 158. *Clericus.*

464. *Oūriga οἱ πατέρων*] Veteres Poëse
Tūxw ignorabant, noverant πατεράδιν, seu μοῖρας, hoc est, fatum; sed nec immutabile putabant, nec Deos quasi immutabile credidissent, sese gerentes inducebant, ut liquet ex hoc *Hesiodi* loco. Vide & *Aul. Gellium* Noct. Att. Lib. XIII. c. 1. Interea hinc colligere licet ab antiquissimis temporibus notum fuisse, esse nescio quam Naturam superio-

* Quarentem hoc inducit Pythagoram Ovidius Metam. XV.

rem ipsis Diis, qui colebanur, ex cuius immutabili voluntate penderant; quia, nimirum, Dii illi mortales fuerant, divinae Providentiae subiecti, quemadmodum ceteri homines. Postea haec Stoici mirum in modum incrassarunt, disputationibus suis de Fato. Grammatici interpretantur παραδίπνιον, quasi παρατητήμα, hoc est, σεμειούμενον, præfinitum, nam παρά est finio, ἢν τὸ περὶ τὸ finis. Subintelligitur δὲ, quemadmodum post factum subintelligendum consilium. Clericus.

477. Λύκτον] *Homerus* Λύτλον vocavit, ut docet *Strabo* Lib. X. quamvis Codices nostri habeant Λύκτον, non aliter ac apud *Heſiodum*. Vide *II. Caſaubonum* ad *Strabonem*, qui tamen Caſaubonus perperam abit à *Strabone*. Λύτλον vera est lectio, ut ex hac historia colligere licet. *Rhea* enim *latibulum* quærebat, hoc est *Phoeniciè* לְתָו *hytton*, aut לְלַעֲלֹתָו, à radice לְעֵן qua significat *occultavit*, ut & פְּנַיָּר, apud *Hebraos*. Huc accedunt *nāmī* antiqui *Lyttorum*, in quibus hoc oppidum dicitur ΛΤΤΤΙΩΝ. Vide illustrem ac eruditum virum *Ezeb. Spanhemium* in *Hymnum Callimachi* in *Apollinem* v. 33. *Strabo* docet *Gortynam* centum *Stadiis* à *Lyutto* abesse, *Lytum* verò à mari *Libyco octoginta*, pag. 328. Ed. Genev. *II. Caſauboni*. Clericus.

Ibidem : Διπλον] *Tractum* vertimus non *populum*, propter adjunctum Epithetum ; quod tractui melius convenit, quam populo. Διπλον *tractus* dictus est ab ΑΔΑΜΩΝ *adamo*, terra ; deinde *tractus* incolæ è voce significati. *Clericus.*

482. Πρότιον ἵσται Λύκην] Cùm R̄bea
Lyttum, mediterraneam urbem, itura,
appulisset in Cretam, peperit antequām
ed perveniret; atque ex eo loco delatus
primūm infans est Lyttum à Cretensibus:
(nam terra sunt incole terræ) deinde
translatus in montem Ægeum, procul si-
tum à Lytto. Hoc indicat vox περιθών,

四

quæ ridiculè abundaret nisi *sōnēt̄*, scundūm, aliò translatus fuisset Jupiter. Hoc observamus, quia non est à viro doctissimo animadversum. *Clericus.*

484. Λίχας ἡ ὄπει] Reddè idem vir eruditissimus ita legendum esse animadvertisit, ex Scholiaste, & collem Idæ montis intelligendum. Jupiter aut ab hoc monte, aut à clypeo capræ pelle testo, dictus est αἰγάλος, hoc est, aut *habitans Aegam montem*, aut *babens Aegidem*, seu clypeum quem dixi. Non possum tamen non obiter Lectorem monere de ambiguitate vocis Phœniciae צָבָאֹת tsebaoth, quæ & exercitus, & capreas significat, & conjungi solet ab Hebreis cum nomine Dei, qui dicitur יהוָה צָבָאֹת jahvoh tsebaoth; quæ possunt verti *Jahvoh exercitum*. An perperam verterunt Græci loquitionem Phœniciam, ut de summo suo numine dicerent quod à Phœnicibus de Deo vero dici audiverant? *Clericus.*

484. Λίχας ἡ ὄπει] Legendum forsan Idæ ἡ ὄπει. Sic Callimachus in hymno in Jovem

Ζῆ, οὐ πέτι Ιδίουν ἡ ὄπει φασὶ γεῖδαι.
Ad quod sic commentatur Ill. Spanheimius. De Ida in Creta, non altero in Phrygia monte intelligit hic Poëta, ut verè notant Scholia, quod tamen in dubio relinquunt eruditii ad Apollonium Critici l.3. v.134. Idæi ἡ ἄνη, nempe ἡ τῆς Κρήτης, ἡ τῆς Τραίας, certare enim, quod addunt, etiam Troas de Jovis natalibus, prout id tradit Demetrius Scepus. Adde, quod Idæi Δίὸς aram à Mida in Phrygia exstructam tradit Plutarchus in Parallel. & ad quam respicit Æschylus in Niobe apud Strabonem l.12. p.580.

Οὐτε ἡ Ιδίας πάγη.

Δίὸς παρὰς βασίς θεῖ.

Quibus in Idæ rupe paterni Jovis
ara est.

Occurrunt verò Titi & Domitianii numeri, in quibus Δίὸς Idæ cum aquila; qui

tamen de Cretensi Jove debent intelligi; & firmare videtur quid foedus inter Cretenses & Apolloniatas jure jurando sanctum fuerit, παρὰ τὸ Δία τὸ Ιδίων, auctore Polybio in Excerpt. Vales. p.133. Rob.

485. Τῷ Ἡ σαραβίσσαν μήτρα λίδον ἰγγέλλειν Οφείδη] Natum hoc commentum ex ambiguitate vocis Ἡ eben quæ in Lingua Phœnicia, quemadmodum in Arabica, *lapidem*, τούτῳ ac *filium* significabat; aut si mavis Ἡ babben sumferrunt pro Ἡ eben, filium pro lapide. Cum Saturnus liberos suos in carcerem conjiceret, dedit ei Rhea *filium*, non suum, sed alienum pro suo. Colligere hoc est ex alia hujus fabulæ circumstantia. Lapis ille vocabatur *Abaddir*, quod videtur esse idem ac Ἡ eben dir, quorum prius *filium*, posterius *alienum* significat, solemnī mutatione & τ. nam Ἡ gar alienum sonat. *Priscianus Lib. V. fol. 21. aversio, ed. Ascensione: Abaddir Deus est. Dicitur & hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicitur devorasse, pro Jove; quem Graci barinios vocant. De Baculis vide Sam. Bochartum Chan. Lib. II. c.2. quamquam ab illo dissentimus de origine vocis *Abaddir*, quæ putat significare *lapidem rauundam*; quasi verò Saturous lapidem aut deglutierit, ut dicunt Poëtae, aut, ut nos, in carcerem conjecerit! *Clericus.**

493. Επιπλοθήν δ' ἵματο] Nisi sit hic immensis πρατηλογία Poëtica, legendum ἔπιπλοθήν ἵματο, revolutis annis, nam Jupiter non est tantus factus, vertente anno, ut Patri insidiari posset. *Clericus.*

493. Επιπλοθήν δ' ἵματο] Vulgo legitur ἔπιπλοθήν δ' ἵματο. Sed hanc nimia effet πρατηλογία, ut animadvertisit Clericus. Restitui igitur ex MS. R. S. ἔπιπλοθήν δ' ἵματο, quam etiam veram esse lectionem Stephanus & Guietus conjecterant. Jovem tamen mirabiliter præcoccum alii etiam poëte cecinerunt. Callim. in Hymno in Jovem

Καὶ πέπλος, καὶ πέπλος, ὑπὲν Ζεῦ.

Οὐδὲ δὲ ἀρκεῖνος, ταχὺοὶ δὲ τοι ἄλλοι τελοί.
Αλλ' εἰς παιδίσκοις λόγοις ἐπάρστο πάντα τέ-
λοι.

Rob.

495. Or γέροντος ἀνθρώπου] Postea est ιγνώνος, evomnūt. Hoc est, carcete emisit, Quemadmodum verbum quod significat degenerare, & quod anteā diximus perperam intellectum, sonat etiam abdere: ita verbum Κύριψ Κό, quod est vomere, tralatatio significatu est ejicere, emittere. Sic terra Chananæa dicitur evomnūsse, hoc est, ejecisse incolas suos, Levi. ix. XVIII, 28. Similiter Saturnus fettur evomnūsse filios, quos degeneraret; hoc est, emisisse carcere, in quem eos abdiderat. *Clericus.*

507. Répliq. d' Iánnos] Eruditi vulgo volunt hunc fuisse Japhetham Noachi filium, cuius posteri Europam incoluerunt. Quod dabiam non esset, si omnes populi Europæ à Japeto originem duxisse dicerentur. Attamen quia vetustissimæ historiæ postea interpolatae sunt innumeris mendaciis, mirum non est, si farrago vero & falso mixta secum non satis consentiat. Sed & veri forte vestigium in eo est quodd ab aliis Prometheus, Japeti filius, humani generis conditor fuisse dicitur; quia omnes, aut propter modum omnes Europæ ex Japhetho eius patre oriundi sunt. Vide Apollodorum Biblioth. Lib. i. c. VIII. §. 1. & Hygini Fab. CXLI. *Clericus.*

509. Η δὲ οἱ Ατλαντοὶ χρηματεύεσσα γένεται.] Hic postea dicitur cœlum sustinere, in terræ finibus, è regione Hesperidom. Credibile est hunc conditorem fuisse Atlantiorum populorum, qui ultimam Africam incolebant, circa montem Atlantem. Is mons, propter summam altitudinem, videbatur sustinere cœlum, & quia ad ultimum occasum situs credebatur, qua in parte existimabant cœlum terris succumbere. Dicitus autem est Ατλαντοὶ batbla, aut simili nomine, à radice Ατλαντοὶ balab, hoc est, pendere, quia altissimæ rupes pendere videntur, aut quia

suspensum sustinere censebatur cœlum. Nomen montis inditum videtur primo eorum duci, qui ejus juga, aut valles cultum iverunt. Ceterè Herodotus scripsit vicinos populos Atlantas dictos Lib. IV. c. 184. Ταῦτα, inquit, οὐρανά δὲ Ατλαντοὶ, οὐ διδύμοι εἰσὶ μέροι ἡ Σπάρτη τῆς Ἰωνίας: hisce nomen est Atlantibus, qui sine nomine (nempe, proprio singulorum, ut postea docet) sunt soli hominam quos norimus. Ideo forte Atlas in montem mutatus fingitur. Eum ita describit Pomponius Meta Lib. III c. 10. postquam dixit media Africæ, ad occidentem, exusta esse: *Exafsis*, inquit, insulae opposita sunt, quas Hesperidas tenuisse memoratur. In arenis mons est Atlas densè conargentis, verba incisis undique rupibus præceps, invius, & quo magis surgit exilior; qui quodd alius quam conspici potest, usque in nubila erigitur, cœlum & sidera non tangere modo vertice, sed sustinere quoque dictus est. Herodotus hæc de eo monte antea scriplerat Lib. IV. c. 184. οὐτι στρῶτος οὐ κυκλωτήρις μέρη. οὐπλάτης οὐ οὐρανὸς οὐ λαγηταὶ οὐ τὰς κορυφὰς αὐτῷ οὐχ οὐδὲ τὸ οὐρανὸν οὐδέποτε. οὐκοτὲ οὐδὲ αὐτὰς Σπλατεῖαν οὐτε θέρεος, οὐτε χειμῶνος. τὸ τοῦ ΚΙΟΝΑ η ἐπαρὲ λέγεται οἱ διαχέεται τοῦ]: est angustus & undique rotundus, & ut fertur adeò exCELLUS, ut ejus summa juga nequeant cerni; nunquam enim iis desunt nubes, neque aestate, neque hyeme. Hunc COLUMNAM cœli esse dicant incole. *Clericus.*

510. Τίττη δὲ οἱ οὐρανούμενοι Μενοῖτοι] Hic Menoitius postea dicitur Λειτός, flagitosus, contumeliosus, quod non abit à significatione radicis οὐρανοῦ menat, quæ, apud Chaldaeos, significat terruit. *Clericus.*

Η Ν Περιηδοῖς] Περιηδοῖς & Επηδοῖς nomina Græca sunt, non quæ antiquissimæ Lingua primorum Græciæ colonorum imposita hisce Titanibus fuerant. Vel, si mavis, cognomina sunt, quæ loco nominum postea fuerunt, cum longa ætas

ætas ea oblitione sepeliisset. Περιπέτεια
dictus est ἐν τῷ ἔγγραφῷ, πραδίσκη, quod prudentis est; Επιμήδειος vero ἐν τῷ ὑπεράρχοντι in ipsa re discere, quod est improvidi. Sin audimus Sam. Bochartum, * nomen verum Promethei fuit Magog. quia 1. ut Japhethi filius Magog: ita Japeti Prometheus: 2. Caucaso Prometheus affixus fuisse fingitur, quia vel ipse, vel gens Scytharum ab ipso oriunda in Caucaso fixerat sedes: 3. dicitur ignem è caelo in terram detulisse, quia metallis, circa Caucasum montem effossis, artem metalla igne excoquendi illuc aut invenit, aut restituit. Liquest hoc ex Prometheo vincito *Aeschylus*, ubi sic loquens inducit:

Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε τον
Φύσει τὸ πάγοντα ἐξουρητὴν εἶμαι;

Aes, ferrum, argentum, aurumque quis dixerit se ante me invenisse? 4. Fabula de Promethei hepate, vel corde, quod à vulturibus erosum contabescit, videtur nisi nomine Magog; est enim ab Hebreo γένος μωγ, vel γένος μαγαγ, quod est liquefieri, contabescere. Hæc Bochartus, quæ si vera sunt, fortasse verum nomen Epitheti fuit Gog; filius enim alias Japhethi sic vocabatur, qui Magog vici-nus erat, hoc est non procul à Caucaso habitabat; qua de re, vide eudem virum doctissimum, in Phalegi Lib. III. c. 13. Dicitus autem fuerit Epimetheus Gog, à radice γένος quæ apud Arabas significat arsūt, flagravit, ed quod exarserit amore mulierum; quod significatur Pandoræ fabulâ, ut mox videbitus. At si Prometheus & Epimetheus iidem ac Gog & Magog statuantur esse & Japhethi filii, quæret quispiam, qui Jovi co-vari fuerint quem existimamus non ita multò ante tempora Abrahami Patriarchæ vixisse? Sed longævitæ vitæ humanæ, eā ætate, rem extra dubitationis aleam ponit, & ex Chronologia Mosaïca liquest Noachum multis annis, post natum A-

brahamum mortuum fuisse. Clericus.

510. Ποικίλον, αἰολόμητρον] Hæc & quæ postea dicuntur de prudentia & calliditate Promethei, confirmantur iis quæ de illo habet *Aeschylus*, qui in *Prometheo vincito*, omnium ferme artium inventorem facit. Plurimis enumeratis, ita eum loquentem inducit:

Βρεχῆν δὲ μάδη, πάντα τονταλέντων μάδη.
Πάντα τίχην βερνίνον ἡ Περιπέτεια.

Brevi oratione, omnia simul accipe: omnes artes mortalibus à Prometheo profectæ sunt. Clericus.

511. Αμαρτίνοντες τὸ Επιμήδειον] Imprudentia Epimethei in eo videtur sita fuisse, quod Pandoram à Diis missam uxorem duxerit, ut sequente versu docet *Hesiodus*, & pluribus in sequentibus à v. 569. & in Operibus & Diebus, v. 60. & seqq. Videntur autem Pandoræ significari formosæ mulieres, quibus fortè nimium dediti populi, qui erant inter mare Caspium & Pontum Euxinum. Certe etiamnun hodie pulcris mulieribus abundat ea ora, nec aliis fermè Gynæcea Regum Persarum, Turcarum & Indorum sunt referta. Quod oriri videtur ex caelo, quod idem temporibus Jovis fuit, ac nunc est. Clericus.

520. Δῆστος δὲ ἀλυπτοπόδητος Προμηθεος ποικιλέβελον.] Omnes Poëtae in monte Caucaso factum testantur. Itaque ex quatuor fratribus unus in extremam Africam navibus aufugit ex Imperio Jovis, hoc est, ex Græcia, & præsertim Thessalia; alius verò per Bosporum Thracium & Pontum Euxinum in Colchidem ivit. Credibile est nonnullos, tyrannoidem Jovis fugientes, in extreum orbem sele conculisse. Dicitur autem vincisse Prometheus in Caucaso, ed quod illuc compulsum, non passus fuerit in Græciā redire non aliter ac si catenis vincatum illuc tenuisset. Clericus.

523. — αὐτῷ δέ τοι οὐτε Εδών διάνοιαν.] Hæc ipsa res est, quæ consideran-

* In Phalegi Lib. I. c. 2.

da est, omissis omnibus πατέροις. Si autem Phoeniciā Lingua *jeçur* dicere velimus, utemur voce כְּבָד chabed, quæ efferti, iisdem servatis consonantibus, potest chabod; quæ vox non raro *divitias* significat. Itaque similitudine vocum decepti, pro *divitias* Promethei, dixerunt ejus *jeçur*. Nimirum, cum Prometheus metalla exerceret circa Caucasum, neque fodinas umquam exhaustire posse videretur; vulgo ferebant quod interdiu è fodinis hauriebatur, id noctu iterum crescere, ut significant exhaudiri non magis posse fodinas, quam si tantumdem metallorum enatum suisset singulis noctibus, quantum quotidie effodiebatur. Hinc nata fabula, quæ ornamentis poëticis adaucta paullatim nimium quantum ab origine recessit. *Clericus.*

Ibid.] Hanc fabulam sic exponit Scholiafestes, Οἱ αἰτός, Βιωνής μείματα τοῖς ἐμπειρεῖς, αὐτοῖς συίχου τὸν ἀρδεπτον, τοῖς ἀράκοντος τὰς ὄψεις τῷ ἡμέρᾳ, ὥστε τοὺς αἰτός τῷ ἅπ. *Volucr* autem significat curas illas quæ in vita quotidie occurrant, comprimentes hominem, ejusque animum affidū consumentes, ut *jeçur* *volucr*. Similiter Lucretius l. 3. Tityi fabulam exponit.

Tityos nobis hic est, in amore jacentem
Quem volucres lacerant; atque ex-
est anxius angor,
Aut alia quavis scindunt cuppedine
curæ. *Rob.*

527. Ηρακλέης ἔκτειν] Non Thebanus, sed aliis, multò antiquior, Tyrius Ῥεβαροκbel, hoc est, mercator, qui navibus Colchidem petiit & incolas fortè nonnullos illinc in Græciam transtulit. Plures fuisse Hercules ostendemus, in Diff. de Hercule. Sed Bœotus vates populari suo tribuit, quæ antiquioris erant. *Clericus.*

532. Ταῦτ' ἀρά ἀζύδηνος πίμα ἀειδίκευτον ὑπὲρ] Est versus supposititius. *Guietus.*

532. Ταῦτ' ἀρά ἀζύδηνος] Vulgo legitur

Ταῦτ' ἀρά ἀζύδηνος πίμα ἀειδίκευτον ὑπὲρ.
Καὶ τῷ χαθάμνῳ πανδηλόν χόλον ὁρίζεται.

Guietus censet priorem versum esse supposititium, hac, arbitror, de causa, quoniam mera est repetitio versuum præcedentium. Videor igitur veram lectio nem eruuisse ē Codice R. S. qui ita scribit,

Ταῦτ' ἀρά ἀζύδηνος πανδηλόν χόλον, ὁρίζεται.

Duobus enim versibus in unum coalescentibus vitatur παντολογία, longeque commodior sensus exhibetur. *Rob.*

534. Οτί μείνοτος θεοί, γνωτοὶ τὸν ἄρχαντον.] Dii dicuntur hic Saturni liberi, alii que eorum socii; homines vero incolæ, ut videtur, Peloponnesi, quos fortè sibi subjicere volebat Jupiter. Hujus contentionis nulla, quod equidem sciām, alibi occurrit mentio. Interea hinc quoque appetat Deos & homines ejusdem fuisse generis, hoc est, mortales, sed nobilitate & opibus antecelluissent Deos. *Clericus.*

535. Μυκάνη] Hoc est, Sicyone, vetustissima urbe Peloponnesi; cujus Reges antiquissimi Græciæ habebantur. Certè Eusebius Αἴγαιον, primum Sicyonis Regem, οὐqualem facit Nino & Abrahamo. Vide initium ejus *Chroniconum Canonum*. Strabo autem docet Sicyonem prius Meconen dictam. Τιλού Σικυῶνα σεγνεῖ Μυκάνων ἐράει, *Sicyonem* prius *vocabant Meconen*. Lib. VIII. p. 265. Ed. Genevensis. Hinc emendandus Scholiafestes, cujus verba sunt hic corruptissima. Urbs est Achaïæ propriè dictæ, non Argolidis, ut ille perperam habet. *Clericus.*

536. Δασσάληνος πενθεῖα] Ut eligeret Jupiter quem vellet, ita ut altera pars Diis cederet, altera hominibus. Quod factum videtur diremto certamine, cum vitor esset Jupiter. *Clericus.*

Ibid. Διὸς οὐοις ἵξαπαθεῖα] Scribendum videtur ἵξαπαθεῖα. *Galeatus.*

542. Πάτερ ἀειδεῖσθαι ἀνέκτοτος] Reges h̄c sunt Dii, ut alibi s̄pē. Prometheus h̄c dicitur inter omnes Deos conspicuus, nimirum artium variarum peritiā. Clericus.

550. Γρῦς ἐπὶ ἵρων] Scivit, neque ignoravit. Hoc est, planè sciebat. Sic frequenter loquuntur Hebrei & omnis generis Scriptores. Vide quæ notavimus ad Gen.XI. 30. Ceterum Hesiodus auras non est dicere Jovem deceptum fuisse, ne Deo illudere videretur; attamen sequentia deceptum ostendunt. Nam nisi deceptus fuisse nulla ratio erat, cur usque adeò indignaretur Prometheus, & quidem tum demum cùm ossa vidiit esse sub adipe. Vide Lucianum in Prometheus, sive Caucaso. Clericus.

555. Εἰ τὸν ἀδανάτου δὲ χρόνον, καὶ τὰ ἔχεται] Videtur hoc velle Hesiodus, originem adolendorum ossium inde ortam; quod rāmen absurdum est, cùm debuerint homines peccati potius abolere memoriam, & cavere ne Dis contumeliosum Promethei factum in animum revocarent. Si dixisset hinc natam consuetudinem offerendorum holocaustum, quorum omnia comburebantur, nulla esset difficultas, in hac ejus aīpoloχη. Clericus.

562. Οὐκ εἴδε μελέοις περὶ μένος ἀγάπτοι] Hoc est, ut videtur, Peloponnesiis, aut aliis populis interdixit usū ignis, in officinis in quibus metallū confabantur; ne fortè in ferrariis officinis tela fierent, aliaque arma, quibus adversus Jovem ipsum uterentur. Nam omni usū ignis neque carere possunt homines, neque arceri. Simile interdictum memoria legere est i. Sam. Cap.XIII. 19. Clericus.

562. Μελέοις] Huic interpretationi faciet lectio quam exhibent Codices Bodl. & R. S. Ibi enim pro μελέοις legitimus μελίσσα, quæ vox basilis significat, ut paſſim videre est apud Homerum. Rob.

565. Κλέψας ἀκαμάτου περὶ πλάκοντος αὐτὸν] Hoc est, invito Jove, iterum instituit ejusmodi officinas; cuius rei vestigium cernere licuit, ab antiquissimis temporibus, apud Chalybes; quos primos calluisse artem tractandi ferri testantur Veteres, quo factum ut ab Aeschylō dicantur αἰνεγέτετον, in Prometheus vincito, v. 688. ubi memoratis Scythis, ita loquitur Prometheus:

Λαῆς δὲ χειρὶς οἱ σιδηρετύποις.
Οἰνοῦς Χάλυβες.

Ad sinistram autem manum fabri ferrarii sunt Chalybes; nimirum, ad Ponti Euxini orientalia littora, quæ à sedibus Promethei non fuerunt remota. Tzetzes Chiliad. X. 338.

Χάλυβες θύεος ἥρητα τεῦνται Τραπεζούνται,
Θύται λέγονται σύνεσσοι ἑσυρπήται τελεῖται.
Καὶ τὸ χαλκὸν τὸ χαλκόν, χαλκὸν τε λέγεται μόνος.

Oīa καὶ τῶν ιώρημα τελύται τὸ χαλίκιον.
Chalybes, gens est proxima Trapezunti; ibi dicuntur ferrum invenisse primi. Aes etiam vocant & Chalybum & as, quasi hoc quoque sit invenitum Chalybum. Virgilinus Georg. I. v. 58.

India mittit ebur, molles sua tbura
Sabæi,

At Chalybes nudī ferrum. Clericus.

569. Τιῦσιν τεκνὸν ἀνδρόποτον] Hoc est, formosis meretricibus immisissis, populos ceteroqui fortes emollivit, quæ arte ferocem Lydorum indolem domuisse prodidit Cyrus, consilio Croësi. Cum enim vieti s̄pīus rebellassent, Croësus sententiam rogatus de ratione quæ Lydi in officio in posterum contineri possent, inter alia hæc respondit: οὐτετέλος καταδεῖσθαι τε καὶ φάλλον, τετραγωνὸν πανδεῖσθαι, καὶ ταχίστας ορέας, τὸ βασιλεῖ, γυναικεῖς ἀντὶ ἀνδρῶν ὄψεα γυνοτεῖς: * edicito illis ut liberos cytharam pafſare, psalle-re, & canponari doceant; & brevi eos, ὁ Rex, videbis mulieres pro viris factos. Hæ artes olim ferè perinde habebantur,

* Herodotus Lib. I. c. 155.

quasi

quasi lepocinium exercere, ideoque *Jas-tinus Lib. I. c. 7.* ita rem expressit: *In-terjecto deinde tempore, Lydi rebellaveret, occupato in aliis bellis Cyro; qui-bus iterum vicit, arma & equi adem-ti, justisque cauponias, & ludicras ar-tes, & lenocinia exercere.* Et sic gens industria quondam potens & manu stren-uua, effeminata mollitia, luxuriaque virtutem pristinam perdidit. Ac sanè, ut alibi docet *Herodotus*, * τὸν Λυδὸν δῆμον αἱ δυταῖς ἴσχερτο νόμοι, οὐλέγουσαν ὁρίας, *Lydorum populi filie omnes pro-stabant, sibi dotem colligentes.* Conji-cimus Epimetheo & popularibus similia contigisse, ex v. 590. & sequentibus, ex quibus non difficile est intellectu nomi-ne Pandore meretrices describi. Ceteræ circumstantiæ sunt ornamenta Poëtica veteris historiæ. *Clericus.*

569. Τοῦτον καὶ τὸν ἀρδόντων] Non so-læ meretrices, ut vult Clericus nomine Pandore significantur, quanquam vox θεῶντες, quæ infra occurrit v. 589. ex-ponitur αἱ τοῦ ἀρδόντος καταρρεψηπερ Schol. Homer. ad Il. Θ. v. 520. Patet autem ex versibus 602. & sequentibus to-ti foemineo sexui, etiam uxoribus, ini-quo, uti spero, Poëtæ nostri judicio, hanc descriptionem competere. *Rob.*

605. Διὰ κτῆσιν δετόντων] Magnam es-se dolori accessionem declarat Homer-us, si, amissio filio, ad peregrinos tran-situra sit hereditas.

Τὸν δὲ τίκτεται ἄλλον δὲ κτενάποιν λιπάντ. Εἰδούσα τὸν τρίακον, φίλον δὲ ἐξαιρυτοῦ θυμὸν Αὔροτέσσιν πατέτει τὸ γένος, τῷ καὶ σταταὶ λυγέσθαι Λεπτόν, ἵπποι τοῦ ζώοντο μάχης ἐνοστήσασται Δέξατο γηραστούς δὲ τῷ κτῆσιν δετόντων.

Il. E. v. 154, &c.

Vide etiam Gen. cap. 15. ubi frustra sibi divina munera Abramus collata ex-istimavit, cum, deficiente filio, familia-rem servum heredem sibi fore credide-rit. *Rob.*

608. Κακὸν διλόη ἀρπαζεῖσθαι — ἔμμεναι]

Dicit Scholiares, Τὸν ἔμμεναι παρέλαβε. Ita-que plerumque vertitur, *Malum perpe-tuū cum bono certat.* Ego autem τὸ ἔμ-μεναι παρέλαβε non existimo, sed verten-dum esse, *Malum perpetuū certat cum bono ut sit.* Qui aliter exponunt, ini-qua ferunt judicium de conjugali vita, existimantes in felicissimis nuptiis ma-lum bono æquale esse; cùm Poëta nihil ultrà videatur innuisse, quād quodd in sorte felicissimam mala quædam se semper intrudant. *Rob.*

616. Βειάτης δὲ ἀρρώτης] Unicum hoc, quod novi, occurrit exemplum vo-cis *Beiatetus* in quatuor Syllabas dissolu-tæ, productâ primâ. Poëtæ omnes tam Græci quam Latini trisyllabam exhibent, penultiima & antepenultiima correptis, ut supra v. 149. Κβᾶτης το, *Beiatetus* το, & infra v. 733, & 816. Hoc tamen exem-plum à communi usu recedens Doctiss. Bentleium videtur effugisse, qui cùm hanc vocem in quatuor Syllabas resolu-tam apud Miltonum invenerit, idcirco illud carmen in editione sua quasi Illu-strissimo Poëta indignum expunxit. Ne-scio tamen annon quibusdam potius vi-deatur versus mutilus esse & ἀκίνητος, quam prima in *Beiatetus* syllaba produci. Potuit sane libratorum incuria excidere articulus το, qui versum perfecisset; e-undemque memini articulum alibi à poë-ta huic nomini adnexum; infra nempe v. 733.

Ερδα Γύνης, Κόπος το, καὶ ὁ *Beiatetus* με-γάδυμος. *Rob.*

619. Τὸν χωρὸν τρέποντας] In carcere, nimirum, subterraneo, aut quem sub-terraneum fingit Poëta. Hinc *Hesiodus* incipit narrare bellum, quod patri intu-lit Jupiter. *Clericus.*

629. Τιτᾶνες το Στοὶ καὶ θεοὶ Κέρυ-ροτο] Dii quidem prioris ætatis *Titanes* dicti, quasi *luto geniti*, ut antea dixi-mus; Dii vero posterioris à Saturno or-ti, simpliciter *Dii*. *Clericus.*

* Lib. I. c. 93.

631. Oi ποτε οὐλύποις Οσπὶ τίτανος ἀ-
γαννοῖ] Saturnus cum suis videtur Othrym
montem quasi arcem occupasse, & ob-
sessus fuisse in eo loco; qui forte duxit
hinc nomen, nam τόγυ βατάρ εἰσινέτι.
Mons est qui Phthioridem à meridie
claudit. *Clericus.*

632. Oi δέ αφ' ἀπ' Οὐλύποις θεοῖς] Olymp-
pus est ad septem triones ejusdem Thes-
saliæ tractus, in quo Jupiter sedes fixit.
Antiquus auctor *Eubemerus, ut verbis
utar *Lactantii* ē Lib. I. c 11. Inst. Divi-
narum, qui fuit ex civitate Messana, res
gestas Jovis & ceterorum, qui Dii pu-
tabantur, collegerat; historiamque con-
texuerat ex titulis & inscriptionibus sa-
cris, quæ in antiquissimis Tempolis ha-
bebantur, maximeque in faño Jovis Tri-
phylli, ubi auream columnam positam
esse ab ipso Jove titulus indicabat. In
qua columna, gesta sua perscripserat, ut
monumentum esset posteris rerum sua-
rum. Hanc historiam interpretatus erat
Ennius, & sequutus; cujus hæc sunt
verba, prout ea recitat *Lactantius*, lo-
co memorato: *Εὰ τε πεπτάστη, Ζυπιτε
in monte Οἴμποι μακραίαν παρτην
τε κολεβάτη;* & cōd ad eum in jus venie-
bant si quæ res in controversia erant.
Item, si quis quid novi invenerat, quod
ad vitam humana utile esset, cōd ve-
niebat, atque Jovi ostendebat. Ex eo
igitur monte Jupiter, cum suis, egressus,
bellum intulit Saturno; neque enim pu-
tandum eos, ex montibus aliquot milli-
bus passuum remotis, missilia in se invi-
cem conjectisse. *Clericus.*

634. Oi ηρώτες ἀλλάζοντο μάχης θυμαλγή-
σχότες] Hinc manifestè liquet, ut ex
iunumeris aliis, Deos fuisse antiquissi-
mos incolas Græciæ. Sacra Historia ita
habebat, ut docet *Lactantius* Lib. I. c.
14. *Jovem ad ultimum, cum audiuisset
patrem atque matrem (a Titanibus) cu-
stodiis circum septos atque in vincula
conjectos, venisse cum magna Cresen-*

*sium multitudine, Titanemque ac filios
ejus pugnando viciisse; parentes vincu-
lis exēmisſe, patri regnum redditisse,
atque in Cretam remeasse. Post bæc
deinde Saturno datam fortē, ut cava-
ret ne eum filius ē regno expelleret; il-
lum elevandæ fortis, atque effugiendi
periculi gratiā, insidiatum Jovi, ut cura
necaret. Jovem cognitis insidiis, regnum
sibi denuo vindicasse, ac fugasse Satur-
num; ex Thessalia, nimirum. Scio Eu-
bemerum, quasi hominem vanum tra-
duci, sed non est h̄c locus ejus defen-
dendi. Interea omnia suadent Thessa-
liam fuisse sedem belli inter Deos, &
præmium victoris. *Clericus.**

639. Νίκηται τὸν ἀμερόντα τε, τῷτερον θεοὺς
ἀντὶ θεῶν] Si h̄c urgeremus verbū
θεῶν, sequeretur utrumque esse cibum,
neutrū potū; attamen plerique am-
brosiam cibum fuisse contendunt, nectar
potū. At est locus Homeri planè huic
contrarius, ex quo colligere eadem ra-
tionē possis utrumque fuisse potū. Ex-
stat Odyss. T. v. 359. ubi Polyphemus
de vino, quod ei bibendum dederat U-
lysses:

Αλλὰ τὸδ' ἀμερόντα καὶ νίκηταις θεοῖς
ἔσται.

Verūm hoc ambrosiae & nectaris est ri-
vus. Ad quem locum *Eustathius*: on-
putauit, inquit, ὅτι τὸ διπέρας ἐμπάντες ὁ
ποινῆς ὁς ἐπάρθη δὲ τοῦτο καὶ τὸ ἀμερό-
ντα ὑγέαν πάστερ καὶ τὸ νίκηται. τὸ δὲ διπέρας
τοῦ ὑγροῦ καὶ ἐποινῆς ποτὸς τὸν πεπτόντα, τὸ δὲ ἀμ-
ερόντα λαβόντες εἰς ὑγρὸν θεῖαν περιπόν. τοιούτοις
καὶ σωματοθυμικῶς πρός μόνον τὸ νίκηται κατεῖται
διπέρας, ὡς γένους ἀλλὰ πόνομα δὲ τῆς ἀμ-
ερόντα νοεῖ: observa voce διπέρας ostendere
Poëtam non absonum esse intelligere
ambrosiam quoque esse liquidum quid,
quemadmodum nectar; nam διπέρας li-
quidis convenit, significat enim efflu-
vium. Sic & fecerunt quidam recen-
siorum, qui accipiunt ambrosiam quasi

* Viveras tempore Cæsarei, Antipatri F. Regis Macedonia, ante Chr. Nas. CCCX.

liquidum alimentum Deorum. Fortè etiam synecdochicè ad solum nectar referendum significat, ita ut alterum nomen subintelligendum sit, quod ad ambrosiam referatur. Verum multò simplius dixerimus & Homerum & Hesiodum minus accuratè loquutos, neque ex ἀνεγρούσι ullum consecutarium esse deducendum. Verum tamen est nonnullis Veteribus Nectar fuisse solidum cibum, ambrosiam verò potum, quod ostendit Eustathius, in sequentibus verbis, ex Anaxandride, Alcmane & Saphone. Sic parum sibi constant Poëtae, in meritis fragmentis.

Si originem vocis νέκταρ à Græcis petamus, respondebit * ita dici τὸ θεῖον πόμα, οἷον τὸ σικάλιον τὸς πίνοντας αὐτὸν γε πότην, εἴδε τὸ νέον καὶ τὸ ἔχον, νέκταρ, καὶ χρῆσικον νέκταρ· διὸ καὶ Ήφέλιον αὐτὸν καρπά, Ιλιάδ. Δ. Alii verò deducunt εἴδε τὸν σερπετὸν καὶ κτὸν τὸ φορέων. Dicere debuissent κτέλεων, unde κτεῖξιν, justa facio & κτήρες mortui. Quam Etymologiam, si Græca vox sit, veram esse suadet vox ἀμερόν, quæ ejusdem est significationis; de qua & hoc observandum, non esse nomen substantivum, sed adjективum, cum quo subintelligenda vox νέκταρ, cibus. Αμερόν passim, apud Poëtas, divinum significat, non secùs ac νεκτάρ. Quod si verum sit, videbitur Hesiodus hoc velle Jovem immortalitate donasse socios suos, præbitis nectare & ambrosiâ, quibus soli Dii uti credebantur; quo munere accepto, fortius in Titanas pugnarunt. Sed mihi verisimilius ηττῷ νίκταρ aut nektar vocem esse Phœniciam, quæ suffitum sonat; qui veluti potus Deorum habebatur, ut caro victimarum cibus. Adi Luciani librum de Sacrificiis. Clericus.

655. Πιει μὲν τρεπίδες] Scribendum videtur: πιει οὐ τρεπίδες, πιει δὲ τὴν νέκταρ. Guetus.

657. Σύς δὲ τοπραδμοσώμην] Scribo

τοπραδμοσώμην. Hesych. διπραπαδμοσώμην, ἡ διπραπαδμοσώμη, διπραπαδμοσώμη. Guetus.

655. Μάχαι δὲ ἀμέζαρτος ἐγερατ.] Ex hac descriptione proelii Deorum & Titanum satis constat Poëtam nostrum non solum, ut vult Quintilianus, in mediocri illo dicendi genere excelluisse, sed etiam ad summum Poëtices fastigium a surgere potuisse. Nihil certè grandius occurrit vel in descriptione illa Homericā & Iliacā, quæ adeò à Longino celebratur.

Ως τοις ἀμφοτέροις μάχαις διοι ἴστινοτες Σύρισαν, ἵν δὲ αὐτοῖς ἡερατα ἐγκυρωτο βαρύταρα.

Δεινὸν δὲ ἔροτας πατήρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε Τράπεζαν αὐτὸν ἔτιδες Πλοειδίους ἐπιτάξις Γάιας ἀπεριπτών, ὅρέας τὸν αἰπεινὰ κύρινα. Πλάγιες δὲ ἱστειούτο πόλεις πολυπολέακε Ιδην, Καὶ κορυφαῖ, Τράπεζαν τέ πόλεις, καὶ τῆς Αχαΐης, Εδεσσαν δὲ ὑπέντριθεν ἄραξ ἐπέραν Αἰδηνοῦς, Δέσμους δὲ ἐν Θεόντει ἀλπο, καὶ ταχεῖ μηδεὶς ὑπέρθε.

Γαῖας ἀναρρέειτε Πλειδάνων ἴνοιχθων.

Οικία δὲ θρησκειῶν, καὶ ἀδιατάποισι φατεῖν Στερεόλατον, σύρειντα, τό το συγκέντοις θεοῖς αρι. Τέων ἀρά κτηπόντος ὅρτο θεῶν ἔεσθι ξυνιβίλων. Hos versus merito celebrat Longinus cap. 9.

“Επιλέπτεις, ἐπέρηψε, ὁρεῖ, ἀναρρέηγνυσθεὶς τὸ ἐκ “βάθρων γῆς, αὐτὸν δὲ γυμνούμην Τατάρη, ἀνα- “ρροτίνη δὲ οὖλον, καὶ διάσασιν τὸν κένθατον λαυδέρον. “Τρόπος, πάντας ἀμάτη, ὄφαντος, ἀστην, τὰ θρησκεῖα, τὰ “ἀδιάταπα, ἀμάτη τῇ τόπῃ συμπολεμεῖ καὶ συγκινητικόν την μάχην;

Si vero præsentis pugnæ descriptionem conferamus, in ea etiam omnia æque terribilia apparebunt; concussio terræ, ponti, coeli, tartari; mortalia omnium, atque immortalium confusio.

Δεινὸν δὲ τοις τοῖς τρεπίδες ἐγερατ. Γῆ δὲ μέγε τρεπαργύνεται ἐπέστρεψε δὲ παρὸς τούτος Σατύρος, πεδίστην δὲ ἐπιτάξεω μάχης Ολυμποῦ.

Πιπή τε τρεπαργύνεται. Ἱροῖς δὲ ἐγερε βαρεῖα Ταττάροις ἐπέστρεψε — &c.

* In Eymol. Magno.

VARIORUM NOTÆ

Αμρὶ δὲ γὰρ
Σμερδελόν τοντόν, καὶ Οὐρανὸς τύπος ὁ
πέρθι,
Πόντος τὸν οἰκεῖον τὸν δοθ, καὶ τάπτωρα γαῖας.
Ποσὶ δὲ ὅπερ ἀδημάτων μόνας πελεύσετο Ο-
λυμπῷ
Ορυζόφυοι ἄνεκτοι ἐπιστράχγει τὸν γαῖα.
Καῦμα γ' ὃτε ἀμφοτέρων κάτεχεν ισεδία πί-
τον,
Βεργῆς τε, σεργῆς τε, πυρὸς ἢντο τοῦ πι-
λόρε,
Πρωτίστων ἀρέων τε, κεραυνῶν τε φλεγόντων.
Τίτος' Αἴδης δὲ ἐνέρεσι καπαθιδύδοσιν &
ιδαῖσι.
Τιτᾶνες δὲ ἐποταρτάσαιοι Κρόνος ἀμφὶ ἤρτες,
Ἄσσειν κιλάδειο, καὶ αἵρης Διονύσιον.

Observare liceat, quod hanc trepidationem Plutonis, utpote imaginem nobilissimam, & excellissimam, Latini etiam Poëtae imitati sunt.

Virgil. Aen. 8.

*Non secus ac si qua penitus vi terra
debiscens
Infernus referet sedes, & regna re-
cludat
Pallida, dis invisa, superque immo-
ne barathrum
Cernatur, trepidantque immisso lu-
mine manes.*

Et Ovidius lib. 5. Metam.

*Inde tremit tellus, & rex pavet
ipse silentum
Ne pateat, latoque solum retegatur
biatu;
Immissusque dies trepidantes ter-
reat umbras. Rob.*

687. Ex δι τὰς --- Φαῦς Βίνη] Potentiam Jovis imminuit Poëta, cum dicat, omnibus ei viribus opus esse ad vincendos hostes. Messiam in Angelos rebellis fulminantem grandius describit Miltonus lib. 6.

*Yet half his strength be put not forth,
but check'd
His thunder in mid volley, for he
meant*

*Not to destroy, but root them out of
heaven. Rob.*

699. Θεατήσιον κάτεχεν Χάρη] Χάρη hic signat sine dubio ingentem aëris extensionem, quæ vacua capitibus nostris imminet; nam Hesiodus describit prælium, quod supra terram, non infra, commissum est. Nec obstat quod antea dixit, flammam ad aërem pervenisse, cùm quia sunt hic frequentes repetitiones, tum quia haec aliquatenus differunt; nam καῦμα διάσιον ingens ardor, aut incendium est effectus flammæ. Sic Χάρη usurpavit Aristophanes in Nubibus, p. 151. Ed. Genevensis majoris, ubi ita loquentem Socratem inducit, inanem aërem ostendente:

*Άλλο πί μητ' εὶ τομεῖς ή] Θεὸς οὐδένα, πλὴν
ἀπειρόμοις,
Τὸ Χάρη ταπὲ καὶ τὰς τρέπεις καὶ τὸ γλωσσαρ,
τρία ταπτί.*

*Aliud quidquam non existimabis Deum
esse, præter ea quæ nos existimamus;
hoc Cbaos & Nubes & Linguam, tria
haec. Ubi Scholiastes: Χάρη νέγνη τὸ άέρα,
παρὰ τὸ χαρέδω, ίμδιν οὐδεὶς τὸ χαίρεν,
biare. Vide dicta ad v. 116. Vide etiam
Aristophanem p. 164. & alibi. Clericus.*

Ibid. Καῦμα δὲ διάσιον κάτεχεν Χάρη]
Non assentior Clerico, qui supponit τὸ Χάρη hic significare ingentem aëris extensionem, quæ vacua capitibus nostris imminet. Nam præterea quod, hoc sensu admisso, inepta esset repetitio versus 696 ubi dicitur, φλὸξ δὲ θάρη ἵνας ἕπεται, quis non sentit longe grandiore esse imaginem Jovis, ultra ipsius mundi limites fulgura torquentis, quam ejusdem, flamas in ambientem aëtem jaculantis? Miltonus nostras veterum Poëtarum æmulator, & perfectior, hunc locum respexisse videtur lib. 6.

*Eternal wrath
Burnt after them to the bottomless
pit.*

*Confounded Cbaos roar'd
And felt tenfold confusion in their
fall
Through*

*Through bis wild Anarchy, so huge
a rout*

Incumber'd him with ruin. Rob.

719. Τύπος ἐνεργοῦ] Similis apud Homerum occurrit Tartari descriptio Il. 8.

Η μὲν ἵκεισθαι τὸ Τάρταρον καὶ πάντα
Τύπος μάλιστας, τῷχος βαθὺς τὸν χώρας δέ τοι
ρίζεργος

Εἰδεις συνηρετεῖ τὸ πάντα, οὐ καλλικράτης,
Τύπος ἐνεργοῦ δέ τοι, οὐντος ἀριστος δέ τοι γάμος:

Et hinc etiam Virgil. Aen. 6.

*Tum Tartarus ipse
Bis patet in praecipitum tantum, ten-
ditque sub umbras,
Quantus ad aetherium caeli prosp-
etus Olympum.*

*Hic genus antiquum terrae, Tita-
nia pubes,
Fulmine dejecti, fundo volvuntur in
imo.* Rob.

727. Καὶ τὰς ὑπέρων Γῆς ἔκειται πενίασσος] Tartara, nimis tunc, non intra terram esse
putabant, sed inferiora, in tenebris
suis spatiis, quæ terræ subjecta esse existi-
mabant; cum nescirent terram esse ro-
tundam, & vicibus soli sua hemisphæria
ostendere. Clericus.

730. Χάρος ἐν τούτῳ πλάνος ἔχειται γάμος] Hic versus addititius videtur. Guictus.

730. Πλάνος ἔχειται γάμος] Hic versus
Guictus videtur addititius esse, cui assen-
tior. Mendosus enim est, nec Gramma-
ticæ congruens. Rob.

739. Χάροις μεγάλη] Pulcherrimam illam
ideam Satanae per Chaos iter facientis
abhinc videtur traxisse Miltonus Lib. 2.

*A vast vacuity: all unawares
Fluttering his pennons vain plumb
down he drops
Ten thousand fathoms deep, and to
this bourn
Down had been falling, had not by
ill chance
The strong rebuff of some tumultuous cloud
Instinct with fire and nitre buried
him*

As many miles aloft ————— Rob.

740. Οὐδεὶς ἴκοτι, εἰ περὶ τὰ πολιάρια ἐπε-
δει γένοτο] An scribendum? Εἶδες ἴκοι εἰ
περὶ τὰ πολιάρια ἐγένετο γένοτο. Sic in ἔγγροις,
ἔποι δὲ εἰς ἄκρον ἴκναι scribendum, pro quo
vulgò scriptum ἔκειται. Guictus.

741. Πρὸς θύεινα πονέα] Scribo φέρει εἰς
θύεινα πονέα ἀφαλάν. φέρει τοι πρὸς περὶ τὰς
una voce. Homer. Od. T. ἴκτερα μὲν ἀκρα-
πέδατα πονέα σύχεται περίποτα. Guictus.

747. Λαοὶ ιέσαι] Vulgò legitur aūpis;
sed monente Grævio, & consentiente
MS. Bod. restitui λαοί, quod sequentia
verba ἀλλίας περιτεντος requirere viden-
tur. Rob.

755. Καστόντων Σατάνα] Similiter Ho-
merus Il. 5.

Ἐνδ' Τάρη ξύριστο, γενυπίτη Σατάνα.
Et Virgil. Aen. 6. *Et consanguineus le-
tibi sopor.* Rob.

758. ————— οὐ ποτὲ αὔρει
Ηέλιος φέρειν ἀπίδεκτας ἀκτίνοις
Οὐδὲ ὅποις ἀπέστησεν τοις ἔργοις
Οὐδὲ ὅποις ἀπέστησεν τοις γέ-
ράτοις.]

Videtur esse imitatio Homeri, qui ita
de Cimmeriis Odyss. A.

———— οὐ ποτὲ αὔρει
Ηέλιος φέρειν ἀπίδεκτας ἀκτίνοις
Οὐδὲ ὅποις ἀπέστησεν τοις ἔργοις
Οὐδὲ ὅποις ἀπέστησεν τοις γέ-
ράτοις.

Neque umquam eos Sol lucidus adspicie-
ratis, neque cum it ad cælum stella-
rum, neque cum iterum ad terram è
cælo convertitur. Clericus.

773. Ισθίας τοι Αἴδης νοεῖ ἐπιτάχης Περσε-
φόνεις] Ισθίας, ubi de Deo fermo est, ver-
ti debet ἔχειται potens, non fortis, præ-
fertim cum loquatur Poëta de Plutone.
Persephone filia Cereris dicitur alio no-
mine Pherepbatis, quod si scribamus
Phœnicio charactere Φερεβατη, significat fiueū copiosum; no-
menque hoc terrible habebatur, quia
sacrum. Plato in Cratyllo, p. 269. eo
prolato subjicit: πολλοὶ γὰρ τὸν φερεβατη τὸ
ὄνομα, multi reverentur hoc nomen. Περ-

ερεβατη

αρχήν viri docti interpretantur, ex eadem Lingua, סְפִיָּה peri-sapboun fructum occultum, quod signat semen terræ commissam. Malim intelligere *reconditum* in horreis. Utrumque nomen aptissimum est filiæ Δίας, hoc est, *Dæc copia*. Ceres Regina fuit Siciliæ, cuius filiam rapuit Pluto, aut raptam uxorem duxit; quod in Enarratione *Gallica Mysteriorum Cereris multis ostendimus. *Clericus.*

775. *Ἀττίκη Στυγάς ἀφεόποιος οὐκεῖσθαι]* Non difficile est intellectu cur Stygem vocet *Hesiodus* filiam Oceanis, cum sit tanta rerum affinitas; ne dicam ex vaporibus Oceanis, qui in pluvias densantur, oriri fontes. Sed tria sunt hinc, non ubique obvia, animadvertisenda. Primum est descriptio Stygis, quam prorsus fidem esse nos credere vetat quod habet *Pausanias* in Arcadicis, seu Lib.VIII. p. 483. ubi postquam meminit ruderum Oppidi Arcadii, cui Nonaci nomen erat: Ταῦ οὐ ἐρέμοις, inquit, εἰ πόδες κρηπύες δεινοὶ φύλαξτε χαράπειοι τοῦτον ἀνίκαντα νέφες οἴδε. οὐ μέντος οὐδὲ κρηπύες φύλαξτε δέ Ελλήνως αὐτὸς μέντος Στύγος. Εἴτα δέ τοι Στύγα Ηειόδες πᾶς οὐ Θεογονία ἐπείνεσσι. (Ηειόδες γὰρ οὐ οὐδὲ Θεογονία εἰναις οὐ γομφίσα) πεποιηθεῖσι δειναὶ θραύδα οὐκεῖσθαι συγκατηταὶ τοῦ Στύγου, γυναικαὶ οὐδὲ τοῦ Πάλλαρτος: non procul à ruderibus, est alia montis crepido; non aliud vidi, quæ in tantam altitudinem attollatur; aqua vero secundum præruptam rupem stillat. Vocant Graeci hanc aquam *Stygis*. *Effe autem Hesiodus in Theogonia cecinit;* (neque enim desunt qui Theogoniam opus Hesiodi esse credant) cecinit autem Stygem fuisse Oceanii filiam, & uxorem Pallantis. Hoc fictum quidem est, ut pleraque alia, sed ex verbis Pausaniæ intelligere licet, quare dicat *Hesiodus*:

μάντη δώματα ταῖς
Μακρῆσσι Πέτραισι κατηρέσσι, ἀμφοὶ δὲ πάντη
Κίονι ἀγρυπέοισι τεῖς ἔραστοι ἐστέκται.

* *Biblioth. Univers. Tom. VI.*

Inclitas ædes incolit ingentibus saxis supernè tectas, circumquaque vero columnis argenteis ad cælum firmatae sunt.

Alterum, quod hic animadvertisendum est, ad id pertinet quod Poëta aiunt aquam esse inferorum; quod inde ortum, quod aqua illa lethalis esset, quemadmodum pauld post docet *Pausanias*: Θεάτρον δὲ τὸ μέση πότερον τοῦ ἀριθμοῦ καὶ ἄλλη ζεῦς πάρι: *lethalis est hec aqua & hominibus, & omnibus aliis animalibus.* Alios etiam habet miros effectus aquæ illius omnia perrumpentis, præter ungulam equinam; sed qui forte minus veri sunt. Verum hinc liquet, cur in inferis collocetur, nec dubito quin ea aqua ab antiquissimis Graecis colonis dicta sit *ποτός με στρογγύλης*, hoc est, *aqua silentii*, quod ad regna silentium eos demitteret. Eodem respicere videtur *Hesiodus*, in sequentibus, ubi dicit eum qui per Stygem pejeravit κοῖδει τραύῳδι, *jacere sine voce.*

Tertium observandum aquam hujus fontis fuisse jurijurando consecratam; quod qui potuerit fieri, si lethifera erat, non immoritd querant Leætores. Videtur enim qui jurabat bibisse τὸ γενοῦν τερψίαν allatam aquam ab Iride. Alioqui necesse non erat eam afferri. Crediderim hanc fuisse opinionem eorum temporum, eum qui accusabatur cujuspiam sceleris, cuius reus non erat, potuisse sine noxa eam aquam bibere; addito jurejurando, q̄o innocentiam suam testatam faceret; sin minus, aquam noxiā suam naturam obtinuisse, & homini mortem, aut gravem morbum creasse. Non unus hic fons habitus aptus explorande veritati juri-jurandi. Vide quæ habet *Macrobius* de fonte Palicorum Saturnal. Lib.V. c. 19. *Clericus.*

783. *Μέγαρον ὁρκον*] Hoc est, per quem magnum jusjurandum concipitur. Sic *Homerus* vocat ὁρκα τοὺς agnos qui ad-

hibebantur

hibebantur ad solennius jurandum. I-
liad. v. 245. Clericus.

785. Ο, τὸν πίνακα γεταλέοντος ἀλάτων] Respicit ad id quod ex *Pausania* protulimus, qua de causa etiam *Homerus* * vocat γεταλέοντος Στύγος υδατα, *stlicantem aquam Stygis*. Tauta μὲν διηγένουν, inquit *Pausanias*, ως τὸν ίδιον, τὸν υδατα τῆς Στύγος σάκον: *hac cecinisse, quod videris aquam Stygis stlicantem*. Clericus.

794. Κατὰ τὴν τρύπανην τὸν ίδιον] Hæc poëticè facta & adacta, sed ex vero nata; nimurum, ex noxia Stygiæ aquæ natura. Clericus.

805. Οὐχίον] Græci antiquam interpretantur, quasi ab *Ogyge*, antiquissimo Rege nescio quo. Intelligimus *amaram*, quod apprimè quadrat in exitialem effectum hujus aquæ potæ; ex Phœnicia Lingus, in qua ΙΑΝ agag significavit, ut apud Arabas, *amaram reddidit aquam*. Hinc quoque dicta *amara*, aqua illa jurisjurandi & zelotypiæ, quam, apud Hebræos, bibere jubebatur mulier adulterii suspecta. Vide Num.V. Clericus.

806. Εντα τὸν δρόπους] Hic & tres sequentes versus è superioribus repetiti sunt, post versum enim 734. collocantur. Sed hinc fortasse tollendi. Guictus.

806. Εντα τὸν δρόπους τὸν ίδιον] Hæc sunt τεμπλοῖον poëticæ, quæ nihil ex vero ducunt. Clericus.

808. Πάντας ποτὶ τῷ περιπέτερον τοῖσι] Πάνται hæc videtur *initium* significare, nam solius νόσοι posset dici *fons*, non terræ, tartari, aut coeli. Clericus.

820. Τυφών] De hoc egimus ad v. 307. Describuntur scelerati homines Jordanis accolæ, quorum historiam & excidium Græcis olim narraverant Phœnices; hoc est, mendaces mendacibus augenda atque exornanda tradiderant. Clericus.

822. Οὐ χρήσει τὸν ταντὸν τοῦ ιχθυοῦ ἄγγελον] Vertunt: *cujus manus quidem*

* Iliad. O. v.37. ubi Juno jurat per Stygem.

sunt ob robur occupatae, aut operibus apicæ, quasi ἄγνα idem sit hæc ac ἵππος. Sed quodnam opus memoratur Typhonis, aut Typhœi, seu antequam à Jove vinceretur, seu postquam in Tartara detrusus est? Deinde quid frigidius hac descriptione virium, cujas manus propter robur habent opera? Non potuit hoc ferre Fr. Guictus, qui suspicatur legendum διῆγε ἄκουε, mirabile auditu. Verum tanta mutatione opus non est, cum præsertim non minus frigidum sit, & minus Græcum: *cujus manus sunt in robe*. Cum olim sine notis accentuum & spirituum scriberent Græci orationes, facile potuit efferti & non ac ī, *cujus*, quod si feceris sententia egregia erit: *Nec manus, propter vires, habent quidquam quo impediri queant; & pedes fortis illius Dei sunt indecessi*. Eçymata hæc deducimus ab ἄρρενι, coērceo, probibeo. Hoc unum in hac nostra interpretatione paullò durius videri queat, quodd particula negativa sit paullò remotior à verbo: Sed nec delunt ejus rei exempla, & eam omnino postulare videtur sensus. Clericus.

826. Πῦρ ἀμέριον] *Ignis* hæc vocatur oculorum splendor, ut & in sequente versu, nequis putet Poëtam ignem propriè dictum in oculis hujus monstri collocasse. Superant hæc omnem τεμπλοῖον. Clericus.

836. Θρηνοῦ ἡ ἀδαρένον ἀνάτον] Forte nata est hæc circumstantia ex narratione Phœnicum, qui dictabant inferioris Jordanis accolæ *bellum Deo & hominibus indixisse*, aut utrorumque hostes ac spesores fuisse. Quæ loquitiones perperam intellectæ monstra hæc pepererunt, quasi fuisset terra filius Draco, qui bellum Jovi intulisset. Certe *Lucretius* describens Epicuri dogma de Numine, quod verbo posuit, resustulit, ita de Epicuro loquitur quasi ei bellum intulisset, Lib.I. initio:

D d d

Quæ-

*Quare Religio pedibus subjecta vi-
cissim
Obteritur, nos exæquat victoria cœ-
lo.* Clericus.

838. Σεληνὴς ἑρμῆς] Non male hisce verbis describitur subversio Sodomæ, Gomorras vicinarumque urbium, de qua vide Diss. nostram. *Clericus.*

840. Τάρταρος γάνος] Hoc est, remotissimæ partes terræ, quæ est significatio vocis *tartara*. Vide not. ad v. 119. *Clericus.*

841. Ποσὶ δ' ὁρ' ἀδαράντιον] Parem in his versibus reperias sublimitatem ac in Homericis illis à Longino celebratis, utpote quæ ἀχειρόν π., οὐ μέτα τὸ διαύπειον, οὐ ἀκρον ταῖσιν.

— Τρέψε δ' ὥρια μαρὰ, οὐ ἔπει
Ποσὶν ς' ἀδαράντιον Ποσιδίανος ἄντος.
Eandem sublimitatem Miltonus assequitur,

*Under his burning wheeels
The steadfast Empyrean shook throughb-
out;*

All but the throne itself of God-- Rob.

843. Ιονία πότνιος] Hic intelligendum mare mortuum, seu lacus Asphaltites. *Clericus.*

846. Εζην δὲ χθὼν πᾶν] Vicina, nempe, infimis partibus Jordanis; qua de re vide memoratam Dissertationem. *Clericus.*

858. Τοῦ ἀντροῦ] Αὐξη, nimirum, ut jam diximus, vox est honorifica quæ Reges quidem sonat ut plurimum; sed eximum etiam quidpiam significat, quale erat in suo genere hoc monstrum. *Clericus.*

859. Οὐρανὸς ἡ βίστη] Inter montes Moabitidis & Chananeæ situs est lacus Asphaltites, in profunda valle. *Clericus.*

860. Νίοπι Νέτρα, Βαρών πι οὐ Αργεῖον Ζε-
γεῖον] Hic mirum est fieri duntaxat mentionem trium ventorum, omisso *Eastro*, qui tamen ματαιὸς non potest vocari. Quod cum non concoquerent non-

nulli, legerunt η Αργεῖον, Ζεφύρον, quemadmodum habet in Allegoriis Joannes Diaconus; quod etiam respicit alter Scholastæ, qui memoratis quatuor ventis cardinalibus, ut vocantur, subjicit: Αργεῖον οἱ Απολότες, οἱ Λέγει οἱ Ομηροί Εὔεροι: Subsolanus quem vocat Homerus Eurum. Recta sine dubio esset lectio, si constaret ἀργεῖον uspiciā dici Eurum, cum contrà constet esse occidentalem ventum, qui & Corus vocatur. Plinius Lib. II. H. N. c. 47. *Sunt bini, in quatuor cali partibus; ab oriente æquinoctiali Subsolanus, ab oriente brumali Vulturinus; illum Apelioten, hunc Eurum Graeci appellant. A meridie Aufter, & ab occasu brumali Africus; Noton & Lyba nominant. Ab occasu æquinoctiali Favonius, ab occasu solstitiali Corus; Zephyrum & ARGESTEN vocant.* Præterea eosdem ventos tres commemo- rat v. 379. ubi ἀργεῖον est etiam epitheton Zephyri, quemadmodum hic ex vulga- ta lectione. Crediderim hanc omissionem esse negligentias tribuendam; nam non ignorabat Hesiodus esse Orienta- lem ventum.

Idem Plinius paullò antea: *Veteres quatuor omnino servavere, per totidem mundi partes (ideo nec Homerus plures nominal) bebeti ut vox judicatum est ratione. Vide Homerum Odyss. E. v. 295. Hesiodus autem Homero in ejus- cemodi rebus nequaquam inferior erat, ut satis liquet ex Operibus & Diebus. Obiter notandum Hesiode ζεύον vocem ἀργεῖον nondum fuisse nomen venti, qui à Zepbyro distingueretur; cum conjun- gatur ea vox cum Zepbyro, quasi epi- theton, quo significetur ejus celeritas, aut simile quidpiam.* *Clericus.*

871. Άλλαι μετ' αὐτοῖς] Ματαιῶρι scri-
bo. Hesych. ματαιῶρι, μάταιοι αὐτοῖς, ἀχε-
ον πάνται. vulgo scriptum ἀμποι pro αὐτοῖς.
ex ἀτ fit μετ' retrō, in castum. Sic ex
ἀκτοῖς, ματαιοῖς, μετέποχοι, τύδων. *Gnictus.*

884. Διαδίσκωπο πυροί] Hoc est, mu-
nera

nera illis divisit, sed posteritas eos homines intellexit de iis, quibus singula Numinia praesette postea credita sunt. *Clericus.*

885. Αλλογερ Σίνη Μύμ] Clarum est hic allegoricum esse matrimonium, quod Regi conjunctius nihil esse debeat quam prudentia. *Clericus.*

885. Per hanc Allegoriam significat Poëta, conjunctissimam esse Divinæ Naturæ sapientiam. Similis figura in libro, qui nuncupatur *Sapientia Solomonis*, pulcherrime usurpatur. Cap. 8.

Ταύτην (sc. τὴν οὐρανὸν) ἴψιλον, καὶ ἡ θεῖαν
ἐκ νέων τοῦ.

Καὶ Κύπρον τύμπανον ἀγαγόντες ἤμουτον.
Sapientiam amavi, & exquisivi ab
adolescentia mea,
Et eam pro sponsa expetivi mibi.

Rob.

887. Αστύν] Deam disciplinarum & fortitudinis merito Prudentiae filiam facit Poëta; cum absque hac nulla sit vera fortitudo, nec eruditio. Ceterum Astyn est, Phœniciâ lingua, ΑΣΤΥΝ ethana, hoc est, fortis, ut ab aliis jam animadversum. *Clericus.*

894. Τευχάνεων] Sic dicitur Minerva quasi genita à capite Jovis, nam si scribamus Phœniciis litteris תְּרִיחַתְּרִיחַ בָּבֶל, intelligemus deducendam vocem אֲשֶׁר רֵיחַ, quod, pro mutatione solenni תְּ וְ שׁ, idem esse potuit ac שׁ rescb, Chaldaicē & Syriacē caput. Ejus antiquæ vocis significatio remanserat etiamnum apud Athamanas. *Hesychius*: Τευχός, Νίκαιαρος ὁ Κολοφῶνος πόλις τοῦ Καραβίου ζελεῖς Αθημάρας. Apud Cretenses, idem hac voce significatum esse auctor est *Eustathius* in Illiad. Δ. Ed. Rom. p. 504. Hanc quidem circumstantiam Palladis natalium hic non tradit *Hesiodus*, sed summo consensu reliqui omnes Mythologi & Poëtæ habent. Facile est intellectu cur sapientissima Dea & Artium Praefecta à cerebro, vel capite Jovis nata putetur, cum caput existimetur esse se-

des animi. Aliæ vocis Etymologiae non sunt flocci faciende, si cum hac conferantur. *Tetraphæmer* verterant Romani veteres *Capitam*. Ovidius sub finem Lib. III. Fastrorum:

*Parva licet videoas Capitæ delubra
Minervæ,
Quæ Dea natali cæpit habere suo.
Nominis in dubio causa est, capitale
vocabus
Ingenium sollers; ingeniosa Dea
est.*

*An quia de capitib[us] fertur, sine ma-
tre, paterni
Vertice, cum clypeo profiliuisse
suo?* *Clericus.*

898. Εἰν τυγχάνετο τοῦδε] Hoc est, prudentiam perpetuò sibi adesse consiliariam voluit, nec umquam eam dimisit. *Clericus.*

899. Ήν δὲ οἱ φάσαντες θεὰ ἡγεμόνη τε της
χώρας] *Bonum* & *malum* omnia significant, apud Homerum, & in Hebraico etiam sermone. Vide not. ad Genes. III, 5. *Clericus.*

900. Θίγην] Dea hæc est Praeses Justitiae, quæ non minùs ac Prudentia Regibus necessaria est. Si scripseris Phœniciis litteris תְּמִימָה, illico liquebit esse vocem Phœniciam, à θεῷ integer, probus, ita ut nomen Themidis integratem sonet. *Clericus.*

Ibid. Η πίκρη Ωρα] *Hora* est ab Hebraica voce תְּמִימָה, or, quæ lucem sonat-proprietate, & tralatitio significatu cognitionem, quæ in Rege una cum integritate conjuncta esse debet. Posset huc forte trahi conjunctio *Urim* & *Thummim*, in Pont. Maximo Hebræorum. Affinitas Horarum harumce cum Dea Justitiae significatur earum nominibus Εὐρούν, Δίκη & Εἰρήνη, quæ sunt Justitiae consecaria, & veræ eruditionis comites. *Clericus.*

903. Μοίραι Στῆς μείστη πημάν πόρε ματό-
τη Ζεύς.] Quamvis affinitas sit inter Justitiam & monitus harum Dearum; non
D d 2 est

est credibile hos versus esse Hesiodi, cùm alios parentes Parcis tribuerit ante v. 215. Homo ineptus, qui supplere conatus est quod non deerat Hesiodo sed deesse putabat, hos de Parcis versus adsuit, & fortasse plures. Clericus.

9c 3. Μοίρας §] Eadem, quæ Clerico, fuit sententia Doctiss. Thomæ Gale in notis ad Apollodorum p. 6. Sed utrumque ut opinor, fraudem fecit prava Hesiodi interpretatio. Non enim in hoc loco assentit poëta Themin peperisse *Parcas*, quæ suprà *Noctis* esse filiæ dicuntur, sed Themin peperisse *Horas*, quæ venustatem operibus hominum, *Parcisque* conciliant. Accusativus casus Moīras, ut Grammatici loquuntur, proximum verbum τὸν ὄγαντον, non τὴν τικῆν sequitur; & sententia sic exposita sensum exhibet verissimum, viz. *Bonæ leges, iustitia, & pax humanam sortem pulchram, & felicem reddunt.* Rob.

917. Λατὼν δὲ Ἀπελλάρα] De nomine Latonæ, egimus ad v. 406. Nunc dicendum quare ejus filius vocaretur Φωτός οὐ Απόλλων, nam paßim ita appellatur ab Homero, quasi Apollo sit cognomen. Si autem scribas Hebraicè: פְּנַבְּהָבָאֵלִין phe-bo bapollon, Lingua Hebraicæ peritus statim interpretabitur os in eomirum, quod apprimè convenit Deo fatidico. Vide dicta de Phœbe, ad v. 404.

Ibidem. Καὶ Ἀρπαχιοχέαρα] Phoenicio charactere ḥarrathim bartbemi, significat, mons admiratio mea, ab ḥar, mons & ḥarrath thamah, admiratus est. Diana, nimirum, venatrix montibus maximè delectabatur. Antiquissimus hymnus in Dianam, qui Homero tribuitur, sic eam describit:

Η γετ' ἔρη συβιτη, καὶ ἀκειας ἴνημόνας
Αλγη περιφθή παγχένοντα τέχνη πτώση.
Ωντεια per montes umbrosos δι' promunitoria ventosa, venatione oblectata totum
anreum arcum tendit. Sic ipsa, apud Callimachum in Hymno, qui ipsi in-

* Dider. Scripta Biblioth. Lib. I. p. 24.

scriptus est, loquitur, v. 19.

— απερὶ τὸν ἄττα Αρπαχιοχέαραν τοῦτον,
Οὐπεν εἰδών.

Raro Diana in urbem ibit, in montibus habebit. Vide ejusdem Hymni vsl. 3 & 18. Apud Lucianum, in Dialogis Deorum, p. 212. T. I. dicitur ὅπου μοντανα; & p. 217. T. I. Amor negat se posse vulnerate Dianam φεύγειν αἱ τὰς
Ἄστρας, fugientem semper per montes. Talia innumerā possent proferri.

Observandum h̄ic & alibi clarè distinguui Apollinem & Dianam à Sole & Luna, qui v. 371. dicuntur Hyperione & Thia nati. Attamen constat postea Apollinem quidem & Solem unum Numen creditum fuisse, Lunam verò ac Dianam alterum; quod idē factum putto, quia Apollinis quidem animum, post mortem, in Solem ivisse, ut æternæ illi flamma præcesset, dicebant antiquissimi Poëtæ; Dianæ verò mentem Lunam infedisce. Genus hoc fuit adulatio[n]is, quo vetustissimi Græci prosequuti sunt liberos Jovis. Sic & Egyptii Isidi adulati erant, cùm columnæ, sepulcro Isidis impositæ, cùm alia, tum etiam hæc inscripsissent: * Εγώ εἰμι ἡ λύτρον τῷ Κανδαλεῖναι: Ego sum, quæ in Canis sidere exorior. Indidem factum ut stellis omnibus imposuerint nomina illustrium virorum & foeminarum; qua de re agit Hyginus, In Lib. II. Poëtici Astronomici, de signorum celestium Historiis. Clericus.

920. Λαιδετάνη δὲ Ἡρα Σελήνη πείστη ἀστρη] Attamen hæc sola legitima uxor habita, ceteræ omnes pellices. Dicitur, apud Lucianum, Jovis ἡ γάμη γενit̄ legitima conjux, in Dialogis Deorum p. 192. Tom. I. & Jovi εὐθανάδην, p. 213. Clericus.

921. Ήεν] Hæc Dea fuit juventutis præses, quam nomen traxisse liquet ex Hebraica voce נָבָּה eb, viror, qui juventutis est Symbolum; quod plantæ tum

vigeant maximè, cùm maximè virent. Hinc apud Poëtas, passim *viridis juvenus* dicitur, inquit & senectus cùm contingit eam juventuti esse similem. *Vergilius Aeneid. V. 295.*

Euryalus formâ insignis VIRIDIQUE juventâ.

Idem Lib. VI, 304. de Charonte :

Jam senior, sed cruda Deo VIRIDIQUE senectus.

*Ibidem. Apna.] Notissimum est Martis sedes haberi montes Thraciae, quos aut filius Jovis, Thestaliæ Regis, aut ex ejus posteris quispiam infedit, unde dictus est *הַר בָּרִי* bari, hoc est, *bomo monsanus*, nam, ut diximus, *הַר* est *mons*, ὄρη. Cùm autem ex bello & latrociniis viveret, creditus est post mortem praefesse bello, cui tam sèpè vivus interfuerat. Elegans est descriptio palatii Martis, apud *Statuum* Lib. VII. Thebaidos, ubi de Mercurio ad illum missio, cujus descriptionis hoc est initium :*

*Hic steriles delubra notat Mavortia sylvas,
Horrescitque tuens, ubi mille furoribus illi
Cingitur adverso domus immansueta sub Amo :*

qui, ut notum, mons est Thraciae. Hinc à Thracibus Mars impensè cultus. *Herodotus* Lib. V. c. 7. Οὐαὶ τὸν σύντονον μάνες τέσσι, Απα, καὶ Διόνυσον, καὶ Αργεύν; *Deos bos Solos colunt, Martem, Liberum, Dianam.* Ac sane mores eorum cum ejusmodi Religione consentiebant. Idem Scriptor paullò ante de moribus Thracum: ἀργὸν οὐαὶ γέλασον, γῆς τὸν ιεράτην ἀπομόνων τὸ λύκον πολέμαν καὶ λαϊστον γέλασον: *ostiosum esse boneftissimum, agricolam vero contemtissimum. E bello atque rapto vivere pulcherrimum.* Clericus.

*Ibidem. Evidens] Vox הַלִּירְיא belidia aliunde non potest deduci quam ab הַלִּיר belid, hoc est, fecit parere; sic enim formari potest *Hipbil* in verbo לִרְיָה.*

* Tom. I. p. 213. in *Dial. Junonis & Latona.*

*jalad peperit, æquè ac in aliis verbis ejusdem formæ. Quam hoc autem nomen benè conveniat Deæ partui præfidi nemo non videt. Observatu dignum est distingui hoc Numen à Diana, cùm ab *Hesiodo*, tum à Scriptore antiquissimo *Hymni in Apollinem*, qui *Homero* tribui solet, narrat enim primum *Eileithyiam* nescivisse Latonam parturire, deinde ait advocatam è cœlo fuisse, & partum Latonæ venientem accelerasse. Sic habet v. 97.*

Μέν δὲ ἐπίπου μογοσόκος Εἰλεῖδης.

*Sola nescierat partus laborem levans
Εἰλεῖθυα.*

Postea v. 15.

Βέτ' δὲ Δίαι τούτη μογοσόκος Εἰλεῖδης

Τὰ τότε δὲ τόκος εἴλε, μερούντες δὲ τα-
χλάδα.

*Ubi in Delo incessit partus dolores le-
vans Eileithyia, tunc illam partus cepit,
& parata erat parere. Quā ergo factum
ut Diana cum hoc Numine misceretur
& partibus etiam præficeretur? Qui po-
tuit credi ταῦτα μικροὺς παρθένοις ήσαν,
ut utar verbis Junonis apud *Lucianum?
Nitirum, credebat Luna Numen præ-
esse partui, quod præsit mensibus, intra
quorum certum numerum foetus in lu-
cem eduntur; cumque eo Numine mis-
cebant Dianam, quæ, eo pacto, quam-
quam virgo, obstetricis munere fungi
statuebatur. Aliam rationem commini-
scitur *Callimachus*, *Hymno in Dianam*
v. 20. & seqq. ubi sic Dea loquitur:*

—— Πέλλους δὲ δημητρίους ἀνδράν
Μένος ἔτ' ἔξεισιν ταῦτα μετέπειτα γυναικίς
Τηνεύρηντας γελάντος βουλῶν δέοι με μούρας
Γενομένην τοπεῖστον ἐπελίγονδε ἀρίγειν.
Οὐδὲ με καὶ πίκτυσα, καὶ ἐκ πληγῶν σέργει
Μίτρη.

*Urbibus vero admiscebatur hominum, tam-
tum cum acutis pariendi doloribus mu-
tieres oppresse vocarint me opitulatri-
cens; quibus me Parcae, ut primum
nata sum, sortem adsignarunt opem fe-*

rendi;

rendi; quoniam & cum me pareret, & cum me ferret non doluit mater. Sed commentum hoc est *Callimachi*, qui cre-didit indignum Dea esse dolere, instar mulierum; non sententia antiquissimo-rum Græcorum, qui Diis incommoda, imd & vitia humanæ naturæ tribuere solent. Philosophi postea, cùm non possent hæc concoquere, ad allegorias conversi sunt; & Poëti recentioribus corrumpendæ veteris Historiæ, dum *διονύσιοις* volunt loqui, occasionem præbuerunt. At qui me audiet is antiquissi-mam Græciæ famam esse credet, quæ humana Diis tribuuntur, quodd ejusmodi rerum fingendarum nulla ratio fuerit, si aliter sensissent Græci. Imd verò periculosisimum fuissest *διονύσιον* de Deo sentientibus talia obtrudere. Contrà verò & Philosophi & recentiores Poëtæ graves rationes habuerunt, cur humana incomoda & vitia Diis detraherent; nec sine Religionis specie, adprobationeque audientium turpes de Diis historias mutare aggrediebantur, quod non semel facit in hisce Hymnis *Callimachus*, & præsertim quidem Hymno in Jovem. Sed ne conjecturis agere videamur, en locum ex Hymno Homericō in Apollinem, in quo contraria affirmantur v. 91.

Αὐτὸς δὲ ἵριν μάρπε τῷ ἡγεμόνῳ τοῖς τύραννοῖς οὐδὲν τί πέπτεται.

Latona novem diebus & novem nocti-bus incredibilibus doloribus torquebatur. Dabimus etiam auctorem gravissimum sententia de Luna partuum præside. Is est *Cicero de Nat. Deorum Lib. II. c. 207.* *Dianam*, inquit, & *Lunam* eadem esse putant; cum — *Luna à lu-cendo nominata sit, eadem est enim Lu-cina.* Itaque ut apud Græcos *Dianam* eamque *Luciferam*: sic apud nostros, *Junonem Lucinam* in pariendo invocant: — *Adhibetur autem ad partus, quod ii maturescunt aut septem nonnum-quam, aut plerumque novem Lunæ cur-*

sibus; qui quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur. Clericus.

926. *Εὐ φύλητη μητέρα]* Legendum è φύλητη μητέρᾳ, nam quemadmodum Ju-piter solus genuisse dicitur Minervam: sis & Juno *ζεύδην* ἡ μητέρη τῆς παρούσης, intendit vires, & contendit cum suo mar-rito, genuisque sola & peperit Vulca-num. Sic quoque legit Scholiares, qui habet: *ὣς δὲ Ήφαιστος εἰ μήνης Ηφαιστίης, hic (Hesiodus) ex sola Ζευνώνη Vulcanum inducit; οὐ δὲ Ομηρός εἰ Δίδης ἡ Ήφαιστίη, Ηφαιστεύς vero ex Ζεύσῃ & Ζευνώνῃ.* Ex *Hesiodi* sententia, adoptavit Juno celeber-rimum fabrum, qui vocabatur *Ηφαιστός*, Phoeniciis litteris *ΧΡΩΝΕΣ* epheschto, hoc est, qui coquit in igne, nimirum, metalla; nam *ΧΡΩΝ* est coxit, & *ΧΡΩΣ* *ignis*, unde Græcè *īsa, focus*. Sic legit hunc locum *Hesiodi Līl. Gyraldus*, o-stenditque olim ita lectum. Clericus.

930. *Τείνω σφύλινος γέντος μήτερ]* No-men *Τείνων* deduxerim à *τείνειν* *rebet*, timor, aut à *τείνειν* *restat*, Chaldaice tre-muit & Arabicè, *tumultum excitavit, clamorem edidit*. Nomen non malè convenit Deo cui tribuitur

Buccina, qua, medio concepit ue-aera ponto,
Littora voce replet sub utroque ja-centia Phœbo.

Quæ verba sunt Ovidii, Metam. I. Cle-ricus.

936. *Αρρούν δὲ ἦν Κάδμος θείσημος δέτι ἀστιντρ]* Ingeniosè *Sam. Bochartus Chanaanis Lib. I. c. 19.* nomen *Cadmi* conjicit significare ejus patriam; erat, nimirum, *Κράτμονι*, ex iis *Cad-moneis* de quibus Moses Gen. XV, 19. *Harmoniam* verò dictam ex monte Her-mone, quæ pars fuit Antilibani, ad or-tum fontium Jordanis. Clericus.

937. *Ἄτλαντος Μαία τίκον κύδημαν Ερμῆν]* Primum, hic animadvertendum *Maiam*, quæ fuit una Pleiadum, dici filiam At-lantis altissimi montis, qui coelum ipsum ferre dicebatur; ob nexus, scilicet, & vici-

viciniam. Deinde Pleias hæc dicitur Maia, hoc est, Μαῖα sive aquosa, nam Μαῖα aquæ dicuntur, à veteri singulari, Μαῖa aqua. Aquosa autem nomen optimè convenit nobilissimæ Pleiadum, quandoquidem Pleiades passim imbriseras, madidae & aquosæ dicuntur à Poëtis; quod iis, initio veris, orientibus, pluvium soleat esse cœlum. Vide collecta hanc in rem à Nicol. Loxio in Lex. Historico. Filius hujus Pleiadis dictus est Ερμῆς, hoc est, Ηερμῆς herma, quod à Radice Ήερμός, baram, caliditate usus fuit. Quo nomine egregiè describitur indoles Dei furum, & fraudium. Quam in rem legendus Hymnus in Mercurium, ex quo pauculos dumtaxat versus, quibus describitur ejus ingenium, proferemus; ubi ita de Maia, v. 13 & seqq.

Kαὶ τὸν ἐγένετο πῦρα γούνιποτον, αἰμα-
λοκίτην,
Λαϊστήρ, ἐλατῆρα βοῶν, μύκητος ὀγκίπων,
Νυκτὸς ὄπωντηρα, οὐ τὰ ἔχεις.

Tunc peperit filium vaprum & blandi-
loquum, prædonem, abactorem boum,
ducem somniorum, noctis spectatorem
&c. Hæc epitheta Mercurii, historiæ
ejus fraudum, quam multis prosequitur,
in sequentibus confirmat Poëta. Cleri-
cus.

939. Καθμοῖν δ' ἄρει οἱ Σεμίλη τέκο φαῖδι-
μον υἱον] Quoniam hic est primus, qui
ab Hesiodo ex Deo & mortali muliere
genitus dicitur, inquirendum est hoc in
loco in rationes, ob quas ab antiquissi-
mis Græcis nonnulli filii Deorum credi-
ti & dicti sint, quos non diffitebantur
ex mulieribus natos; quales fuere Bac-
chus & Hercules Thebani, aliisque innu-
meri. Sed antea animadvertisendum est
horum generationem narrari, post Deo-
rum omnium natales ex Deabus; unde
intelligere est mulierum hosce liberos
esse natos iis temporibus, quibus jam
primi Græciæ coloni Dii habebantur, &
colebantur, nec tamen planè memoria

obsoleverat, quæ & ipsos homines fuisse
constabat. Memorantur enim hi novi
Dii, ex aliis coelo jam receptis, nati;
quorum tamen parentes numquam cum
mortalibus concubuisse dicti escent, nisi
crediti fuissent & ipsi mortales fuisse.

Quod cum ita sit, triplici de causa
homines potuere Deorum filii dici &
credi. Prima est perita ex antiquissimo
rum Græcorum dialecto, in qua à Diis
nati atque educati dicebantur quicum-
que aliqua in re Diis similes esse judica-
bantur. Reges, qui imperare videban-
tur hominibus, ut Jupiter Diis & Regi-
bus, propterea vulgo dici solebant Διο-
γεῖος & Διοτιμῆς, & Jove geniti & edu-
cati, ut ex innumeris Homeris locis li-
quet. Sic loquitur Poëta Iliad. B. v.
196.

Θυμὸς γ' μίξας δὲ διογένειος βασιλεὺς·
Τιμὴ δὲ τὸν Δίας δοῦλον γένεται Ζεύς.
Ira est magna à Jove nutriti Regis.
Honor autem à Jove est, & illum (Re-
gem) amat consiliarius Jupiter. Ad
quem locum, sic habet Eustathius: Βρα-
χιάλωντες δέ περ διογένειος καὶ διογένειος τὸν βασιλεὺς
λέγει, εἴχε δὲ τὸν Δίας τὸ φίον ἐλευθ., ἀλλ' οὐτὸν λέ-
γειν αὐτὸν οὐ πού: ostendit cur Reges di-
cat à Jove natos & educatos, non quia
ex Jove genus ducunt, sed quia ex illo
est iis honor. Callimachus Hymno in
Jovem v. 76. & seqq.

Αὐτίκα χαλκίας μὲν υδείμενος Ηφαίστεο,
Τευχοτός δὲ Αρηός, ἐπακτῆμες τὸ Χιτώνες
Αρτίμεδες, Φοῖβος γ' Λύρης τὸν εἰδότας οῖμος.
Εκ δὲ Δίας βασιλίους ἔπειται Δίας εἰδένεις ἀράζειος
Θεοπεγρ.

Primum quidem fabros canimus esse Vul-
cani, Milites deinde Martis, Venatores
vero Cbitones Diana, & Pbæbi qui ly-
ræ probe sciant modos. At ex Jove sunt
Reges, quandoquidem Regibus nibil di-
vinus est quam Jupiter.

Quæ verba nos admonent secundæ ra-
tionis, ob quam mortales immortalium
filii dici potuerunt. Nimirum, in Lin-
gua Phœnicia, pater artificum dicitur is
qui

qui eorum artificium primus invenit, & magister discipulorum. Vide Genes. IV, 21. ubi *pater* artificum dicitur qui primus eos artem docuit. Sic & Propheta dicitur *pater* discipulorum suorum, 1. Sam. X, 12. & discipuli *eius filii*, 2 Reg. II, 3. IV, 38. Sic Aesculapius & Orpheus dicti sunt Apollinis filii, quod ab eo Medicinam didicerint. Hinc etiam *Dæ filii*, dicti, qui Dei virtutes imitabantur, ut liquet ex Gen. VI, 2.

Tertiò filios Deorum dixerunt eos qui ex Sacerdotibus, vel aliis fraudulentis hominibus, nati erant; ut honori puerorum, quæ ab iis ludificatae fuerant, consuleretur. Cum, nempe, in lucis Diis illis sacris gravidæ factæ essent, aut compresæ à Sacerdotibus induitis eo ornata, quo statuæ Deorum indui solebant; non sine quadam specie veri, apud rudes populos, poterant dicere se ex Diis gravidas esse; rumoremque ejusmodi occulè adjuvantibus Sacerdotibus, res tandem credulis pro comperta habetur, præsertim si nati ex furtivo concubitu postea rebus gestis aut inventis famam sibi parerent. Apud Ovidium Metam. III. Juno sub persona Beroës nutricis Semeles, ita hanc alloquens inducitur

Optem
*Jupiter ut sit, ait: metuo tamen
omnia, mulii*

*NOMINE Divorum ibalamos in-
iere pudicos.*

Hinc videmus, ex fabula Penthei, non facile creditum Bacchum illum Thebanum esse filium Jovis. Si haec sapientia, & alibi facta sunt, ut credibile est, præsertim rudiori ævo, non est cur miremur tot Deorum filios in antiquissima Græcia Historia occurtere. Clericus.

Ibidem. Σεμίλια] Phœnicium nomen forte fuit Σεμίλια ισμελαβ, quod virginem viro maturam apud Thalmudicos sonat. Solent Phœnices ortum cuiuspiam ab alio hisce verbis exprimere: ον ΜΙΡΚΟ jatsa mijerecho, egressus est ex ejus fe-

more, ut liquet ex Genes. XLVI, 26. Hinc nata fabula de Baccho Thebano è femore Jovis nato. Ceteræ circumstantiae conflictæ sunt à Græculis, ut rationem redderent loquutionis quam non intelligebant. Clericus.

940. Διδρυον πάνυπτα] Bacchum multò antiquiore fuisse Cadmo, nec alia de causa Thebanum creditum, quæ quia conditores Thebarum ejus cultum ex Oriente attulerant multis ostendit Sam. Bochartus Chanaan. Lib. I. c. 18. Existimat ille Nimrodum fuisse qui Chaldaicæ dicebatur בְּרַכְוּשָׁב ber-chousch, hoc est, *filius Chousi*, filii Chanannis, qui nepos fuit Noachi ex Cham. Quæ felix est conjectura; at coacta est, nec ullo modo toleranda ea, quæ vult Διδρυον dictum, ex inscriptione altaris a Moze, quod dictum fuit נֶסֶת יְהוָה נִסְתָּחֵב nisi. Quasi Tyrii, Ægyptii aut alii populi, ex ejusmodi re nomen fecerint antiquiori multò Mose Numini! Debuit vir summus scribere Chaldaicis litteris hoc nomen δένις, deinde querere quid Dionis, Linguâ Chaldaica, significare queat; & invenisset hanc vocem significare eum qui vi imperat, nam δένις est qui & δένιον ones, vi imperans, ab Radice δένης, coegerit. Quod egrediè convenit Nimrodo, qui primus Tyrannus fuisse censeretur. Postea Græci perperam crediderint Διδρυον dictum ex Genitivo Διὸς Jovis, & Nove urbe Arabiæ, in qua fuerit educatus. Clericus.

942. Αλκαλιν δ' ἀπ' ἄπτε βίνη Ηερκαλεῖν] Hoc est, Herculem, de quo in singulari Disſ. in qua ostendemus Herculem Thebanum, nec unum, nec antiquissimum fuisse eorum qui Hercules dicti sunt. Clericus.

944. Αγλαῖν δ' Ηερασ &c.] Dignum est notatu Vulcano dari uxorem primogenitam Gratiarum non Venerem; nam ceteri omnes Poëtæ Vulcani Venerem uxorem tribuunt. Clericus.

946. Διδρυος ξανθη Λειδαδην] Forte uxor

uxor fuit Bacchi, eo modo quo Paulina Mundi; hoc est, Sacerdotis cuiuspiam Bacchi. *Clericus.*

949. Ήενν Λ' &c.] Fortè fingunt Deam juventutis collocatam Herculi, quod, cùm unum hominem fuisse crederent, nec intelligerent quā vita unius hominis sufficere posset; ad eas res gerendas, quas gessit, æternam juventutem ei datam à Diis putarent. Cujus rei vestigium certe est in v. 954. quamvis dicatur de Hercule in Deorum numerum jam relato. Nam erant & alii Dii semper juvenes, ut Apollo, Bacchus, Mercurius &c. *Clericus.*

966. Οακη δι θυτοῖς παρ' ἄρδρασιν τύπον
διδοῦσιν Αδάναν γείραντο θεοῖς οὐπόκελα τέκνα] Vidimus quare nonnulli dicti sint Deorum filii, sed omnes rationes, quas attulimus, huc pertinere non possunt; attamen Dearum filii potuerū dīci, qui similis videbantur Deabus. Sic formosissimis vocati fortè sunt filii Veneris, ut Aeneas, aliquis quorum mater ignorabatur, & forma eximia erat. Sed & fortè Deorum Antistititiae, aliæque quæ clanculum pariebant, liberos suos tribuebant Deabus, quæ præsidebant lucis, in quibus infantes expositi inveniebantur; nec amasii, ut consulerent earum honori, contradicebant; præter quād quodd honorificum videbatur concubuisse cum Dea; qua de causa infantes tollebant, quos se ex Deabus suscepisse jactabant. *Clericus.*

968. Δημότης μὲν Πλάτων ήέραν] Partus hīc est metaphoricus, quo significatur ex copiosis segetibus nasci divitias. Plutus persona est Poëtica, de qua vide *Lucianum* in Timone. *Clericus.*

974. Αρμότης μὲν Πλάτων ήέραν] De hac diximus, ad v. 934. Cùm esset formosa & strenua, & ignorarentur ejus parentes, Marti & Veneri tributa est. *Clericus.*

979. Κέρη δ' οὐκαντα, τούτη τὸ ιέναι] Hec omnino addita videntur ab imperita manus, quia res jam dicta est supra v. 287. & seqq. hoc verò in loco est planè alie-

na. Nam hīc sermo est de iis quos viri mortales suscepérunt ex Deabus, oportetque Chrysaorem virum mortalem haberi, quod contrarium est iis quæ ante, loco memorato, dixit *Hesiodus*. *Clericus.*

983. Τιθώρ δ' Ηὸς τίκη Μέμφιστα &c.] Crediderim *Memnonem* & *Hemathionem* ab antiquissimis Græcis dictos fuisse, Phœnicissimo noto, *Aurora filios*, quod essent *Orientalium* regionum incolæ collati cum Græcis. Certè superior *Ægyptus*, aut *Æthiopia*, cujus Rex fuisse dicitur *Memnon*, collata Græcia ad orientem solem spectat. *Hemathionis* nomen alludit ad appellationem Syriacam ᷙΜῆνης *bbemash*, quomodo vocabatur Syria urbs, ad quam pertingebant Septentrionales fines Terræ Promissæ. *Clericus.*

986. Ιερίμων Φαίδωντα] Alius fuit Solis & Clymenes filius, cujus fatum descripsit *Ovidius Metamorph.* Lib. II. *Clericus.*

988. Πάϊλ' ἀπελὰ φεύγοντα] Puerum puerilia sapientem. Scribendum videtur ἀπελά, ab ἀπελός, ἀπελόπορος. *Gniecius.*

1012. Αγειον δὲ Λαῖνον] Latinum *Hyginus Fab. cxxvii.* Circes & Telemachi filium prodidit. *Dionysius* vero Halicarnasseus, ex veteri Italorum fama, narrat Lib. I. p. 34. Herculem suscepisse Λαῖνον ἐν τῷ *Ιαπωνίῳ* νησὶ, *Latinum ex quadam septentrionali puerilla*, eamque postea nuptum dedisse Fauno Aboriginum Regi, quo factum ut plerique Latinum hujus putarint filium, non Herculis. Hinc *Virgilius* Lib. VII. *Aeneid.* v. 45.

— *Rex arva Latinus & urbes
Jam senior longa placidas in pace
regebat,*
*Hunc Fauno & Nympba genitum
Laurente Maricā
Accipimus. Fauno Picus pater, if-
que parentem*

Eee

Tc,

*Te, Saturne, respert, tu sanguinis
ultimus auctor.*

Sed veluti sui oblitus Lib. XII. v. 164. *Solem avum ejus vocat, quasi fuisset filius Circes solis filia; ad quem locum ita Servias: Latinus secundum Hesiodum in aënario (imo θεοντι) Ulyssis & Circes filius fuit, quem multi Maricam dicunt; secundum quem, nunc dicit, Solis avi specimen, Nam Circe Solis est filia. Sanè sciendum Virgiliū in varietate Historie sua dicta variare.*

Pro Ayeor libenter legerim Adpor, propter Adriaticum pelagus. Mos enim est Veterum à priscis heroibus deducere nomina regionum, ut vel ex Latini nomi-

ne liquet, à quo volunt dictum Latium. Certe in MSS. Codd. exiguum est dis- crimen inter Γ & Δ, si balis n̄ Δ deleta sit, aut fugiat oculos. Ceterum dicit *Hesiodus Agriū & Latinū procul à recessibus sacrarum Insularum imperare Tyrrenis; quia in continentī imperabant accolis utriusque Maris, non in Insula Ae, quæ sedes fuit matris Circes, eique sacra. Clericus.*

1015. *Nauōoor & Nauōoor* vocat filios Ulyssis ex Calypso Nympha, quia Ulysses *animum* habebat in *nave celere*, cùm esset apud Calypsonem, hoc est, vehementer optabat habere nave quā rediret. Vide Odyss. E. v. 219. & seqq. *Clericas.*

VARIORUM NOTÆ

I N

SCUTUM HERCULIS.

V. i. **H** [οὐ] Scribendum omnino vi- detur h̄in. Matutina Alcme- na. *Gnictus.*

i. H [οὐ] Hæc est, ut quidem videtur, comparisonis, cuius *εἰστοις*, cum initio Poëmatis, perit. Cùm ergo antecessisset τὸν μὲν, *qualis quidem* &c. crediderim sequutum Tίndi, *talis* &c. ut in hoc Homericō versu Iliad. Z. 146.

Οἵης πύλαν γένεται τῷ ἀρδπάν.
Qualis foliorum soboles, talis ἡ boni- num. Vide & v. 9. Fortasse cum Dea quapiam conferebatur Alcmena, ut apud *Homēram* Odyss. Z. 102. Nausicaa, ubi comparatio incipit à vocibus, οὐ μὲν. Quam hisce expressit *Virgilius*, *Aeneid.* I. 502. & seqq.

*QUALIS in Eurotae ripis, aut per
juga Cynthi*

Exercet Diana choros &c.

*TALIS erat Dido, talem se leta
ferebat*

Per medios &c. *Clericus.*

i. H [οὐ] Quin poëma hoc, quod *Αὖτε Ηρελάος* nuncupatur, majoris poëmatis fragmentum sit, nulli dubitant. Aliquis videtur pars esse istius poëmatis, quod *Μεγάλης Ήρωι*, sive *Γυμναῖον Καπίλην* inscribitur, cui à crebra repetitione vocum η οὐ, cuiusque foeminæ Encomio præfixarum, istum titulum adnexum credunt; cumque eadem voces in hoc etiam poëmate sint primæ, illud existimat *Μεγάλος Ήρωι* istam esse par- tem

tem in qua Alcmenæ laudes celebrantur. Conjectura sane probabilis — cui tamen objici potest, quod absurdum videatur in poëmate foeminarum laudibus dedicato Alcmenæ Encomium paucissimis versibus concludere, deinde vero Herculis res gestas, ejusque clypei strukturam quadringentis carminibus celebrare; præterea quod absconum esset & inelegans post tam longam digressionem poëmatis subjectum ex improviso resumere, & alterius foeminae Encomium vocibus à oī inchoare. His rationibus inductus crediderim *Aeneam* fragmentum esse poëmatis *Femaloxias* Herculea sive Heroyia nuncupati, quod inter Hesiodi poëmata ab antiquis scriptoribus recensetur, in quo cùm Herculem Alcmenæ natum poëta indicasset, sic forsitan progressus est.

H oī περιπτώσις δύναται καὶ παρέδωλη γάμοι.
Non ἡ οἰνος, aut γνωτίς, ut vulgo, sed ἡ οῖνος,
illa sola. Hanc tamen opinionem meam nolui obtrudere, ideoque antiquum textum lectori exhibui. Rob.

5. Εἰδοῦ περιπτώσις τοι] Haud aliter Xenophon in Kύρῳ πανθήναις lib. 8. à corporis proceritate laudat Pantheam, foeminae elegantissimam. Διλόγυρος ἢ ἵππανδη περιπτώσις μὲν μεγάλη, ἔπειτα Νοτος ή τῆς ἐρήμης &c. Ad quem locum vide quæ adnotavit Clar. Hutchinsons. Quibus adjicias & illud Theocriti de Helenâ, Idyl. 18.

Ωδὴ ηὔ καὶ χρυσία Ελένη δημοφέρετ' οὐκοῦν,
Πίστη, μεγάλα, ἀ τὸν ἀνδραμαν σύγκος ἀρέψει,
Η πάτηφ κυπάρισσος, ἢ ἄρματα Θίσσαλος
ἴππος.

Et Virgilianum illud de Diana Aen. 1.

Qualis in Eurota ripis, aut per iuga Cyntbi

Exercet Diana charos, quam mille
secutæ

Hinc aique hinc glomerantur Oreades: illa pharetram

Ferit humero, gradiensque deas supereminet omnes. Rob.

6. Τηνδησις κρηδην] Ab his versibus,

ut opinor, pulcherrimam illam Veneris descriptionem mutuatus est Virgilius Aen. 1^{mo}.

— *Avertens rosea cervice refusit,*
Ambrosiacque come divinum vertice odorem

Spiravere — Rob.

9. Η Αγαλητης] Quamvis pulcherrima esset, maritum suum deamabat. Sarcastus in foeminas formosas, quas suæ formæ consciæ, crebrisque blanditiis insolentes, maritos suos spernere solere inuit poëta. Rob.

11. Η μάνη οἱ πατέρες ἀθλῶν ἀπόκταντο] Falsitur Scholia festes Apollonii, qui ad lib. I. v. 747. hæc habet verba. “Η Τάφος νησος
“οἱ μάνη οἱ Εργάσιοι, ἦν ὁκνησι Τιλιάνου οἱ
“πετραρες η Λεκρίας οικήστες ἄνδρες λεπρικοι
“πετρα η τελεντον. η εις Αργος θεαθόντες ταῖς η
“Ηλιακτίνων θεος ἀπόκτασαν τὸ πατέρες Λεκρίας
“ην. γηροπότις η μελχος, η οἱ Ηλιακτίνων, η οἱ
“πάτερες ἀπόρεδην. η η Λεκρίας ματέσι,
“η ἀντικρύζειν η λαυτης γάμοι ποιησασιάρει
“η πατερόφοροι φύσιοι. πμαρκοπάμενοι η Αμφιτρίτη
“ηγηριν. η ιστεια ουρανος παρη Ηπειροι.” Alia certe est apud Hesiodium historia. Dicit vero Apollodorus Electryonem filiam suam Amphytrioni despondisse, postea que ab eo *fortuito* interfactum; Itaque narratur historia in Scholiis Joannis Diaconi. Rob.

22. Ο οἱ Μάδαις θύμης θύμη] Subintellige ικτυάσται. θύμη θύμη nefas erat, hoc est, ανεγκαίον. Sic Horatio nefas est αδικίατος, quicquid corrigerere est nefas. Guietus.

24. Τηνδησις ποιησται] Hoc est, sub scutis caput non occultantes, intrepidi, audaces. Guietus.

24. Recte Guietus, *super clypeis, non sub ut in plerisque editionibus.* Τηνδησις ποιησται] Πολεμικοι οἱ μάνη ποιησται Αχαιοι. η κρυπτογενες η οὐφι, άλλ' αντικρης μαργαριται. Tzet. Rob.

32. Τυφάνιον] Cùm Typhaonii montis in Boeotia nusquam alibi occurrat mentio, contrà verò celebris fuerit Tinaphon οὔποτε, mons Tilphoensis, sub quo erat fons

sōns *Tilphosius*, fortasse pro *Tupabrius* legendum hīc *Tupabrius*. Vide *Strabonem* Lib. IX, in descriptione Boeotiae. *Pbicii*, in quo fuerat *Pbix*, ut loquebantur Boeotii, seu *Sphinx*, non rara mentio apud Poëtas & Mythographos. *Clericus.*

42. *Aarasiōr*] *Aarasiōr*, libenter. *Graecus.*

42. *Aarasiōr*] Hæc vox etiam, apud *Homerum Odyss. E*, v. 398. quem locum imitatur hīc *Hesiodus*. *Clericus.*

46. *Πανύχο*] Est *ἄνεγρ*, nam aliquam noctis partem cum Alctmena consumserat Jupiter. *Clericus.*

Ibidem. Πανείδη γῆς] Mycenæ, quartum Rex fuerat Electryon ejus pater. Vide *Apollodorum* Lib. II. Cap 4. quamvis per omnia non consentiat cum *Hesiodo*. Neque enim in hisce notulis historiam fabularum narrare instituimus. *Clericus.*

50. *Καστρίτη μὲν ἡσυ*] Hæc est *versus fultura ruentis*, nam superiora verba rem satis docent. *Clericus.*

55. *Κικερόθην ψήν*] Hoc est, sobolem *ἀγκινεμένην distinctam*, seu quæ facile secerni poterat. *Clericus.*

58. *Ἐρ τηνεις Απέλλων*] Quod erat in Pagasæo agro, ad Septentrionem Pelasgici situs. Vide v. 70. *Clericus.*

72. *Tis xiv εἰνιν*] Vulgo legitur *ἐκτριν*, illi, Sc. Marti. Sed MS. Harl. legit *ἐκτριν*, quod quidem restitui utpote accomodatus ad id quod sequitur,

Κέιρην γὸ μεγάλη τε βίη, γὺ χεῖπες ἄνθοι,
Κατερπιτην vero usurpatur tam cum Genitivo, quam Dativo. Rob.

80. *Ηλιτην Αμφισσων*] Quasi, nempe, irati Dii ei objecerint sacerum occidendum; quo facinore admissio in exsilium abire coactus est. Nam Deos putabant ad prava facinora interdum homines impellere, ut liquet vel ex v. 89. Quamobrem eos meritò castigavit *Plato* Lib. II. de Republica. *Clericus.*

83. *Ικιτη δ' εἰς Κρειοντα, καὶ Ηριόχει ταῦ*.

ταῦ] Illa vocatur *Euedix* Sophoc. Antig. 1194.

Και μὲν ὅρη τάλαινας Ειεδίκην ὥμη
Δάμαρπτα τε Κρέοτος — Rob.

89. *Τε μὲν ὄπεις ιξέλετο Ζεύς*] Sic & *Æscylus*, cuius hæc verba habet memoratus *Plato*.

— Οἵος μὲν αὐτῶν φίη Βερτοῖς
Οταρ τεκνῶν δύμα παμπίδην θέλη.

Deus causam præbes mortalibus, cum
prorsus perdere domum vult. Incertus
alius Tragoedus, in Grotianis Excerptis
p. 461.

Οταρ ἢ Δαιμῶν ἀρδὴ πορσίει τερπεῖ,
Τὸν τοῦ οἰλαρχεῖ περὶ τοις ὑπελεύσεται.

Quoties alicui destinat clades Deus,
Vim ludit illam in mente, quæ de-
liberat.

Alia multa similia impiè dicta occurunt apud Poëtas, quorum Dii non multò meliores hominibus. *Clericus.*

89. *Τε μὲν ὄπεις ιξέλετο Ζεύς*] Idem de *Glauco Homerus* II. ζ. quod tamen in splendidiorem aliud sensum torquere frustra conatur Cl. Popius nostras. Et II. I. de Agamemnone,

Ἐν γὰρ οἱ ὄπεις οὐλη πατέτηται Ζεύς.

Vide etiam exempla, quæ citavit Clericus in nota sua, ubi dicit, alia multa similia impiè dicta occurtere apud Poëtas. Ego autem nullam hisce dictis impietatem inesse existimo, cum in ipsis S. Scripturis dicatur Deus *obdurare cor, oculos occacere, & aures occludere*. Idem penè dixit Paterculus de Cæsare I. 2. c. 57. *Ineluctabilis fatorum vis, cuius cum fortunam manare constituit consilia corruptit.* Hujusmodi phrases ab impietate vindicavit Grævius in nota sua ad sp. v. 15. quam vide. *Rob.*

104. *Ταύρος Ερροτραος*] Vide *Ioannem Tzetzem* ad hunc locum. Ex hoc Neptuni cognomine dicta *Tœvea*, quæ, ut docet *Hesychius*, fuit ιορη της ἀγοράν *Ποσειδῶνος*. *Clericus.*

104. *Ταύρος Ερροτραος*] *Ηγετης τὰ τρία κυμάτων θάλασσας, ὃς ταῦροι γὰρ μηκόττους της ἐστοντες*

ταυροκράνος δέντε. ἡ ὅπερ Ταύρος Ποσειδῶν ἐν
πόλει Βοιωτίας, διὰ τὸ ταῦρος θύεσσι αὐτῷ, καὶ
μάλιστα ἐν Ογχητῷ. Διὰ τοῦτο καὶ ταυροκράνος
τὸς ποταμός. Tzetzes.

*Dicitur Neptunus Taurinus, vel à so-
nitu fluminis, qui mugunt, ut tauri; vel
quod taurinum caput habeat; vel
quod colatur Taurinus Neptunus in urbe
Bœotia sacrificio taurorum, & præcipue
Onchesti. Inde etiam vocantur fluvii
tauriformes. Vide Grævii notam, & Da-
cierii ad Horat. l. 4. od. 14.*

Sic tauriformis volvitur Austerus.

Rob.

112. Δύο μύθοις] Hic πῦς pro quolibet è posteris sumitur; nam Hercules quidem filius erat, Iolaus vero nepos Amphitruonis. Clericus.

120. Αρείονα καλούχατην] Areianū ἵππον,
ἢ ἱλαῖον ὄστρεν Αρδαρος. Oμηρος.

Oὐκ εἴ κατα μετόποιον Αρείον δύο ἱλαίρεν,
Αρδάρον τοχὺν ἵππον.

Οὐτος καὶ Αρκάδος, ὃν ἔγινατο ὁ Ηρακλῆς τῷ
Αρείον φασι ἵππον καχήδαι, φειδώντες οἱ Αρ-
δαρεῖς ἐπὶ τῷ Θίλαιον ἔγειρον. Tzetzes. Vi-
de quæ plurima de hoc equo ex Poëtis
&c. excerpta congregavit Nicolaus Lloy-
dius in Diq. Historico-Poëtico. Rob.

137. Αδάμαντος] Hoc est, ferri durissimi,
subintellige τὸ ιξ ἀδάμαντος. Gue-
sus.

137. Αδάμαντος] Non dubito quidem
quoniam lapillorum pretiosissimus ἀδάμαντος sit
dictus, quasi ἀδάμαντος, ob duritatem.
Nomen, inquit Plinius, Lib. XXXVII.
c. 4. *indomita vis Græca interpretatione
accepit*. Sed & metallorum durissimum
chalybs, hoc est, ferrum probè purgatum
ac temperatum, eadem de causa ἀδάμαντος
dictum est, quod agerè dometur. Ex hoc
genere adamantis conflata erat galea
Herculis, & reliqua omnia, quæ cùm
conflari possent ex metallo, adamantina
dicuntur. Itaque delirat Diaconus, qui
hunc lapillum intelligi somniat. Sed &
illi falluntur, qui adamantinum dici putant
dumtaxat durum; cùm, ubi de la-

pillo sermo non est, conflata ex ferro,
aut quæ certè eo possunt conflari sola
dicantur adamantina. Clericus.

139. Χιρός γε μὲν σάκος ἦλιον] Qui clypeos
Homeri, & Hesiodi inter se comparave-
rit, hac in parte Homerum, in illa He-
siodium superiorem inveniet. In utroque
poëta prælii descriptio occurrit, in qua
quidem palmam Hesiodo dare non du-
bitem.

Ἐν δὲ ἦν ἴσχυρὸν λαπθάνον αἰχμητικόν

Ἐν δὲ Ἄρτος βλοσφροῖο ποδῶντος ἔσται ἕπτης
Χρύσους· ἐτὶ δὲ αὐτὸς ἐναρφόμενος ὥλος Ἄρτος
Λίχημον ἐν χείροις ἔχων, φρυλέσσοις καλούσαν,
Αἰματι φοινικόεσσι, ὃντι λέπες ἐνεσίζεται,
Δίορφο ἐμβεβαός. παρὰ δὲ Δειπνοῖς τοι, Φε-

ρώπε

Ἐπερφρόν, ἕκδημον πέλεμον καταδύρμον ἀπρόπον.
Ἐν δὲ Διὸς ἀντράκηρος Αχελέων Τριτούραντα,
Τῇ ἵκιλη, ἀντὶ τοῦ μάχην θεόλυσα κορύσσον,
Εἶχες ἔχοντος ἂροτρον, ζευσόντα τὸ σειράλεσσον,
Λίγιδα τὸ ἄμφ' ὄμοιος· διὰ δὲ ὁ γέτο φίλοπον
αὐτὸν.

Et infra.

-- Τοὶ δὲ αὖτι μάχην ἔχον, αἵ δὲ μετ' αὐτὸς
Κῆρες καλάνται, λευκὴς ἀράβούσσαι δοδύγεται,
Δοναγκοὶ, βλοσφροὶ τοι, δεφονοί τ', ἀπλη-
τοὶ τοι

Δίπτηρις ἔχον εἰσὶ πτερόνταν. πᾶσαι δὲ ἡπεὶ τοι
Αἴμα μίλαν πέντε. ὃν δὲ αεροῦτον μαρμάτοιν
Κείρδην, ἢ πτερόντα νιέταντο, ἀμφὶ μὲν αὐτῷ
Βαλλ' ὄνυχας μιγάλει. &c.

In his Contentio, Metus, Fuga, Parcae,
Mars, Pallas, aliæque omnes imagines
poëticæ, quæ terrorem excitare possint,
mira arte componuntur. Non tamen ex-
inde inferre velim, in hujusmodi descrip-
tionibus semper plus posse Hesiodium
Homero; *Quis enim Hesiodi tam fau-
tor incepte est?* Cum autem in præce-
dentiibus Iliados libris omnimoda præ-
liorum genera depinxisset Homerus, fa-
cile se excusandum putavit, si eandem
rem hic loci minus accurate tractaverit.
Sed Hesiodus, quanto erant apud se ra-
tiores

riores istiusmodi descriptiones, tanto si-
bi magis elaborandum duxit, ut occasio-
ne oblata hunc locum pro virili ornaret.

Obfidio apud Homerum in singulis
circumstantiis accurate describitur. Se-
nes, & mulieres muros defendantes, ju-
venes portis erumpentes, insidiae positæ,
armamentorum interceptio, ortumque exin-
de prælium, verissime pinguntur.

Τὰ δὲ ἑτέραν πόλιν ἄμφι μὲν σπεῖραι τίσται
λαῶν,

Τεῖχος λαμπόμενος δίχα δὲ οριστὸν ἀνδρεῖ
βελὺ,

Ηὴ Διόπτραδίστη, ἡ ἄνθραχα πάντα δέσμους
Κῆποι, δῶνι πολεισθρον ἐπάρτων ἐντὸς κέρυγ.
Οἱ δὲ ὅπει πειθόντε, λέχη δὲ ἔντασθησανθέοι.
Τεῖχος μὲν εὖ ἀλοχοῖ τῷ φίλαι, καὶ γέννηται τίσται,
Ποταὶ ἵειστετε, μετὰ δὲ ἀνέρες, δὲ ἔχει γῆρας.
Οἱ δὲ ισχ. ἕρξε δὲ πρὸς Αρεῖ, καὶ Πανδαὶ
Αθῶν,

Ἄμφοι χειρούσι, χειρούσι δὲ σίμηται ἔδη,
Σελᾶ, τῷ μηρύδαι σὺν τείχονται, ὃς τι θεῖσι
πει,

Ἄμφοι ἀριζόντει λαοὶ δὲ ἐπολιζόντες θεῖσι.

Οἱ δὲ ὅπει εὖ εἰς οἰγούς, δὲν οριστὸν εἴχει λε-
χόσαι &c.

In obfidence Hesiodi pauciores quidem
sunt imagines, illæ tamen grandiores, &
magis magnificæ. Viri pro liberis, &
parentibus pugnantes; fletus mulierum
de turribus prælium spectantium; Senes
pro portis trepidantes, & pro filiis in
conspicu suo pugnantibus vota facientes,
sublimiter admodum, & pathetice de-
scribuntur.

Ἄγριες ἴμαρτεδῶν πολεμῆσια πούχε ἔχοντες
Τοι μὲν καὶ σφετέρης πόλιον, σφετέρον τε
πολέμου

Λογύδες ἀμύνοντες· τοι δὲ φραδίστην μεμαῶτες.
Πολλοὶ μὲν κέατο, πλέοντες δὲ ἐπὶ μῆνειν ἔχον-

τες

Μέρνανθε· αἱ δὲ γυναικεῖς ἕδμάποντες δὲ πύρ-
γον

Χάλκεος ὁξὺ βίσσαι, κατὰ δὲ ἐδυπλοῦτο πα-
ρεῖσις

Ζεῦσιν ἵκελαι, ἔργα κλυτὰ Ηραίσιο.

Ἄγριες δὲ οἱ σφετέρες ισχ., γῆρας τε μέρνα-
πον,

Ἄρδει τὸ πολεμὸν πολέμον ἔσται, ἢν μὲν οὐκ
Χεῖρας ἔχει μαλάρισται, τοῦτο σφετέροις τίκτεαι
Δανθήτες.

Imago quidem Tristitiae (ut cap. 9. sed
vix animadvertisit Longinus) odiosa po-
tius est, quam terribilis, τὸ θεῖον τὸ
τελεῖον, ἀλλὰ μικρόν. Sed, pace tanti viri
dixerim, non ideo reprehensione dignus
est Hesiodus. Describendæ sunt res, ut
sunt. Odiosam depinxit Tristitiam, & o-
diosa est, & nequaquam ad incutiendum
terrorem accomodata.

Ut vero prælia, & objecta terribilia
in Hesiodi Scuto melius depinguntur; sic
Ruris descriptio apud Homerum sub his-
ce quinque imaginibus comprehensa
viz. arationis, messis, vendemias, armimenti,
pecoris, longe elegantior est, & accura-
tior quam apud Hesiodum. Nec adeo
mirandum est, hoc ita evenisse. Poëta
enim rusticus, qui antea hanc rem ex
destinato tractaverat, descriptionem ru-
ris obiter illatam exornare noluit. Sed
Poëta ille πολιμενής, ruris prospeccū quasi
fortuito oblatu, majorem ei depingendæ
operam dat. Simplices tempe sunt, &
inornatae Hesiodi descriptions. Home-
ricæ selectis pulcherrimis circumstantiis
variantur.

Aratoribus, cum terminatum jam agri
attigissent, vinum ministratur.

Οἱ δὲ οἰνοὶ σφέλαντες θειαταὶ τίλοιν ἀρέψι
Τοῖσι δὲ ἐπειτὴν ἐν χροὶ Αἶτας μαλακίοι
οἵνε

Δίσκειν ἀπὸ δημιῶν.

Messores ipse dominus gaudens intue-
tur, iisque servi sub arbore prandium
parant.

— Βασιλεὺς δὲ ἐν τοῖσι σιώπῃ
Σκῆπτρον ἔχει εἰσκει τὸ σύμβολον
κέρ.

Κίκηνας δὲ ἀπάρδειτο τὸν δρῦν μῆτη πί-
ροτο, &c.

Vindemias citharoedus interludens
operam levat.

Τάσσον δὲ μέσωσι τοῦτο φερεγγοι λιγέσι
Ιμερέτην κατέριψε· λίνος δὲ τὸν καλὸν ἀπειλεί
Λινῆτα.

Λιπαλέρ φωνῇ τοῦ ἐγκαυτοῦ ὁμαρτῆ
Μελτῷ τὸν ἄγματον ποσὶ σκεύεται ἔποντο.

Utriusque clypei ambitus Oceanum con-
tinet, qui nullo vel verborum, vel rerum
ornato ab Homero describitur

Ἐν δὲ ἵδει ποτηφοῖο μάχαιρα θαλασσοῦ

Αἰγαία πάτε πυματην σάκος πύρα ποντοῦ.

Sed summa ab Hesiodo elegantia, pul-
cherrimisque imaginibus decoratur,

Ἄμφοι δὲ τοιούτους οὐκέτι θύκας·

Πλὴν δὲ συμένετο σάκος πολυτελεῖσκον· εἰ δὲ
καὶ τὸν αὐτὸν

Κύκνοι ἀργοπότονοι μάχαιραν ἔποντο· οἱ δέ γε πα-
λαι

Νῦν δέ τοιούτοις οὐδεποτε πάρα δὲ ἴχθυσίς ἀλο-
ντοροῦ &c.

Ut jam de utroque clypeo judicium
meum interponam, Homericum certe
præstantiorem censem, Hesiodeum vero
proximum non longo intervallo. Ideo-
que recentiores illi Critici iniqui Home-
ri fautores habendi sunt, qui utrique
clypeo Sannazarii versum applicuerant,

Illum hominem dicas, hunc posuisse
se Deum. Rob.

148. Δῶνις ιεροῦ πνόντον] Non modò
intoleranda est licentia Poëtæ, quod mul-
tò plura poneret in clypeo, quam po-
tentant contineri; sed quod eum impletet
ἀνημάτοις, qualia multa postea occurserunt.
Scio nonnullos propterea abjudicasse
hoc Poëma *Hesiodo*; sed idem deleant
etiam oportet quod habet *Homerus* de
anciliis aureis Vulcani, suspectamque
habeant descriptionem clypei Achillis,
quæ est Iliados Σ. Atqui veteres illi Poë-
tæ nullam verisimilitudinis rationem ha-
bebant, ubi sermo erat de operibus Deo-
rum. Quamobrem non semel *Hesiodus*
monet hæc fuisse κανόνι ἡγεμονος Ηραι-
σοῦ, ut fictionum audaciam minuat. Cle-
ricus.

148. Δῶνις ιεροῦ πνόντον] In Clerici no-
ta ad hunc versum duas reperiet ob-
jectiones Lector. 1. Quod plures imagi-
nes in clypeum congefferit Poëta, quam
poterant in eo contineri. 2. Quod eum

impleverit τοῖς αὐτημάτοις, rebus sese ultro
moventibus.

Priorem objectionem diluerunt Boivini-
nius in dissertatione sua de clypeo Ho-
merica, & Cl. Popius in notis suis, qui
clypeum in partes dividentes, suum cui-
que imagini locum facile assignarunt.
Ad 2^{dam} respondeo, Quod τὰ αὐτήματα
nequaquam in clypeo coelentur.

Δεῦτο Epis πνόντον, i. e. coelata erat
imago Contentionis volitantis. Semper
intelligenda sunt ἄστε, ἵκλεος, &c. quæ
in aliis locis exprimuntur.

Καὶ τὰ συνάκητα, ἄστε ζεῦς αἴρει πνόντον. 189.

Αἴρετο ποντικόν, ἄστε ζεὺς ἵκλειζεν. 194.

Τῇ ἵκλῃ, ἄστε τοι μάχαιραν ἰδίλλονα κορινθεῖσαν. 198.

Διαφέρει τῇ τῇ τῇ θεώντοντος ιχθύοντος,

Νηρούμβροις ἵκλεοι.

Sic etiam Virgilius, subacti judicii Poë-
ta, in descriptione clypei Αἴνεζ, nota
loquendi figura, imagines quasi vivas,
& actiones quas veras describit.

Et circum argento clari delphines in
orbem

Æquora verrebant caudis, æstumque
fecabant.

Et iterum

Atque his auratis volitans argenteus
anser

Porticibus, Gallos in limine adesse
canebat.

Quis fanus suspicetur anseres in clypeo
revera volitantes, vel Delphines natantes
Virgilium introduxisse. In his omnibus
intelligas, *quasi*, *similis*, *videbatur*, &c.
ut idem postea Poëta.

Ipsa *videbatur* ventis regina vocatis
Vela dare. Αἴν. l. 8. Rob.

153. Σερπίς] Quamvis *Ibycus*, si *He-
sychius* credimus, omnia astra στεγία voca-
verit; ceteri tamen omnes Poëtæ aut
Solem, aut Caniculam eo nomine appellarunt.
Quæ astra cum omnium, inter
errantes, inerrantesque stellas, potissima
haberentur, credibile est dicta στεγία qua-
si *principes*, nam ΤΥ scbar Phœnicijā
Lin-

Linguâ princeps dicitur. Sol certè dicebatur *præfice*, vel *dominari dici*. Vide Gen. I, 16. & quæ ad eum locum notavimus. *Clericus.*

156. *Ἐτ δὲ Εγεις, ἡ τὸν Κυδομίοντα ὁμώνυμον]*
Hic versus, & tres sequentes in Homeri etiam Scuto occurunt, nisi quod apud Homerum legitur ὄμώνων; quod verbum cum minus violentiæ in concurrendo exprimat, minus videtur accommodatum personis introductis quam τὸν ὁμώνυμον. Barnesius vero, nescio quamobrem, nisi ob τὴν φιλομορφίαν, præfert τὸν ὁμώνυμον. *Rob.*

170. *Οἰδὲν τὸν τάρην]* Aliæ Editiones habent τάρη, sed ex MS. Harl. restitui τάρη, quod melius videtur — τάρη ἐπίσημον. *Rob.*

181. *Μόψος τὸν Αμπυκίδην, Τιταρέσιον]*
Existimasse videtur Grævius Titaresios fuisse nomen proprium Lapithæ, distinctum. Errat certe vir Doctiss. Est enim nomen gentilium, Mopsique attributum à patria sua. Hoc satis confirmat Diaconus, quem non bene hic loci reprehendit Grævius.

Τὸν Μόψον δὲ γῆρας εἶναι Αμπύκον τὸν Τιταρέσιον τὸν Τιταρέσιον πάτερνον. De eodem Tzetzes in Scholiis ad Lycoph. Οἱ Μόψοι δέ τοι τὸν Αργοκαντᾶν δὲ, τὸν Αμπύκον, τοῦ Χλωεῖδος τὸν Ορχεῖδην. ὁ δὲ Αμπύκος τὸν Τίταρεσιον, ὁ δὲ Αμπύκος τὸν Τίταρεσιον, ὁ δὲ οὐ τούτος. Ipse etiam Lycophron ad v. 881 &c. ejusdem Mopsi mentionem facit —

Μόψος Τιταρέσιον ἔρδα ταράδ'

Θαύβια ταρχίσατο, πυρεῖσαν δ' ὅπερ

Κρυπτὸν ἀετοίσθατο, Αργόν σθεῖσ

Κλαδὸν πτίσουσα, τεττέρον κειμηλίον

Αὐτῆδε, Κινύρεσσαν ἐν τέγγυον ἔδος

Ναρκῶις λαπτεῖται.

Sic etiam Ammianus lib. 14. Et Mopsus istius, vatis illius domicilium Mopsi, quem à commilitio Argonautarum cum aureo vellere direpto, & errore abstractum delatum ad Africæ littus mors repentina consumpsit; & ex eo cespite Punico terti Manes ejus Heroici dolorum varietati medentur plerunque hospitales. *Rob.*

184. *Κέρτουμενοι*] Narrant Poëtæ hos fuisse Ixionis filios, ex Nepheli, hoc est ut putant, *nube*, quam pro Junone amplexus est, & compressit. Hæc verò nos de hac fabula, deque nomine Centaurorum conjiciebamus. Ixion, antiquissimus tractus Thessaliam Regulus, videtur Jovis totius Thessaliam & Græciæ Regis conviva fuisse, deinde in carcerem missus; qua de causa, dictus est *εἰς τὸν δετρύν*. Duxerat ille uxorem mulierem נְפִילִיתָנִים *Nephiliths*, hoc est, stirpe *Nephileorum*, vel *אֲנָפִילִים Nephilim*; quo nomine Phœnices vocabant equites latrociniâ exercentes, à verbo נַפְלָה *naphal*, irruit. Vide notata à nobis ad Gen. VI, 4. At Græci posteriores ex Lingua sua, quæ ab antiquâ, lapsu temporis migrationibusque gentium, immensum quantum mutata erat, interpretati sunt נְפִילָה *nubem*. Ex hoc connubio nati dicuntur *Centauri*, seu בְּנוֹתֵרִים *cñotserim*, hoc est, quasi *observantes*, vel insidiantes; qui crediti sunt semihomines & semiequi propter diuturnam equitationem, quâ circumcursabant vicina omnia, & subitis incursionibus infesta habebant. *Clericus.*

185. *Ασσολον]* In miscellaneis Auctorum emendationibus, quæ singulis mensibus edebantur, hanc observationem legimus. “ *Ασσολον* auctor ad nomen Centauri in Fornace, Poëmate proculdu-“ bio recenti, alludit.”

Αὔρι μήτοι Πιπάσαιον οὐδὲν ασσολον.

In Fornace. — Συμπαραγότε, καὶ Ασσολον.

Ex qua, inter alias rationes concludit Vir Cl. τὸν Ασσολον esse recentem, nec genuinum Hesiodi opus. Sed hoc nequam patet. Quo enim probatur argumento Scutum Herculis ad Fornacem allusisse?

De Scuti quidem antiquitate ambigunt; sed Fornacem recentem esse constat. Verisimile igitur est, siqua hic loci sit allusio, Fornacem ad Scutum, non Scutum ad Fornacem allusisse. Miror vero quamobrem Vir Cl. in antiquis codicibus

dicibus versatissimus, affirmaverit, τὸν Ἀσελον in Fornace legi. In verustissimi, omnibusque aliis, quos vidi, libris legitur Ασελον, quem quidem Barnesius, nulla, quam scio, auctoritate fretus, in Ασελον commutavit.

Ασελον antiquissimum est Centauri nomen. In Epigrammate veteri à Philostrato in Heroic. citato ab Hercule crucifigi dicitur.

Ασελον ἐπι διώρ οὐομένων ὅπερ, ἐτ' ἀρδόσιον.

Τρικόμοιο κρημασθεὶς εἰλίτος ρατὰ πούντος.

Σύγκειτο μέτα δεῖπνοι ἀμετρούσιοι κοράκεσσι. Eundem, ut credere par est, inter Scriptores Ante-Homericos numerant Veteres. (Vid Fabric. Bib. Græc.) Ideoque nequaquam probari potest Ηλεία re-centem esse ex eo quod in isto poëmata hoc nomen occurrat. Rob.

203. Αγρυτ' Ολυμπος] Hoc est fracto cytharae sonitu resonabat. Vide viri do-cissimi Lectiones Hesiodeas. Clericus.

204. Πιει δὲ ἄλεος ἀπίστος] Si qui faverent Codices, multò mallem legere ὄχλος, hoc sensu: *Erat in celo catus, ἐπι circumquaque stabat turba immensa Immortalium instar corona;* audientium, nempe, certamen musicum Apollinis & Mularum. Ολεος quid sit hoc in loco, & quid ad rem faciat, neminem puto intelligere; ego certè non intelligo. At in ἀγρυπῃ vel concione Deorum ὄχλος sit necesse est, propter innumerabilem Deorum turbam. Clericus.

204. Ολεος] Notat Clericus "siqui faverent Codices multò mallem legere ὄχλος &c." Ego vero, etiam si faverent Codices, vix admirerem ὄχλος, qui sepiissime malo sensu usurpat, & significat multitudinem tumultuosam, ideoque non bene exprimit coetum Deorum. Quid verò ολεος ad rem faciat paucis accipe. Non semper significat hæc vox & θεον, sed nonnunquam, sensu metaphorico, & iudiciorum, (vid. Phav-

tin.) ut *beatus* à Latinis ponitur pro dñe. Quare igitur non legamus? *im-mensa autem beatitudo circumfusa erat.* Quid melius convenit coetui deorum, quam infinita felicitas? Illum tamen sensum præfero, qui maxime communis est hujus vocis, *divitiae, pompa, splen-dor.* Erat, inquit poëta, coetus immortalium, *circumfusus autem erat immen-sus splendor.* In simili apud Homerum descriptione eodem sensu usurpatur χρόνος quo hic loci οἶνος. Il. δ. v. 1.

Οἱ δὲ θεοὶ πάρ' ζωὴν πενθήμενοι ἡγοεῖσαντα
Χρυσόν οὐ διπλόν, μετὰ δὲ φρίσιν πετρίαν

HCl &c.

Ad quem locum Scholiares — Αρπάνη, ἐπι τοῦ κεχρυσουλίου, τῇ γαλῆῃ πάτημα. Ιστορ. δι., δι., ὅταν μὲν σεπτὸν λέγεται βόλη), τοτε πολυχελ-λών φυτῶν ὅταν δὲ, γαλὸν, χρυσὸν λέγεται βόλην. Rob.

211. Αρεπονίατος] Hoc est, *respiran-tes*; qua de causa, Delphini ad summam aquam emergunt, caputque ē mari pro-ferunt. Plinius Lib. IX. c. 8. *Cum fa-me conciti fugientem in vada ima per-sequunti piscem diutius spiritum conti-nuere, ut arcu emitti ad respirandum emiscant; raptaque præda in aëre ve-scuntur. Quales duo describuntur hīc ab Hesiodo.* Clericus.

218. Επει ιδαῖη ἔσθετο] Quæ nota-ta sunt ad v. 148 huc etiam referenda sunt. Ut imago Persei nullibi niteretur fieri non potest; sed profecto tanta arte coelata fuit, ut nullibi nisi videretur. Sic recte Diaconus. Οὐποτεδὲ οὐ περίτιμον ιεπονεύσαντο, οὐποτεδὲ ιεπάντειον. Rob.

221. Αρρ.] Alijs dicitur ἄρπη ἀσπα-τίνη, chalybeus gladius. Quæ vox est à Phœnicia אַבְרָהָם harbo, aut אַבְרָהָם bbar-pbo, quæ gladium sonat. Vide hanc fabulam, apud Apollodorum Lib. II. c. 4. Clericus.

222. οὐ ποτε ιεποτεπο] Deos cog-i-tationis celeritatem motu æquare non raro dicunt Poëte, quæ celeritate major nulla

nalla esse potest. Hymni in Apollinem v. 186. ita describitur ejus Numinis ad cœlum iter :

Εἰδετὴ δὲ τοῖς Ολυμποῖς, καὶ χειρὸς, ὅστιν θύμα,

Εἴτη δίὸς τοῖς δόμοις.

Hinc ad Olympum, à terra, instar co-gitationis, it ad Jovis domum. At de αὐτομάτῃ idem dici nequit, sine ipsa illa licentia, quæ statuas per se mobiles hinc nobis peperit; hoc est, sine spe quam conceperat Poëta admirationi fore quidquid elegantibus versiculis exprimeretur, quæ sane inanis non fuit. *Clericus.*

224. *Kīcīn]* Quidquid Græculi centeant de origine hujus vocis, derivandam omnino existimo à Radice Phoenicia γῆ Kabass, quæ colligere, & adstringere significat; quod fit ope sacci, aut manticæ, quippe quæ quidquid gestandum est colligit atque adstringit. Cetera Phoenicizæ fabulæ clara vestigia, quæ hinc occurunt, rem propemodum mihi persuadent. *Clericus.*

227. *Κῆτ' Αἴδης καίνη]* Hanc etiam induit Minerva (Il. E. v. 845) ut Martem lateret.

Αὐτῷ Αἴδην

Δῦν' Αἴδης καίνη, μή μεν ίδει οὔριμος Άρης,
De qua Scholia fest. Aídēs καίνη. Néros πή, τοι δόρασσος. Et Hesychius. Néros πή σχεδός. Et Suidas. Πλευρία τοῦ τὸ διπλού πόντου είναι διά πηγαν μυχανημέτων. Rob.

275. *Αἰθορίων δεῖδων]* Ita Homerus in Scuto Achilleo,

Νύμφας δ' εἰς Σαλάμαν, δεῖδων ιανθαμπόν μηδαν,

Ηχίτων ἀνὰ ἄσυ.

Eundem morem memorat Euripides Helen. v. 728.

Νῦν ἀνατίμας τὸν ὑδρίαν πάλιν,
Καὶ λαμπάδων μεμνήκεις, ἐς τητελεβεις
Ιπποῖς τερψίζων τερψίσερ. Rob.

281. *Κάμαζος τετ' αὖν]* Hic καμάζη non significat convivium nocturnum celebrare, sed *cancere & saltare*; nam hæ significaciones sunt vocis primitivæ κα-

μοι, ut docet Hesychius : κάμας, ἀστλῆ ἀσπιτα πορτική, συμποσία, ἀδει. Κάμας τέσσερες ἀρχέσσεις ποιῶντος τῷ Θεῷ, ή μέν (lege, μέλο) πέτε. Unde sic verbum ipsum interpretatur : Καμάζη, κάμας ἀδει. Καμαζή, ὁρχῆδαι. Sic apud Pindarum Olymp. Od. XI, 16. συκαμάζην, significat unā saltare & canere. *Clericus.*

327. *Λυγγός γυνὴ]* Lyngeus pater fuit Abantis, Abas Acrisi, Acrisus Danées, Danaë mater Persei, Perseus pater Alcæi, Alcæus Amphitryonis, Amphitryon verò Herculis & Iphicli, cuius filius Iolaüs. Tzetzes.

327. *Hunc versiculum inter Fragmenta perperam collocatum orandus est Lector ista pagina ut deleat. Rob.*

331. *Γλυκεῖς αἰώνος]* Solet alioquin αἰών esse masculi generis. Est, si Græcis credimus, derivandum ab αἰώνι *semper*, quia *semper* id esse dicitur quod est δι' αἰώνα, per totam *vitam*. Posset tamen derivari nomen, aut certè adverbium à Phoenicia voce γλιγκ bhabab, vita, nisi Phœnices etiam γλιγκ bhabab dixerint. *Clericus.*

333. *Αρην διοντα θεάντων]* Minervæ & Martis iniuricitæ à poëtis passim prædicantur. Il. E. Ad hunc deum vulnerandum Minerva Diomedem incitavit. Eidem Il. E. in deorum pugna opposita erat, eumque prostravit. Significabant quippe poëtæ repugnantiam inter sapientiam & bellicolum furem. Sed hic loci mirari possumus, quamobrem Homerus, cum Il. E. Dione enumeraret mala quæ dii ab hominibus passi fuerant, & præsertim quas ipse Mars ab Aloïdis poenias sustinuerat, hanc tamen historiam tam præclaram & appositam prætermiserit, perinde ac illam quam infra v. 359 memorat Hesiodus. Rob.

353. *Τρητὰ]* Urbem Thestaliæ non procul à sinu Malico, sub Oeta monte. Itaque Hercules ex regionibus Pelio Thestaliæ monti subjectis ad Oetam iter habebat. *Clericus.*

367. Αττανίς ἔρεπε Βερπίνητα] Cur igitur
v. 336. negatur Herculi fas fuisse arma
Martis auferre? Nimirum, fabulae non
magis sibi sèpè constant, quam somnia.
Ωντες, ut utar verbis Platonis ex Lib. II.
de Republica, χρὴ τὸ πεῖσμα τῷ μάλιστα μέρονται, ἀλλος τοιούτοις περὶ μηδὲντος θεούδητος.
Quod oportet ante omnia & maximè vi-
tuperare, cum aliis, tunc si quis non re-
cte mentitur. Quo in loco, invehitur
Philosophus in *Homerum & Hesiodum.*
Clericus.

374. Οὐ δ' ὅτι ἀρέτην ἔχειν] Si alibi je-
junus sit & siccus Hesiodus, subiecto suo
potius quam ingenio hanc inopiam ad-
scribere debemus, quippe qui in hoc
poëmate ornamenti poëticis abundat,
& in hac pugna describenda compara-
tionibus ipso Homero haud indignis ad
rem illustrandam utitur. *Rob.*

380. Μυρμιδόνων τε πόλεων] Phthia Achil-
lis, Myrmidonum postea ad Trojam du-
cis, patria. Aliæ sunt vicinæ urbes. At
absurdum est fingere voce duorum viro-
rum tot tractus personuisse. Poëtica hæc
sunt περιουσια, quæ non ferimus tan-
tum, sed & miramur, elegantiâ & ἀρθ-
ριâ versuum veluti fascinati. *Clericus.*

384. Ψίδης βάλιν αἰματίαν] Imita-
tur *Homericum*, sed pravè; nam *Homē-*
rus Iliados II. 459. fingit à Jove tales
guttas demissas in honorem Sarpedonis
filii occisi a Patroclo; hic verò *Hesi-*
dus easdem ab eodem Jove delapsas,
non à Marte Cygni patre, præfigia fa-
cit victoriæ Herculis. *Clericus.*

426. Σάρματα κύρους] Hoc est, ζῷο.
Guiccius.

426. Οὐ σώματα κύρους] Σάρμα pecudem,
hic, & quidem vivam, præter morem,
significat. *Clericus.*

426. Σώματα] Vivum corpus æquè ac
cadaver appellari σώμα multis exemplis
demonstrabunt Lexicographi; quod ta-
men facile cognoveris ex loco parallelo
Homericico. II. Γ. v. 23.

Οὐτε λίσταν ἐχάρη μεγάλη δῆλη σώματα κύρους,

Εύρεται ἡ ἀλεφον κεράν, ή ἄρχον αἴγα,
Πειρίκαρον μάλα γάρ περιπλόκον, εἶτα περ
αὐτὸν

Σείσαντος παχέσις τὰ κύντες, θαλασσή τον αἰγανον.
Ad quod Scholia festes. Μηδέλων ζόρη διπλοχάρον
περιπλόκον γάρ πασι σώμασι μὴ ἄποιδε λέοντα. *Rob.*

432. Οὐδὲ περὶ αὐτῶν] Aliæ editiones ha-
bent αὐτὸν, sed monente Codice Har-
kleiano restitui αὐτὸν referendo ad περὶ ἄγρα.
Hunc versum imitatos esse posterioris
ævi scriptores observarunt jam viri docti
ad Callimachum, ubi poëta de Cyclopi-
bus, (*Hymn. in Dian.*)

Τῷ φρέσκῳ ἐπιτάλασσαν ἀκανθίσις οκταπίτην
Οὐτὸν ἄγρην ιδεῖν —

Hoc quidem præ metu & terrore; sed
aliam ob causam, nempe ob splendorem
nimium, de Apolline dictum, Apollo.
Argonaut. lib. 2. v. 683.

Αὔτης αὐτοῦ πόλεων τοιαύτης
Quod bene observarvit præstantissimus
Spanheimius. *Rob.*

455. Ορεξαύλον διὰ δίρρεων] Manum por-
tigens à curru. *Guiccius.*

456. Εγχειρίδιον ἔχειν] Si Minerva
à corpore Herculis telum à Deo missum
potuit avertere, quidni etiam Mars te-
lum hominis in se ipsum declinare po-
tuit? Sed & talia non semel finxit *Ho-*
merus, quæ profecto Criticis veteribus
videri debuerunt non tantum nequaquam
vera, sed nequidem ἐπίμωσις ὁμοία, veris
similia, ut loquitur noster *Hesiodus.*
Clericus.

463. Φέλος καὶ Δεῖμος] Aurigæ Martis,
ut vidimus ad v. 195. Timor & pavor
injeti hostibus eos fugant, faciuntque
ut Mars, hoc est, victor eos persequatur.
Iidem timentium sibi à victore ac-
celerant fugam, iisque instar aurigarum
sunt, ut hoc in loco. Hinc facile σφ-
αιροπονία ratio intelligitur. *Clericus.*

466. Μάχεσθαι Ολυμπον] In magnum O-
lymptum. *Guiccius.*

469. Πέλιν Τρυχίνον ἴκοντα] Mirum est
qui Hercules, occiso genero, ad foce-
rum

rum ausus sit ire, aut certè ivisse à Poëta fingatur. *Clericus.*

474. Arsm] Quam Ardistas antea vocavit Poëta. Itaque male nonnullæ edi-

tiones habent Arsm. *Clericus.*

480. Οστις ἄγοις τῷ τε ἔγκειν] Ut initio multa defunt: ita nec finem Poëmatis hic fuisse crediderim. *Clericus.*

VARIORUM NOTÆ IN OPERA ET DIES.

1. **D**ecem primos versus hujus operis non esse Hesiodi ait Pausanias, eosque deesse in vetustissimo libro plumbeis laminis scripto. *Jol. Scaliger.*

Ibid. Mēmū] Vide Heinium ad v.
11. Quod quidem spectat Eratoni factum, ut in re joculari ac fervente contentione, potuit ille omittere exordium, quod ad rem nihil faciebat, & à contentione initium canendi desumere. Quaz pars etiam τὸν ἀρχῆρα τὸν ἔργον optimè vocari potest, quoniam verè hinc præceptiones suas inchoat *Hesiodus*, post solemnem Jovis & Musarum invocationem. Sed, ut quod res est fatear, me maximè movet *Aristarchi*, *Pausanias*, aliorumque auctoritas, facileque adductor, ut credam hoc Proœmium esse alijcujus rhapsodi, vetustissimi tamen; nam ex suo exordia & epilogos alienis poëmatibus adsuere solebant. Docet hoc *Pindarus Nemeacorum Od. II.* cuius hoc initium.

Οδης ἀπὸ μὲν Ομηρίδων
Πανθῆριν τὸν πολὺν ἀνδρὸς ἔργοντος
Διὸς ἐν αρχαῖς μέν.

Unde sanc & Homeridae, suilium carminum ut plurimum Poëta, auspicanter à Proœmio Jovis. Ubi vide Scholiastem. Ex schedulis Patris. *Clericus.*

4. Πονί τὸν ἀρχῆρα τὸν] Quamvis emolliantur repetitio, addito punto ad finem superioris versiculi; attamen non tollitur omnino iteratio. Nec sanè opus est, cum frequentes sint antiquissimis Poëtis, & præfertim in *Hesiodo*. Vide v. 71. *Clericus.*

5. Βειάν] Beidas in hoc versu primum transitivum, deinde absolutum est. *Scaliger.*

9. Κλῆδις ιδῶν εἰσὼν τοῦ Δίκης δύον διμεσαῖς] Duos hosce versus quin ad Jovem referant uno ore Grammatici, dubium non est. Et maximus Poëta Odyssæ secundo Jovem cum Themide eodem modo conjungit, tamquam διμεσαῖς τῷ δίκειῳ.

— Ζώες διλυμπήτης οὐδὲ Θεύσας,
Ητ' ἀρδόντος ἀγορᾶς οὐδὲ λίνη, οὐδὲ γαλάζειν.
Ex quo loco Interpretes notarunt, effigiem illius Deæ ante inchoationem iudiciorum & dimissionem, in Ecclesiast ferri solere: quo signo vel judicare incipiebant, vel definebant. Sed jejunam hanc observationem & ambitionem existimo. Vult enim simpliciter, ut ego quidem arbitror, Poëta, τῷ θείῳ τῷ δίκειῳ, una cum Jove, διμεσαῖς, & omnem protestatem τῷ λίνῃ τῷ γαλάζειν ταῖς ἀγορᾶς, penes illos esse. Ceterum Hesiodus τῷ τέλειον

νέος βασιλεὺς, id est; τὰ δίκαια, τὰ δίκαια, τὰ δίκαια, judicia inspectionemque eorum, hoc libro, non Jovi, sed ejus vicariis Daemonibus tribuit, utpote ἐν τῇ ἀράξῃ εἰπεῖν Φ. Δίδος, ut alibi dis-
putavimus. Quae omnia cognoscere eum oportet, qui, cum fructu suo & aliorum, Hesiodi hoc Scriptum interpretabitur. Unde infra, postquam eos dixit, *quidam* τὰ δίκαια, concludit ἕτερος τὸν γέρας βασιλεὺς. Quam postremam vocem non benè videntur perceperisse Eusebius & alii. Porro, existimo ego, si hæc verba ita scribantur, ut ex tertio casu fiat quintus, posse hos versus commode ad Persen referri, & ita interpungi:

Κλῦθι ιδὼν ἄτον τι, δίκη δὲ ιδὺν δέμισες

. Τύρι, ἵψα Νέα, Πίστη, ιδόνυμα μιθωτικόν.

Est enim elegantissima quædam operis totius σύγκλισις, quæ hæc proponitur. Ita dicebatur antiquissimum usitatum κακεῖνος ή σαρπιών χῶμα quoddam, in procemiis. Cohæret id autem cum proximè præcedenti, ubi ad attentionem Perses invitatur. Illa autem verba, Κλῦθι ιδὼν ἄτον τι, nihil amplius designant, quam quod infra:

α. Πίστη, οὐ γ' τῷτο πᾶν ἐντάσθι θυμῷ. Sequentia, δίκη δὲ ιδὺν δέμισες, cur ad Persen referri nequeant non video, cùm totum hoc opus. ed spectet, ut αἴτιος δίκαιον Persen moneat. Qui donis labefactando judges, inique cum fratre egerat, &c, ut Grammatici loquuntur, δίκαιος & τικτεῖ: & Hesiod. Huc spectant, cùm alia multa, tum integer locus ille à versu illo, Μηνὸς οὐτε κακόχερτος, ad eum usque, cuius initium est, Πνεῦμας χάρις καρ. Præterea, η ιδύντες non denotat τάξιν aut potestatem in judicando; verum cùm Poëta passim hoc opere τὰ δίκαια δίκαια τὰ οὐ-
λεῖνον opponat, mirum non est si ex Archaismo vetere οὐτε τικτεῖ Grammati-
cus, qui hoc exordium præfixit, δίκη ιδύντες δέμισες δίκαιος: quamvis ιδύντες plerumque Poëtis sit non aliud quam meinten. Dan. Heinicus.

10. Εἶδος Νέα Πίστη] Est hæc occultior oppositio, inter id quod petit *Hesiodus* à Jove, & id quod se ipse pollicetur facturum; quasi diceret: *Tu quidem jure dirigo judicia*; hoc est, fac ut judges juris rationem habeant in judicando: *ego vero Persæ vera dixerō*; id est, nam ad me quod attinet vera quidem Persæ dicere queam, sed non possum facere ut veritatem præferat mendacio, aut justitiam injustitiae. Nam vox Græca ιδόνυμος & Latina *verus* utrumque significant, ut notum est. *Clericus.*

11. Οὐκ ἄρτα μήνος] Sic incipit Hesiodi liber οὐρανοῦ μήνον. anterius addititia sunt teste Plutarcho. *Gnictus.*

12. Οὐκ ἄρτα μήνος ἔτε.] Secuti Plutar-
chom & Pausaniam seorsim hæc olim edidimus, magnoque charactere distin-
ximus: quorum alter Sympos. VIII.
Probl. I. Eratонem cùm Hesiodi Εργα principium caneret, ab hoc versu in-
choasse dicit. Alter Boeotos præcēdium ad Musas omisisse, & principium ope-
ris τὸ οὐτε τὰ δίκαια statuisse. Hujus verba
sunt: Βοιωτῶν οὐ οὐδὲ η Βατάνα αἰκύτες παρελαμβάνει οὐδὲν λέγουσι, οὐδὲ Ήσιός οὐ-
τίσσεις οὐδὲν η τὰ Εργα, οὐδὲ τίταν οὐ τὸ οὐ τὰ
Μίσεις οὐτε προίμον, οὐχὶν η ποιότες τοῦ
το η τὰ δίκαια λέγοντες. Illius: διὸ οὐδὲ-
τον ητελέσθε φίου η Ερατονα τοις η λύγει.
ἄστρος η τὰ πεζά την Εργα, Οὐκ ἄρτα μήνος
ητελέσθε φίου, οὐτε ποτε τον τοις καρποῖς πεπον-
τος οὐρανούμον. Nunc leviter distinximus. *Heinicus.*

12. Νόμος] *Moschopulus* & *Tzetzes* hæc subintelligendum volunt articulum τον, ut series sit: ιππανίστην η τη νόμος,
vir intelligens laudaverit: Neque enim
cujusvis est, sicut recte *Proclus*, secerne-
re contentiones, ut intelligat quid com-
modi vel incommodi afferre possint. Ig-
nitur η νόμος hæc est η την Χάρις, prudens, quæ
notione non tardū usurpatur verbum νόμος.
Quamobrem nullā ratione ab *Heinico* re-
prehendendi fuerunt Interpretes, cùm
præsertim totam suam observationem

H. Stephani Thesauro acceptam referte debeat, ubi & *Phocylidis* versus adducitur male à *Stephano* intellectus. Sic habent ejus verba :

Oὐ χωρὶς μεγάλης διδαχῆς ἀδιδαστοὶ κέντη,

Oὐ γὰρ τὸν νόον οἱ μαθίσκοι ἔδιπλα μαθόντες. *Indoctus* non capit magnam doctrinam, neque enim intelligunt (nempe, eam doctrinam) qui namquam bona didicerunt. Sic, in hoc loco *Hesiodi*, νόος est prudens, seu qui rei naturam intellexerit. *Hesychius* νόον interpretatur σωσία, & νόον σωσία. *Ex Patris Schēdis*. Clericus.

12. Τὸν μὲν τὸν ἴντερον νόον] Non perceperunt hoc, ut debebant, Græci interpretes: multò minus verò qui sequuti hos sunt Latini. Οἱ νόοις sunt εἰς οὐρανούς, & Poëtis, νόοις, εἰς οὐρανός. Sic Phocylides eadem elegantia : Οὐδέ τὸν νόον οἱ μαθίσκοι ἔδιπλα μαθόντες. Ubi εἰς νόον, est εἰς οὐρανούς. Mens est. Duo sunt contentionum genera, quorum alterum laudarit sapiens. *Sapiens*, εἰς νόον. Unde νόοια Poëtis toties εἰς οὐρανό. Hinc illud, εἰς τὸν θεατήν ικανόντας εἴτε νόομα. Fallitur ergo Proclus, qui τὸν subintelligi notat. Nihil familiarius est Poëtis, quām articulum negligere, in ejusmodi : quod cum imitantur Latini, interdum obscuritatem patit. Ita Virgilius :

— numero Deus impare gaudet.

Vult enim εἰς θεόν quo designatur ille de quo agit: εἰς Αἰδον, nimirum. Ita hic νόοις, est εἰς οὐρανό, sicut in Theogonia νόοις est, εἰς θεατήν, dissimulatione eadem. Νικίου δὲ διά τὴν εἰς θεάτρην καλὸν ἄσθλον Ρώμη πέφτει. Nihil elegantius. *Heinsius*.

15. Αλλ' εἰς ἀράγκην] Nempe, furiat à Diis immissis, aut furiatā mente acti. Nihil frequentius, apud *Homerum* & *Hesiodum*, quām homines à Diis in scelerā impelli. Vide dicta ad Theog. v.27. & Scut. 80. Clericus.

16. Περιττὸν μὲν ἐγένετο τὸν ἐρίσειν] Hoc est, statim post homines natos or-

ta est. Εἰ πρέπει πολὺ τὸν ὑπερβοῦν, διάλογον. *Guilielmus*.

18. Θῆκα Νοῦν Κερίδην] Tres Græci interpres ne ordinem quidem horum verborum percepérunt, qui illa Γάιος εἰς τὸν ad Jovem referunt. Antiqui amicitiam εἰς τὴν φίλην constituebant, quam ἀγαπῶν Hesiodus dixit. Hæc contentio à veteribus Philosophis φίλη, appellata fuit: quarum alteram mundo εἰς τὸν πατέρα, alteram hominibus tribuebant. Altera est quam ἀφορίας ήταν dicebant, quam Hesiodus εἰς γάιον εἰς γῆν constituit: altera quam Philosophus lib. Eth. VIII. magis necessariam esse ait, quām est εἰς διηγεούσιν, Rebus Publicis. Notat enim ibi, quosdam existimasse τὴν ὁμοιοιαν τῷ φίλοις constare, quosdam τὴν φίλην. Locus elegantissimus est, & qui adscribi meretur, ubi de amicitia disputat. Διαφορούστε τὴν φίλην αὐτῆς εἰς διάλογον οἱ μὲν τὸν ὁμοιόν φασι οὐς & ὁμοιούς, καὶ κολοῖον ποτί κολοῖον, οὐδὲ οὐκ ποτέ. οἱ δὲ εἰς θεατήν, κεραμοῦ ποτέ τὸν τούτος ἀλλούς φασι τοῦ οὐδὲ αὐτῶν τότεν ἀγάπηντον διηγεότεον εἰς φυσικήν τεργητού. Εὐεργέλης μὲν φάσκων, Ερᾶς μὲν οὐδέ τοις ξηρανδεῖσσαν, εἶτα δὲ σιμόνῳ ἀράνῳ πληρύσαντος οὐδέποτε ποτέ εἰς γάιον εἰς Ηράκλετον, τὸ ἀρτίζον συμπέρειν, καὶ εἰς τὸν Διοφερόντων καλλίστη ἀφορία, καὶ πάντα κατ' ἥρην γένεται. Εἰς θεατήν δὲ τοῦτος, ἀλλοι περὶ τοῦ Βασιλούλας. τὸ γὰρ ὁμοιόν τοῦ ὁμοιού εἰσιν. Interpretibus autem qui verba illa, Γάιος εἰς εἰς γῆν, ad Jovem referunt, non ad τὴν ἡρην, nescio quid in mentem venerit. Sed de his ad ipsos. *Heinsius*.

19. Καὶ ἀρρόδος πελλὸς ἀμέτινον] Sic interpres: Εἰς inter homines longè meliorē alteram. Scaliger.

22. Αρέμιθνας οὐδὲ φυτεῖν] In ἀρέμιθναι sunt duo μ., ut producatur εἶναι, nam aliter esset breve propter οὐδὲ; sed si esset οὐδὲ, non opus esset duobus μ. Scaliger.

24. Εἰς ἄρην τονίσσεται] Οἱ ἄρηοι est commune, sed τὸ ἄρηοι est Atticismus. Scaliger.

25. Κοτίς] Hæc prava invidia est, non laudabilis æmulatio. Itaque ad priorem melius referetur. Sed ordo à Poëtis, ut à Geometris, non est exigendus. *Clericus.*

27. Ω Πέρση, σὺ δὲ] Veteres post vocativum ponebant σὺ δὲ. *Scaliger.*

29. Νέκις ὀμητεύοντα] Interpretes non satis expresserunt vim participii ὀμητεύοντα, nam διατίδειν τέκει non est simpliciter *lites spectare*, sed curiosè & anxie considerare; ut ii faciunt qui, rebus relictis, solas lites attendunt. Sic Iliad. Δ. Τί πάστεις, οὐ δὲ ὀμητεύεις πολέμου γερίφας; Quid trepidas, quid anxie aciei intervalla circumspicis? Rursus Iliad. Η. Λαδηπὸς ὀμητεύεις, clam attenē considerans. Ad quæ verba Eustathius docet ὀμητεύειν esse ἴππτειν καὶ διηπεῖν, *introspicere*, & *observare*. Denique Odyss. T. ὀμητεύωντας γυναικας, interpretatur σείρην φέλειν, *curiosè intueri*. Vult autem factum esse ab ὅπῃ, ex quo ὄπιος & per reduplicationem ὀμητεύων, unde παθιοντας, curiosus *virginum observator*. Ex schedis paternis. *Clericus.*

30. Οὐν γάρ τ' ὄπιγν] Quamvis, contra Gracorum Interpretum & plerorumque Editionum auctoritatem, nihil temere mutaverim; tamen, si quid mutandum, lubens Aldinam editionem sequerer, quæ ὅπη, cum spiritu aspero, habet; quam etiam Heinlius, in minoris formæ editione, una cum vulgata Latini versione, sequutus est. Sensus esset longè præstantior; nempe, ei cui vixus in annum domi non fuerit repositus, breve tempus esse, quod litibus impendat. Sic loquitur Homerus, Odyss. Λ. Οὐν τοιούτων μῆδων, ὥρη τοῦ νῦν ώπη, *tempus quidem εἴτε multorum sermonum, tempus vero & somni*. Odyss. Ζ. Νῦν δέ ὥρη δόρποιο, nunc *tempus εἴτε cæna*. Ex Schedis paternis. *Clericus.*

33. Νέκια καὶ δημητρίοις δρέπανοις] Οὐκ ὅπη πάντες τις ὡς ἀρέτεις τέκει φιλόδικος, ἀλλ' ἐκ σεβασίας ἰδεῖται τοιούτους τοιούτους τοιούτους δρέπανοις τις Πέρσην, ὃν μάλιστα πάν-

τορ ἦρχεν ἔργον τοιούτους τοιούτους διατίθειν καὶ ἀργός· νῦν δὲ ἄπορος ὡς τοιούτους ἔργοις ἦρχεν μάλιστα δρέπανοις ἀπὸ τοῦ διώδετρος τοιούτους τοιούτους δρέπανοις. Proclus. Non quid dives litigiosus esse debeat; sed a fortiori demonstrat Persæ, quod, si dives cum fueris, vix debueris lisibus & foro vacare, nunc certe, cum pauper sis, multo magis te in illis operibus occupari decet, unde tibi ipsi vicium possis comparare. Rob.

34. Σοὶ δὲ ἵκαν δύτηεροι ἔσται οὐδὲ ἔργοι] Non bene venustatem hujus formulæ, quæ hic latet, assequuntur magistri. Tres enim Græci interpres, illud δύτηεροι per τὸ πάλιν, vel τὸ in δύτηεροι exponunt, quasi hoc dicat Poëta, Primò hoc fecisti, non facies secundò: semel fecisti, non facies iterum. Verum aliud voluit. De quo obiter. Antiqui cum stricte aliquem cogerent, unam conditionem proponabant, cui astrinabant eum: cum minus cogerent, sed plus permetterent, secundam statuebant, usitata formula, τὸ δύτηεροι ἔσται: id est, si primum non placet, licebit & secundum. Διώπερ δὲ, nihil aliud est quād ἔξιται, & potentiam denotat, seu licentiam potius. Errarunt igitur, primò cum τὸ δέ τι per se, hic, ἐπειδὴ τὸ ἔξιται ponи existimarunt: secundò τὸ δύτηεροι, pro τάλαι acceperunt. Mira venustate dictum est, οὐδὲ ἵκαν δύτηεροι ἔσται οὐδὲ ἔργοι, pro, οὐδὲ τὸ ἔξιται τέτοιο ἐπὶ πάλιν ποτὲ τὸ δύτηεροι. ordinem non denotat, sed licentiam. *Heinlius.*

37. Κλῆροι ἑδαστίους] Patrimonium dividere, aliter herciscere. vide Festum, & quæ ad illum notavi. *Scaliger.*

Ibid. Άλλὰ τι ποταὶ] Lege: άλλὰ τι ποταὶ. *Grietus.*

37. Άλλὰ τι ποταὶ] Omnes Codices habent άλλὰ τι ποταὶ, alia autem multa; sed melior est lectio quam Grietus proposuit, άλλὰ τι ποταὶ, sed plurima. *Hæreditatem*, inquit Hesiodus, *divisimus*, æqualiter sc. *Tu vero ambitu & donis τι ποταὶ, majorem partem rapuisti.*

Πολλοὶ sine articulo, *multi*, οἱ πολλοὶ, comparativo penē sensu, *major pars*, *plurimi*. Rob.

39. Διεργάτης] Quid, cùm, re familiari neglectā, audiendis ac dirimendis litibus operam darent, publicē exigerent aliquod donum mercedis loco, & privatim à litigantibus munera acciperent. Adi quæ de Dejoce habet Herodotus Lib. I. Erant autem aliquando uno in populo plures hujusmodi Reges, ut liquet ex Homero Odyss. Θ. vſi. 40, & 41. ubi plures Phæcum Reges memorantur. Erant, nimirum, Judices, ac Senatores potius quam Reges. Vide notata ad Theogoniam v. 85. Clericus.

39. Διεργάτης] Ita penē Proclus. Βασιλᾶς οὐ τὰς δίκαστας, ἐπειδὴ τὸν λέγοντα γὰρ αὐτὸς ἔγραψεν οἱ πάλαιοι, οὐ Ομῆρος.

Αλλ' ἦτι βασιλῖς Αχαιῶν εἰσὶ καὶ ἄλλοι.

Qui nunc sunt judices ἢ prefecti eos vocat reges; ita enim eos nominarunt Veneres, ut Homerus.

Sed quidem ἢ alii sunt Achivorum reges.

Sed quod simil notat Vir Cl. ejusmodi judices Διεργάτης vocari, “quid, cùm “re familiari neglectā, audiendis ac dirimendis litibus operam darent, publicē exigerent aliquod donum mercedis “loco,” id nondum compertum habeo, nec cuius historie testimonio innititur scio. Contrarium certe inferri potest ab his quæ de Dejoce habet Herodotus lib. I. Γιλεῦται οὐ ἀτὶ γνωσθὲ τοῦ δικαιοτέρουται, οὐα πατρούοδίου τὰς δίκας δικαιεῖν κατὰ τὸ ἔδυ, γνὲς οὐ Διοῖκεις εἰς ἁπὺτον τὰς αἰτιατίδιμος, ἡτοι γνήσιαι ἐπι μηδεὶς ἴδεται σφέτερον σφετερίων ἰδίκαζε, ἐπειδὴ δίκαιος ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς εἰς τὸν λοιπόν τοῦτον ἐξεπλήκτα, τοῖς πάλαι δι' οὐπαρα δικάζειν. Quum verò numerus accurrentium semper cresceret, utpote qui intelligerent sententias ex vero terminari, Dejoces animadvertisens universa in se unum incumbere, neque amplius illis confidere, ubi prius præsidens iudicabat, volebat, neque omnino se iudicabat,

caturum amplius dixit; si quidem non ē re sua esse, si totum diem, rebus suis neglectis, dirimendis alioram sibi im-penderet. Si verò dona accepisset Dejoces mercedis loco, vana esset de negle-ctis rebus privatis querela; & si in illis temporibus mos esset, ut dona judicibus publice darentur, haud sanè paſlus esset Medorum populus tam justum laudatumque virum mercede solita carere. Om-nino igitur Διεργάτης vocantur judges, non quid munera publice acciperent, sed quid donis privatum acceptis corrūpti iustitiam perverterent. Rob.

40. Οὐ φέρειν ἅμα τοῖς πάλαιοις] Plato Lib. V. de Republ. hoc præceptum ingerit avidioribus Magistratibus, ut eos coēr-ceat. Sic & III. de Legibus, agens de Regibus Argivorum & Messeniorum, qui rapacitate &c universam Græciam in exitium præcipites dederant: Αἴ τοι ἀγρο-στοῖς & Ησιοῖς ὄρθοτατα λέγοντα, οὐ τὸ ἅμα τοῖς πάλαιοις δέ τοι πάλαιον; ὅπερα γε τὸ τέλον λαμβάνοντας ζημιῶντες, τὸ δὲ ἅμα μίστον, τὸ τοῦ μίστου τὸ ἀμέτερον πάλαιον ἕγοντες, ἀμετοντος τοῦ χρείας: Numquid illud ideo acci-dit, quod ignorarent Hesiodum rectissime dicere, dimidium toto sapè pœſta-re? Quandoquidem damnosum est rem-sotam accipere, dimidium tantum accipere moderatum est. Moderatum vero immodico & immoderato, tamquam po-titas pejori, antecellit. Ex Schedis pa-ternis. Clericus.

41. Οὐδὲ οὐσιαν ἐν μαλάχῳ τι τῷ ἀροδίῳ] Duos γένα γόντας constituit Homerus: τὰς δίκες, τὰς τε περικλεῖτες. Cur ἀροδίῳ λε-maria mortuis tribuat, multum olim dis-putarunt veteres, quamquam frustra. Nam quid apud Eustathium legitur hoc fieri, οὐδὲ τὸ σέρι τινα αὐτὸν ἐμοιογενεῖ, & asphodelon, dictam, quasi αὐτὸν, οὐδὲ τὸ καρπούνταν τριχῶν αὐτὸν, quid est, nisi miserum Grammaticorum θεραπευταν delirium? Recte Λαροδιλὸν λεμνῶν illis tribuit, quid extra necessitatem vitæ hu-jus sint, nec cura tui familiaris illis im-pendeat,

pendeat, sed vita simplicissimo vivant: qualis ἡ μαλάχη ἡ ἀσφόδελος est, quibus ante τὸ θηριωπικὸν homines vivebant, & sanctissimi quique Philosophorum postea, qui illam in vivendo νήσαν, quam poëtae βίον ἔκλισον vocant, sequebantur. Quid Horatius his verbis respexit:

Premans Calenā falce quibas dedit
Fortuna meſſem: dives & auricis
Mercator exſuccet cululis
Vina Syrā reparata merce
Diis carus ipſis: quippe ter & quater
Anno revisens aequor Atlanticum
Impane: me pascunt olive,
Me cicborea, levesque matue.

Hinc mortuis hominibus in tumulo malum, asphodelumque serebant, ne deefset illis cibus. Et hoc voluit sibi Porphyrius in quadam Epigrammate, ubi tumulum his verbis introducit: Νέτρῳ μὲν μαλάχῃ τῷ ἀσφόδελον μανεῖσθαι, Κλεπτῷ δὲ σύρᾳ ἔχειν, id est: Foris quidem matvam asphodelumque babeo: Intus verò mortuum clando. Nam non integros versus citat Eustathius, neque ad verbum, quod indicat vox σύρα, qua utimur, ut legum consulti, voce Titii. Hinc Homerus quoties campum eum describit, quem Aſphodelum vocat, his plerumque verbis utitur: Τῷ ἐπὶ ἑταῖρον βιοῦ τῷδε ἀσφόδελον, id est, Ubi facillima vivendi ratio est hominibus. Opponunt autem poëtae τὸ ἐπίστριτην vita regum & injustorum principum plerumque, καὶ τὴν πολυτελεῖαν ἀδίκην. Nam τὸ ἑταῖρον & ἀλέχαιον, pro simplicissima voluptate ponunt, quæ ut longissime ab θηριωπικῷ ſeculo abeft: ita maximè ad ἡμερικὸν, & prifcam illam vitam accedit. Sic Theocritus de Cyclope ſuo: Οὐτὸν γὰρ ἐδίσα θάλαττον οὐκέτι οὐδὲν οὐδὲν Πανάριον. Hesiodus negat injustos judices illos, quid sit τὸ ἐπίστριτην ſcire; & per conſequens μαλάχην & ἀσφόδελον ignorare: ex quo tempore Dii vivendi genus, quod ſub ἡμερικῷ fuit, ſub θηριωπικῷ abſcondere coepertunt. Atque hæc cauſa est, cur Lucanus vita

hanc simplicitatem, Deorum munera vocet, nondum intellecta: eodem plane modo cum Hesiodo noſtro lib.v.

— o vita tua facultas
Pauperis, angustique Lares, & mu-
nera-nondum
Intellecta Deum! quibus hoc con-
tingere templis
Aut potuit muris, nullo trepidare
rumultu
Cæſarcā pulsante manu? —

Nec aliter intelligendus ille Claudiani locus, qui vivendi facultatem vulgo esse negat. i. in Ruffinum:

Hecc mibi paupertas anguſtior. hoc
mibi tecta
Culminibus majora tuis, tibi querit
inanis
Luxurias nocitura cibos: mibi de-
nat inemptas
Terra dapes, rapiunt Tyrios tibi
vellera succos,
Et picturatae ſatiuantur murice ve-
ſtis,
Heic radiant flores, & prati viva
voluptas
Ingenio variata ſuo. fulgentibus il-
lic
Surgunt ſtrata toris: beic mollis
panditur herba,
Sollicitum curis non abruptura ſo-
porem.
Turba ſalutantium latas tibi perſtre-
pit aedes:
Heic avium cantus, labentis mur-
mura rivi.
Vivitur exiguo melius: natura bea-
tis
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognovit uti.
Heic ſi nota forent, frueremur ſimi-
plice cultu.
Classica non fremerent, non ſtridula
fraxinus iret,
Non ventus quateret puppes —
Beatos vocat, quos Homerus μάρεται, &
ἑταῖρος. quorum ignotam eſſe ait vi-
tam,

tam, sicut Hesiodus *κυρίδει τῷ βίον.*
Quales nec ii sunt qui ex judiciis vi-
vunt, nec ii qui ex bello, sed nec ii
qui ex navigatione, id est, *Mercatura;*
quibus omnibus poëte opponunt τὸ ζῆν
ζῆν, & τὸ οὐτεῖς, quod ex ἀφοδίᾳ, &
μαλάχῳ percipitur. Quæ vita maximè
ad illam, quæ sub ἡγεμονίᾳ fuit, acce-
dit. Fuit enim hæc opinio eorum, τὰ
τὰ σύμφωνα ἀγαθὰ, τὰ δὲ διάποντα αἰγα-
τίαι. *Heinsius.*

41. *Εἰ μαλάχη τὴν ἀφοδίᾳ μαρτυρεῖσθαι]* Plutarchus in Convivio septem sapientum: ἀγαθὴ μὲν μαλάχη βραδύται, γαλήνη δὲ ἀρδεόεις: bona est ad edendum malva & dulcis anticerus; hoc est, scapus asphodeli. Frugalitatem hoc versu commendari idem Scriptor docet; nam postquam egit de Epimenidis, eo viatu uten-
tis, dixit, *Hesiodique* versum protulit, subjicit: οἱ δὲ τὸν Ἑρακλέα ἵβεται τὸ πάντα,
καὶ τὸν ἄλλον ὁρτα τὸν τοῦτον δεῖ, καὶ τοὺς τὰ λιπό-
τα τὸν ἄλλον τὸν τοῦτον δεῖ τοῦτον δεῖ; *Exi-*
stimas vero tale quid Hesiodo in me-
tem venisse, ac non potius cum, ut est
affidius parsimonie laudator, ad cibos
utilissimos nos, quippe dulcissimi qui sint,
voluisse adborrari? Tum verba allata
subjicit. Ceterum quæ de Diis, facile
viventibus, & defunctis, qui in Elysianis
campis malva & asphodelo vesci fin-
guntur, hoc loco, assert *Heinsius*, sunt
ἀπεγνῶνται; præfertim cum numquam
is cibus Deorum fuisse dicatur. *Ex*
Schedis paternis. De Asphodelo egerat
Hesiodus in alio Opere, in quo *in Syl-*
vis pasci dixerat, ut docet Plinius Lib.
XXII. c. 22. ubi & *Alimon* malè cum
eo confundi ostendit; qua de re vide &
Claud. Salmasium Exercit. Plinian. Cap.
XI. p. 122. Ed. Ultrajectina. *Clericus.*

41. *Αφοδίᾳ μίαν ὀνειρεῖσθαι]* Apparet ex
hoc veteres ex Asphodelo comedisse.
Scaliger.

42. *Θεῖς* Tribuit hæc Hesiodus om-
nibus Diis, quod sexto abhinc versu so-
li Jovi acceptum refert; quod non raro

unius factum, ad omnes ejusdem gene-
ris, vel ordinis referamus. *Ex paternis*
schedis. Clericus.

43. *Πνιδίοις γάρ καὶ τῷ ἡμέτον ἥρατοι,*
τοῖς οὖτε εἴναιτον ἔχειν] Venustissimo
idiomate οἱ οἰς εἴναιτον ἔχοτε dicuntur οἱ
τάνατοι, quibus opponebantur οἱ οἰς ἡμέραι
ἔχοτε. Herodotus Clione: Οὐ γάρ τοι
μέντοι τάνατοι μᾶλλον τῷ τῷ ἡμέραι ἔχοτε ἀλλα
σιετέστε δι, οἱ μὲν οὐ τῷ τάνατοτο, τάντα το-
ια ἔχοτε πειστήσαι τὸ βίον. *Heinsius.*

43. *Ἐπ’ ἡμέτον ἥρατοι]* Erasmoς φαῖται οὐ
γνωμόν, ὃδε ἐπέρι τοχεῖν πάτε, οὐ διανοῦ, ἀλλα
τοῦ αὐλοῦτον οὐδὲ παρτῶν. Tzetzes. Per ep-
horias intelligit non agriculturam, aliarn-
ve quamvis artem, illa enim nomadum
inventæ erant, (ante sc. illa tempora
quibus Jupiter vitam absconderat) *sed*
collectionem frugum (sponte nascenti-
um.) Poëta enim loquitur de aurea
estate, de qua infra dicit,

Καρποί δέ τοιποτε γενικεύεται

Αὐτομάτη ταλλοί τοι, καὶ ἀρδοντο. *Rob.*

45. *Πλατύλιον]* Gubernaculum, hoc
est, non cures neque navigationem, ne-
que agriculturam. *Scaliger.*

45. *Ταῦρον κατεῖ*] Ne corrumpatur, pu-
trefiat. *πλατύλιον* est gubernaculum. *Gue-
sus.*

45. *Πλατύλιον ψεύτην κατεῖσθαι]* Hoc
est, uno die piscatus tantam piscium co-
piam caperes, ut diu quiescere posses,
atque interea clavum ad focum suspen-
dere. Vide v. 629. De hisce in Theo-
gonia, v. 440. *Clericus.*

47. *Ἄνδρα θεῖς ἵψεις]* Ope Pandoris,
de qua in Introductione nostra. Quo-
modo à Fortuna cœperit *κυρίδει τῷ βίον*,
etiam Philosophi ostendunt: ut merito
Antoninus, Imperator & Philosophus,
τὸν πάντα in vita humana ἀπέκμαψε dixe-
rit, rem impervestigabilem quæ veluti
nubem quamdam & caliginem, reliquis
rebus humanis induxit: ut impossibile
sit hominem ad finem in re Oeconomi-
ca & reliquis, ad quæ virtutis opera per-
venitur, pertingere inoffenso gradu. Tis,
dicunt

dicunt Platonici, ὅτι ταχὺς καὶ ἀσφαλὴς ἀνθρώπος, ὃς μὴ ἵππος ἡδίζεται χειράρχης αρχαῖος, ἢ χειραῖς ἀδίκης, ἢ κρηπίδω, ἢ πτυχές; τίς δὲ ἔτοις καθηρότας ἀγαθὸς τούτος εὔσοχος, ὃς ἀπειράτης θελῶν ἄντει κλύσεων τούτος ζάλης, τούτος πενιάτων ἐρεστής, τούτος πεταραγγελίας; Itaque concludunt: virtutem quidem per se certam esse, sed in lubrica & incerta materie versari, causā scelestæ illius veneficæ, quam cum ebria anū conferunt: est enim revera χρῆμα πορὸς, τούτος ἀστιδμός, & κάλυμμα πού χρήσις τούτων, quæ totam vitam possidet, ac ne quidem nobis, qui minima speramus, certi quid relinquimus. In Academiis sēpè, more Graecorum, τέλον τούτον sufficiunt; præclaræ contræ ingenia, & quos nihil pejus habet, quæcum quod quicquam Fortunæ debere coguntur, per omnem vitam τῆς βιτίου τούτου περισσών. *Heinsius.*

48. Εξαπάτην Περμάντων] Vide Theogoniam v. 521, & seqq. & quæ illic nota. *Clericus.*

52. Τερπιάραιον] Nonnulli, teste Moschopulo, hanc vocem exposuerunt torquentem fulmen, sive boyles fulmine subvertentem, facta metathesi τῷ ἐν τῷ τέλον. Sed perperam. *Rob.*

56. Πῦρ ἀνδρῶν ἀλογῶν] Multum sēpenumero errarunt viri magni, quod in Graecorum Poëtarum scriptis non distinguenter epitheta quæ καὶ παρέλατο πονuntur, ab iis quæ στόρτων, & ex sensu pendunt. Nec propterea à summis hujus ævi viris Homerus reprehendi debuerat, quod Achillem lachrymantem πόλες ἀντί fecit. Est enim illud πιονάζων, & quod Achillem comitantur καὶ παρέλατον, non ἐκ στόρτων. Sic, ne longè exempla petamus, Poëta Iliad. III. Menelai manum παρέλατο dixit in στόρτων: in Odyssea Penelopes καὶ παρέλατον, & ut antiqui loquebantur, καὶ ἀναγλαζίων. Eodem modo noster in Clypeo ἀνδρας ἀλογός, οὐτε στόρτων. Άλλον μὲν ὑπαν μετὰ φρεστον, ἄλλον διστον Ανδρας τὸ ἀνθεγγόν ἀγέντας ἀλητῆρα φυτούσῃ. Hoc loco in στόρτων. Ita ut ex hac

voce magna pars Mythologæ hujus pendeat, quam nos libro singulari primi eruimus. Dedit, inquit, Pandoram, maximum obstaculum iis hominibus, qui circa investigationem rerum necessariarum versantur. *Heinsius.*

56. Σοὶ τὸν αὐτὸν μήτη τῆμα] Idem penè de Patide sēpius Homerus. Il. G. 50 &c.

Πατεῖ τὸ σῷ μήτη τῆμα, πολὺ τε, ταῦτα τε
δίκαιοι,
Διορθώσον μεν χρῆμα, κατηρέντες δὲ οὐκ εἰ-
τοῦν.

Et rursus Z. 283.

Μέτα γάρ μιν Ολύμπιος ἔπειρος τῆμα
Τρωῖ τε, τούτοις Πειθώ μοχαλάτοι, τοῖς τε
παισί. *Rob.*

58. Αμφαζαπτότης] *Vobementer amantes.* Ita verto, non ut aliqui interpretes, simpliciter, *amplectentes*. Hesychius tamen *Αμφαζαπτότης*, Λαογύριον. Languidius dictum de Pandora, quam omnes Dii amabilem effinxerant. Et Moschopulus, Πιεστάλποτης, φειδῶς ἀγαπῶτης τῷ εὖ καύσοι. *Rob.*

59. Εἰ δὲ ἰχλαστε] *Moschopulus* interpretatur de effuso risu; nam irascitur quidem contentus, sed ridet, si sciat se facile ultionem sumturum. *Tzetzes* vult esse *subridere*. Sic sanè *Virgilius* Mezentium indignantem inducit *Aeneid.* XL. *Ad quem subridens, misera Mezentius ira.* Utroque modo verbum ἰχλαστε interpretatur *Eustathius* apud *Homerum*, τὸ εἰς δημοτὸς γλῶττα, τὸ παραγόντος γλῶττα. *Ex scedis paternis.* *Clericus.*

59. Εἰ δὲ ἰχλαστε] Origenes hunc versum citans pro ἰχλαστε habet ἰτιλιανον quam nonnulli meliorem esse lectionem existimant, utpote convenientiorem Jovi tunc temporis irascenti -- Τὸν δὲ χρωμάτην. Sed venustior est sententia Scholiastæ, Θρυψτα πᾶν απεργενέμενον, μέλλει δὲ πέλει τῷ ἐπόπτῃ τούτων. *Irascitur quidem contemptui babitus, ridet verò si ultionem speraveris.* Sæpiissime quidem risus cum contrariis affectibus conjungitur;

tur; in cojus exemplum apte satis Mezentium Virgilianum adducit Clericus,
Ad quem subridens mista Mezen-
tius ira.

Homerus etiam Andromachen inducit
Il. 2. οὐρανούς γελάσαντας. De impiis homi-
nibus dicunt S. Scripturæ, quod, sedens
in cælis ridebit, Deus subsannabit eos.
Et Miltonus nostras de Angelis rebellibus.

*Mighty father, thou thy foes
Justly bast in derision, and secure
Laughst at their vain designs, and
Tumults vain.*

His rationibus inductus τὸ ἔχειν veram
esse lectionem censeo. Venustior certe
est, eique omnes Codices patrocinan-
tur. Alios etiam Hesiodi versus haud
satis accurate citavit Origenes, labenti
forsitan memoriaz confusis, unde licet
conjecere in hunc etiam versum erro-
rem irreprobilem. Rob.

62. Αἰδανάτως ἢ διάδημος τὸ πέπλον] Ita Homerus de Helena Il. G.

Αἴδην δ' ἀδανάτην διῆς τὸ πέπλον. Rob.

65. Καὶ χάρις ἀμφιχέι] Pulchritudo
Veneris esse donum dicitur à Poëtis. Il.
Γ. 54 &c.

Οὐχ ἄν τοι χραιόμην κίνδυνος, τῷ τε δῷσῃ
Αφερδίτης,

Ητι κόμην, τῷ τε εῖδος, ὅτι ἐν κονίσιοι μαχέας.

Et Il. 2. 215 &c. in Veneris cingulo
istiusmodi oblectamenta inclusa esse di-
cuntur.

— Εργάσθε οἱ θελκτήεια πάντα πέπλα
Ενδ' ἦν μὲν φιλότερος, ἐν δὲ ἵμαρθρος, ἐν δὲ
δασείσις,

Πάρδασις, καὶ τὸ ἔλεγχον τῶν πάντα πέπλα φε-
ρόντων. Rob.

ſtenderem hanc artem nec Hesodo no
stro ignotam fuisse, quod ex hoc præci
pue loco illustrandum duxi, quoniam præ
laudatis illis versibus Homericis affinis
est.

Tas δὲ ἀρίτης ἴδρυσι τοι τοι περιεργασίαις ἔρ
γοι.

Ἄδεστον· μαρκός δὲ τοι ἔρθρος σίμως επ'
αὔτιλος,

Kαὶ τοιχοὶ τοι περιγράφονται δι' οἰς ἔργο
τεναι,

Πριδίδιν δὲ ἄπορα σίλαι, χαλιπάτη εἰς τοια.

In illo versu quo via longa & ardua este
dicitur, tria nomina eandem terminatio
nem habentia, ideoque longiorem vocis
pausatam facientia, usurpantur — μαρκός
τὸν ἔρθρον σίμων. Asperitatem vero viæ de
scribit asperrimis literis coëuntibus, &
longiori pausa in versu medio — καὶ
τοιχοὶ τοι περιγράφονται. Quam vero facilitat
em progressus in cacumine velit descri
bere, diversis numeris utitur, & vocales
adeo frequentes, celereisque verborum
cursu exhibet, ut quemadmodum lo
quitur Dionysius, ταῦτα ἡ γένος τοι πε
ριγράφει τοιχοὶ εἰς τοια, ἀλλὰ τοιχοὶ μημετικάστα τοι πε
ριγράφει περιγράφονται.

Πριδίδιν δὲ ἄπορα σίλαι, χαλιπάτη εἰς τοια.

Rob.

291. Iuicai] Cūm veteres hunc locum lau
di

laudantes habeant *ixnū*, nec dissentiant Codices, mallem hoc retinere; non enim video cur via dici nequeat *oīs ἄρπος οἴηται, περινεῦται, περινεῦσαι ad summum montem.* Imò subaudiendum *ώδε* ostendit sequens *κομινίνυμ* *ἔνδιν.* Clericus.

291. — *Ιντιλί δι' εἰς ἄρπος ιχνούς]* Cum hunc librum aliquot juvenibus nuper explicarem, monebam eos, emendandum, *ικανα*, quamvis apud Clementem, Philonem, Xenophontem & alios aliter legi non ignorarem: de eodem postea me monuit illustrissimus Scaliger, & doctissimus Meursius. Heinicus.

293. *Ος αὐτὸς τάρτας ρόνος]* Quomodo *ρόνος* apud Hesiodum sumatur, ostendimus suprà, ad locum illum, *# μήτι καὶ τέτετεντον ρόνος.* Cujus significationis elegantiam si perpendissent interpres, legendum notaferint, *ότι αὐτὸς τάρτας ρόνος.* Ceterum *αὐτὸς* sumitur elegantissime sicut apud Theocritum in illo, *Πομάκου τοῦτο τὸ σύλλογον αὐτοῦ ἀπολαύσον.* Apud Virgil.

Ipsae lacte domum referant distincta capella

Ubera —

Ipsae, id est, *sponse suā*, *ότι αὐτὸς ρόνος τάρτας*, est, *ότι ταῦτα αὐτὸς, ταῦτα γετέ αὐτὸς, σφόδρα ὡν*, qui opponitur, *ηγεγένετο* *τοὺς τριτοτάρους σφόδρα γεγονόν.* Heinicus.

293. *Οὐτος μὲν παρέδεσσος]* *Ζήτων μὲν οἱ Στρυμόνες ἐνιλαττοῦσι τὰς σίχυας, λέγον*

Οὐτος μὲν παρέδεσσος οὐδὲν σινέτην πάθητω.

Εἰδὼς δὲ αὐτὸν γενεῖνος οὐτὸν πάρτα ρόνον, τὴν ὑπαδεῖαν φερούσαν διδέει, τὴν οργίνον δὲ τὴν διωτείαν. Λειτίκης δὲ ἀπὸ βαρνίας, οἱ Σαυραπότες, ἔλιτρα, συμβέλια διδουται χρεῖον τῇ τοποτοῖ. Pro. Horatius autem (Epist. 17. Lib. 1.) prudentiae principatum attribuit.

Quamvis, Scæva, satis per te tibi consulis —

Ad quem locum apposite Dacierus citat Livium Hesiodi verba pene transferentem. “Sæpe ego audivi, milites, eum “primum esse virum, qui ipse consulat “quod in rem sit; secundum, eum qui

“bene monenti obediat; qui nec ipse “consulere, nec alteri parere scit, eum “extremi ingenii esse”. Huic licet ad- jicere & illud Sophoclis Antig. v.731.

Φημί τέ τοι τοιούτοις τούτοις τούτοις.

Εἰ δὲ τοῦ φιλέτη γένος μη ταῦτα γένονται *Καὶ τῷ λιγνότερον εὖ τολμήτῳ τὸ μαστόνεν.* Dah.

299. *Διοῖς γένος]* Valdè hujus Epitheti prodigi, ut ita loquar, erant Veteres, ut vel ex Homero liquet, qui *διοῖς οὐδέτεν, δίνιν σύντονον* *subukum* vocat Odyss. v.234. Sed & eo abutitur hsc *Hesiodus*, qui non tam magnificè loquitur de patre suo, in- fra vsl.633. & 634. Clericus.

299. *Διοῖς γένος]* *Διοῖς γένος* & *Πέρσου λέγει*, *ή διὸν ταῦτα Διοῖς πρὸς ἦσαν*, *ή διὸν εἰς τὰς θύες ἀριστερῶν τὸ γένοντος*, *οὐδὲ Ορέας, ή Καλλινεύλιαν τὸ γένος ἀντίτονος.* Moebius. Quicunque sensus verbis affigatur, ego certe non intelligo quo pacto versus 633 & 634 nobilitati hujus generis contradicant, nisi probaverit Vir Cl. neminem bona stirpe oriundum pauperem posse deve- venire. Rob.

300. — *ὅρπα οὐ λαμπεῖ Εχθράρη, φιλένης]* Parodiam hujus loci elegantem Cratini fecerat;

Εδονή καὶ σῆναρπτι δίδυς χρέειν, ὅρπα οὐ λαμπεῖ Εχθράρη Νη παλισίραρη γενίνος.

Erat autem Connas ille tibicen, poculis addictus admodum, qui Olympicorum certaminum cum victor aliquoties declaratus fuisse, pauper admodum, nihil præter κόπων quo Olympici victores corona- bantur, reservaverat. Aristophanes Ιππ. Στρυμόνος Κορνᾶς σίφαρον μὲν ἔχον αὐτον, διῆτη δὲ διαλούσ. Heinicus.

305. — *τείχουν ἀσπροί]* Pro eo Sto- bæus, νίπταιον ἔδων. Heinicus.

306. *Μέτεντα κορμαῖν]* Tà ἵν τοῖς μέτενται, ἔγενον τὰ μέτενται, hoc est, τὰ τὸ ἀριστερῶν, τὰ αντεστατῶν, τὰ δεξιά, ἔγενον, Pindarus epitaph. Hesiodi: *Ηοῦδος ἀριστερῶν μέτενται* *ἔχοντες σπίνεις*, hominum præstantissimus, summam habens sapientiam. Mētēta sunt bona, convenientia. Gaietas.

306. Σοὶ δὲ ἡργα φιλέσαι μίτερα κομιστήν]
Μίτερα ἡργα quæ dicat Hesiodus non per-
ceperunt Interpretæ. Ac prius Mos-
schopulus, qui μίτερα reddit σύμμετρα τῷ ὅφ-
λῳκῷ : neque Tzetzes, qui σημιὰ ἦν
ἀπεστάτῳ. Multo minus Latinus, qui medio-
cria reddiderunt. Philosophi saepe μίτερα
dicunt, id quod in unaquaque re bona
maximum est. Sic & apud Platonem μί-
τερα λέγων, ubique est, optimè & verissi-
mè dicere : quod quia observatum non
est, & ex eo locus hic dependet. unum
& alterum adducemus. Plato Phædone :
τὸν γὰρ φύλακα τοῦ Φειδίου οὐδείς, ὃν οὐ πό-
λεσσιν καὶ πίπει. Ιεροῖς γὰρ ἐν τῇ αἵρεσι τὸ μὲν
εἰδώλιον τῶν θεοφύλακων, τοῦς γένεστες δεῖ, καὶ τὸ
χρῆμα τὸ αὐτὸν λέγον καὶ τοῦς ἄνδρες τοὺς αὐτοῖς
εἰδόσις θεοφύλακων, τότε δὲ τὸ ὄλιγον σύχον ἔν-
τα, οὐδεν τολμαὶ γεγονέαν, καὶ ἔτοι γένεται τὸ οὐ-
κεῖτον ἀπρόπον, μέγας. ὃν τότε φύλακας εἶναι
οὐ μίτερας ; Εμοὶ γάρ τον Κέλεα, id est : Il-
lud certè anteā existimabam apud omnes
in confessio esse, edendo bibendoque illud
fieri. Postquam enim cibis caro carni
accesserit, ossibus similiter ossa, atque ita
eadem ratione reliquis quæ cum singulis
maxime convenient, maximeque iis pro-
pria sunt, tunc illud quod minimum est,
maximum evadere. Ita tum temporis
arbiterabar : nonne tibi videor optimè ?
Omnino, inquit Cebes.

Ubi cum ex præcedentibus, tum ex
Cebetis responso videmus manifestè quid
sit p̄t̄r̄l̄s. Ita p̄t̄r̄l̄s pauld antē Dialo-
go eodem : Φ αὐτὸν ταῦτα οἵματα εἰκὼν δι-
ξεῖται ἐν τῷ φράγματι, τοῖς σῶμα, τοῖς περὶ λέγονταί
ταῦτα οἵματα μέσαν μοι φέροντα λέγεντα, ἐν
τῷ φράγματι πολυχρόνια διττά, τὸ δὲ σῶμα ἀδερέσ-
ει τῷ φράγματι : id est, Eodem mo-
do ad corpus se babeat anima. Ac si quis
eadem de illis diceret, optimè mibi dice-
re videretur : animam, nimirum, tem-
poris longissimi esse, corpus vero imbecil-
lius minorisque temporis. Hesiodus post-
quam exemplum τοῦ κρηπίδων adduxit, οὕτως
ἄγα μέσην abdortatur fratrem, id est, la-
bores indefatigatos : causam addit : as

καὶ τοῖς ἀρχαῖς βίβεις πάνθεστι γένεται. Ποτὲ τὸ
πάθειν non nisi ex maximis quibuscum-
que contingit. τὸ μέγιστον autem est, τὸ στέ-
πας, **extremus rei terminus.** Theocritus
in Epigrammatis victorem quemdam ce-
lebrat Demotelem, quem ait μέγιστον γένο-
ντειν ἐν ταῖς, quod est, **excelluisse in omni-
bus**, contrā ac existimant Interpretes :
Δημοτέλης ὁ χρηστός, ὁ τετράδις, ὁ Διδυτός,
Καὶ οὐ τὸ μέγιστον διατελεῖ μαρτύριον ἀναδειχε,
Μέγιστος λοῦ ἐν ταῖς. χρῆσθαι ἐκπέμπειν γένεται
Ἄρδης, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ εργοῦντος ἄρδη.
Eodem modo Hesiodus in epitaphio,
quod Pindaro adscribitur, μέγιστον εργίαν ha-
bere dicitur, id est, **multum sapientie,**
vel, **in sapientia excellere.** Id enim quod
optimum est, extra mediocritatem esse
non potest, quia alias ad vitium defle-
ret, & τὸ εργοῦντος καὶ τὸ καλὸν transcende-
ret; ut multis docet in moralibus Phi-
losophus. Μέγιστος igitur est τὸ ἔξοχον in
omni re praeclara. μέγιστος erat in omni-
bus Demoteles, id est, **excellens :** μέγιστος
ἴρη laudat Hesiodus, id est, τὰ ἀπό μέγιστων
ευηγγέλη, καὶ καλέ. Quod Interpretes Gra-
ci minimè observarunt, multò minus
alii. **Heinsius.**

311. Ep̄or δὲ οὐδὲν] Nihil plānius hujus versūs sententiā, cūm præser-
tim toto hoc opere Hesiodus fratrem ad
laborem hortetur, & ab inertia deterreat.
Attamen Veteres ἐπ̄ορ construxerunt casum
ἀντ., quod ansam præbuit Socratis accu-
satoribus accusandi hominem, quasi ju-
venibus nullam rem, quamvis flagitio-
sam, prohiberet. Quod videre est ex
Lib.I. Xenopontis de Memorab. Socra-
tis, ubi sic rem narrat: "Dixit, inquit,
"ejus accusator illum illustrissimorum
"quorumque Poëtarum pessimis senten-
"tiis electis, iisque in testimonium ad-
"ductis discipulos ad vitium & tyranni-
"dem impellere; interque eas Hesio-
"deam illam sæpè usurpare, Opus nul-
"lum est probrum, inertia vero probrum
"est. Quibus Poëram dicebat suadere
"à nulla actione, sive injusta, sive turpi,
"at sti-

"abstinendum esse, sed omnia lucri gravata facienda. Socrates vero, postquam fassus esset accusator, bonum ac utile esse homini operari, noxium vero & malum otio torpere, atque adeo opus bonum esse, otium pravum; eos qui boni aliquid facerent operari, & bonus esse operarios dicebat; eos autem qui talis luderent, vel aliud quidpiam pravi & damnosii facerent, otiosos vocabat. Quo sensu recte habeat dictum illud Hesiodi. Hactenus Attica Siren, quibus haud obscurè indicat Hesiodium & Socratem intellexisse quodvis bonum & laudabile opus. Idem Procli testimonio confirmatur, qui ait à Platone recte hunc versum explicatum, & nostrum Hesiodium cuiusvis secundum naturam opus ἐργον appellare; Homeri exemplo, qui optimum quodque opus ἐργον simpliciter vocat. Similia habet Eustathius ad v. 226. Odyss. P.

Ἄλλ' ἔτι οὐδὲ τέρπα κακὸν ἔμφασις, ἀλλὰ ιδεῖς
ἀλλάς

Ἐργον ἔτιχός.

Ex schedis paternis hactenus; unde colligere interdum à nobis, arte & ratione in interpretando utentibus, ea cerni quæ multò peritiorum olim oculos fugerunt. Clericus.

311. Ἐργον δὲ οὐδὲ ὄντες] Delicatos certè oportet fuisse Veteres, qui in hoc versu αἰδίσθησα scripsisse Hesiodium voluerint: ita ut hæc verba Socrati pronunciata fraudi fuerint. Eustathius: Σωμάτου ὅπερ τὸ ἐργον δὲ οὐδὲ ὄντες, οὐδὲ φυσικὸν Ήσίοδος οὐτοῦ μὲν τὸ διάφανον γενέσθαι, οὐλαβή & σφραγίδες, οὐδὲ τὸ πάντα λέγειν αὐχνά τὸ ἐργον δὲ οὐδὲ ὄντες, πηγεὶς οὐδὲ τὸ θεῖον αὐγαδούς ἐμπεινεῖν, συκοφαντίας αἰτία ποιεῖν, οὐα θρυματίζειν, οὐδὲ ἐργον οὐδὲ, πηγεὶς οὐδὲ τὸ φάληρον, καὶ τὸ χειρόν, ὄντες δια τὸ ἐργον οὐδὲ τὸ πάντα διαλέγειν οὐδὲ τὸ πάντα θεᾶς. Sed Plutarcho accuratissimo Scriptore, & Hesiodi olim Interpretate, quid faciemus, qui hoc propemodum modo hunc versum Hesiodi usur-

pavit: ἵνα τοῦτο τὸ τέρπα κακὸν Ησίοδος, ἐργον δὲ οὐδὲ τὸ θεῖον, οὐδὲ τὸ πάντα διαφανεῖται. Cum tamen τὸ οὐδὲ, non ad τὸ ἐργον, sed ad τὸ θεῖον referendum sit. Sed nihil est usitatus quād elegantiae causā ad usum alium Homeri & Hesiodi versus transferre. Quid si propterea procedat hæc calumnia, singulis versibus peccavit Homerus, nisi ignoremus delicias τῆς παραδίνης. Heinicus.

313. Πλέτη δὲ αἴτην] Horat. *Ex genuso & formam regina pecunia donas.* Scaliger.

313. Πλέτη δὲ αἴτην] Nescio an αἴτην hic loci melius exponi possit *forma, pulchritudo*, & de hoc vocis istius sensu vide Cl. Hutchinsonum ad Xenoph. Kug. Παρ. p. 316. Voce vero sic exposita, huic sententias accommodatius erit Horatianum illud, Epist. lib. i,

*Scilicet uxorem cum dote, fidemque
& amicos,
Ex genuso & formam regina pecunia
donat,*

*At bene nummatum decorat Suadē-
la Venusque. Rob.*

317, & 318. Hi duo versus, teste Plutarcho apud Proclum, ex Homero huc intrusi, cui libenter assentimur. v. 317. Αὐτῷ τοπούτῳ] carat, regit. an legendum datur? Guictus.

317. Αἰδὼς δὲ οὐδὲ αἴτην &c.] Hunc & sequentem versum leviter immutatos ex Homero sumvit Hesiodus; quod, ut habet Proclus, observarat Plutarchus, qui etiam eos ab alio insertos Hesiodeo poëmati credidit. Prior autem desumtus est ex Odyss. P. ubi hic versus legitur:

*Αἰδὼς οὐδὲ αἴτην κακημάθη αἰρεῖται.
Pudor non bonus est egeni viro mendico.* Alter vero ex Iliad. Ω. ubi Poëta de Achille Hectoris cadaveri illudente:

*Γίνεται τὸν αὐτόν πιέγει τὸν οὐρανόν, οὐδὲ οὐρανόν.
Neque ei pudor est, qui homines valde
λαδίς & juvat. Sed non est utriusque
versus sensus idem apud utrumque Poë-
tam.*

tam. Sensus *Hesiodi* est, non oportere quemquam opus refugere, quodcumque sit, si modis illicitum non est, nec aliud quidquam honestius suppetat, quo victimam querat. Ex paternis schedis. *Clericus.*

318. Αἰδὼς ὡρὸς ἀρδεας] Ita pene filius Sirachi cap.4.21.

Εστιν αἰχμὴν ἐπάγοσα ἀμάρτια, καὶ ἔστιν αἰχμὴν δέξα καὶ χάρει. *Rob.*

327. Ιον δὲ τὸ δέκατον] Ex comparatione scelerum, liquet quanti facerent Græci, ab antiquissimis usque temporibus, supplicibus opitulari; cum eos negligisse æquè scelestum habeatur ab *Hesiode*, ac fratris uxorem corrupisse &c. Qui mos etiam diu viguit, ut liquet ex vita Themistoclis, apud *Plutarchum*, ubi narrat quomodo Admeto, Molosorum Regi, supplicari, p.124. inviolabilisque suâ illa *ixōia* factus fuerit. *Clericus.*

329. Κευπλαδίνεις εὐην] Moschop. & Proclus τὸ ἔρεια, h̄ic subintelligunt. Tzetzes τὸ ἀλιθό supplet. Τὸ ἔρεια placet. Sic in Λαοδ. v.406. μαχέσθω Αἴγας ὥροντες ἢ ἀχροτέρους ἐλάφῳ. supple ἔρεια. Sic & versu sequente κευπλαδίνεις εὐην subintellige ἔρεια. deinde lege: ἀρχαίεια, ἀπειπον καὶ ἀράρηστα. *Moschop. Guiccius.*

333. Ζεὺς αὐτὸς ἀγάπειν] Jupiter, nimis ruit, *κατέποντος*, ut loquitur *Homerus Odyss.* N. ubi Ulysses, qui se deceptum à Phœacibus putabat, sic loquentem inducit. v.213.

Ζεὺς σφέας πάντας ἰκετίσθε, ὅς τε καὶ ἄλλος Ἀρθρότος ἴσορροψ καὶ πίννυται, οὗτος ἀμάρτη. *Jupiter eos ulciscatur supplicum vindicta, qui & alios homines inspectat, & plēctit quisquis peccaverit.* *Clericus.*

336. Καδδώμαρος ἕρδειν] Socrates frequenter hunc versum in ore habebat, ut prodidit Xenophon Lib.I. memorabilem Socratis. *Clericus.*

336. Καδδώμαρος δὲ ἕρδειν] Huic præcepto conforme est Horatianum illud, quo Mæcenatem è gravi morbo recreatum hortatur,

Reddere victimas

Ademque votivam memento;
Nos bumilem feriemus aquam. *Lib.*

2. Od.17. Et Lib.3. Od.23.

Cælo supinas si tulcris manus &c.
Rob.

338. Θύειν τὸ ἱλάσκως] Grævii sententiæ accedo, qui hoc in loco *Sviton* vertit non *hostiis*, sed *odoramentis*. In priore versu præceperat Poëta, ut *hostie* Diis mactarentur, quæ quoniam fieri quotidie, à pauperioribus saltem, non possent, monet igitur, ut libaminibus & odoramentis, cultu sc. faciliore & magis expedito, matutino & vespertino tempore Dii placarentur. Porro si τὸ δύο & τὸ δύμα ejusdem siot significationis, satis constat τὸ δύο opponi τὸν ἵπετον. Sic enim Thucydides lib.1. Est γὰρ τὸ Αἰγαῖον Δίδασκαλον τοῦ Μελιχέρου μαρτυρεῖ, ἔτσι δὲ πάλιον: ἐπειδὴ τὸ περιστατικὸν δύοντα, ἐπειδὴ τὸ δύματα δημόσια. Nam apud Albenenses quoque sunt *Diasia*, quæ maximus *Jovis Milichii* dies festus vocantur, & extra urbem celebrantur: *In quo ex omni hominum genere multi immolant non hostias, sed placenteras quasdam, quibus indigenæ uti solebant.* Ad hunc locum videtur respexisse Julius Pollux lib. I. cap. 1. ubi τὸ δυμάτα exponit ἀρθματα λέντα (lege δύεται) εἰς πνεῖ. Τὸ δὲ ἀρθματα τοῦ δυμάτα τοῦ λαοῦ τοῦ. Θεοφάνειος δὲ αὐτὰ ἀριθμοὶ ἀγρά δύματα, τοῖς τὸν αἰματοτάξιον τὸν ὀρατόριον ἀνατείς φέρεται, λαβαστίν. Aroma ta vero ipsa & suffimenta vocantur. Sed Thucydides ea vocavit pure sacrificia, oppositionem faciens inter animalia quæ mactata aras cruentant, & inter myrrham asque ibus. *Rob.*

342. Τὸν φιλέοντα δὲ τὴν καλεῖν] Quis verò umquam, prætermisis amicis, inimicos ad convivium vocavit? Profecto nemo. Itaque à p̄cipiendo supersedere potuisset *Hesiodus*, qui h̄ic nescio quid habet senile & frigidum. *Clericus.*

342. Sæpe in notis suis Joannes Clericus sterilitatis & frigiditatis *Hesiodum*

accusat. Ad hæc satis erit hoc in loco semel respondisse. Elegantiam & acumen quæ recentiores tam fedulo sectantur, in antiquis illis scriptoribus frustra requiras. Illi nudam simplicitatem, & veritatem non fucatam amaverunt, deliciarum omnium & faciarum incuriosi. Quod quidem tum ex sacro Codice, tum ex Homero, qui solus ex profanis Authoribus ad Hesiodi ætatem creditur affurgere, abunde constat. Rob.

344. Εὐχάριστον] Legit hic Stephanus, in voce Κάρη, ἐγκάριον, quemadmodum legit etiam Proctus. Εὐκάριον idem est ac ἐγκάριον, quia κάρη & καρία idem sunt: nempe, vicus. Ideoque adjectiva hæc sonant incolam vici, aut pertinentem ad vicum. Perinde est utramvis lectionem sequamur. Clericus.

344. Άλλο γένος] Tò ἄλλο h̄ic fortuitum exponit Heinicus, cuius vide notas. vers. sequi. γένοντος ἀλλού, vicini inermes. ζε. αυτοὶ δὲ ποιοί tardiū veniunt ad suos. Guiotus.

344. Άλλο γένος] Rem non tantum inexspectatum, sed malam quæ alia dicitur κατ' εὐφωνίαν, significari dudum ostendit David Clericus, patruus meus. Quæstionum sacrarum XVI. quam adito. Clericus.

344. Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμα ἐγκάριον ἄλλο γένος] Elegantissimum est illud ἄλλο, quo hoc loco eà ratione usus est, quæ frequenter Scriptores Attici τοῦ ἄλλος. Sic apud Lucianum Vénus in Judicio Deorum, cùm instaret Mercurius, ut causam sciret, cur de Páride tam studio è inquireret, responderet, ἄλλος ἡρόμενος. Est igitur, χρῆμα ἄλλο ή βλάβη, ή πάχη δηποτῶν, ή βλάβη, ή περιποτή ποτὸς πάχη λαθάρου, detrimentum sive infortunium inexspectatum & fortuitum χρῆμα ἄλλο vocat. Virgilii, id quod Græci ἄλλοes dicunt, tantum reddit. Sic in illo Sileni,

*Serta procul tantum capiti delapsa
jacebant.*

et st̄paros ἄλλοes ἔκειτο. Quintus Calaber,

vitam humanam, ἀρεθετορ φίον eleganter ἄλλο esse dicit, quia mala bonis, bonis mala sine ulla ratione attribuuntur. Locus est elegantissimus elegantis Poëtæ:

τὰ δὲ ἄλλας ἄλλα φέρονται
Πιονὶς ὁς ἀρέμοιο, καὶ ἀρτες πολλάκις ἴδια
Αμφερχών μέρη τῶντα: λυχῆν δὲ διὰ κάπ-
ποντον ὄλεφε.
Οὐ πά τοι δέ τοι τοιούτοις φίοις ἀρεθε-
τοιοι. Heinicus.

353. Τὸν φιλέοντα φιλεῖν] Hic & duo sequentes versus planè sunt illiberales. Attar en propterea eos non abjudicarim Poëtæ, ut fecit Plutarchus; quod nos docent Græci Scholia; nihil enim vetat eum parum liberalis, atque parum erectæ fuisse indolis. Hæc eadem ratio facit ut minimè admittam eorum interpretationum, qui volunt Hesiodum præcipere eos amicos feligendos, qui sciant esse amici & ab inhumanitate hinc remoti; iisque dandum, qui liberales sint, non avaris; præterquam quod vel hoc sensu frigidissima sunt hæc præcepta. Quis enim ejus amicitiam colat, qui sibi non sit amicus? Quis eum muneribus donet, qui sit dumtaxat avarus, nec umquam velit ea ullo officio remunerari, quamvis possit. Clericus.

360. Φίλον διηρέ] Vulgares editiones habent φίλον καὶ. Sed cum omnium Codicum consensu restitui φίλον διηρέ, quam etiam lectionem tuetur Suidas. Rob.

369. Δεῖπνον δὲ ἐν πυθαρτῷ φειδώ] Scribo δεῖπνον. Sicut Poëtis δεῖπνον, μὲν πλεονασμὸς λεπτοῦ, est δεῖπνον. Sic δεῖπνον μὲν συκοφάντης, idem est quod serum: quamobrem omnes quotquot hæc tangunt Scriptores serum vertunt. Sic in Catalepsis Virgilii:

Et bellato s̄ra parsimonia.

In fratre parsimonia.
Namque huc respicit ὁ γραψάσθως. quod non fugit quoque magnum Scaligerum. *Sera parsimonia, δεῖπνον φειδώ,* sicut δεῖπνον διηρέ. & similia. Heinicus.

370. Μίδης δὲ ἀρδπὶ φίλῳ] Hoc velle videtur Hesiodus, amico indigenti, si ejus opera

opera utamur, constituendam esse mercedem ejus operæ convenientem, non ejus amicitia abutendum. Digna sunt notatu quæ de hoc versu habet *Plutarchus*, initio fermè *vite Thesei*, ubi sic de Pittheo, Thesei ayo : *Δέξας μάλιστα πάντας, ὃς ἀνὴρ λόγος ἐν τῷ τόπῳ καὶ σφράγεται, ἔχει.* οὐδὲ τὸ συρίας ἕκείνους τοιαῦτα πᾶς ἴδια καὶ μάλιστα, οὐδὲ χρηστόμορφος Ησιόδος εὐθεῖτε μάλιστα τοῖς ἐν τοῖς Εργοῖς γνωμολογοῖς, καὶ μίαν γε τούτοις ἔκείνους λέγεται Πιτθέας ἔντας, Μιδόνιος καὶ τὰ ἔξεστα. Tēto μὲν ἐν καὶ Αεισοτίλειος ὁ φιλόσοφος σύριχε : *babuit præ omnibus illius ævi famam eruditissimæ sapientis viri.* Erat autem sapientia illius ea species ἡ vis, quæ usus Hesiodus famam sibi peperit, præsertim in sententiis quæ sunt in Operibus. Unam barum illam ferunt Pitthei fuisse, Merces &c. Atque hoc etiam Aristotleles Philosophus tradidit. Clericus.

371. Εἰ μάρτυρα θίδω] Si agatur, nempe, negotiorum alicujus momenti; alioqui vita non esset vitalis, si omnes insidiatorum loco essent habendi. Vivebat *Hesiodus*, apud Græculos, de quorum multis dici fortasse potuit, quod de Populo Romano scripsisset *Lucilius*, cuius verba extant, apud *Lactantium Inst. Divin. Lib.V. c.9.*

Uni se atque eidem studio omnes dedere ἢ arti,
Verba dare ut causè possint, pugnare dolosè;
Blanditiā certare, bonum simulare virum sc,
Insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes. Clericus.

372. Πίσεις δ' ἄρα ὅμως] Scribo, postulante versu : *Πίσεις δ' ἄρα τοι ὅμως.* Interpres *misit* legit in singulari, vertit, *credulitas*. Phædrus imitatus est hunc locum fabula X.lib.3. *Periculorum est credere ἢ non credere.* Guietus.

373. Πυγμόλογος] Stolæ muliebres tunc temporis fortasse, in postica parte, erant in nodum collectæ. Jam à multis annis,

in magna Europæ parte, sunt omnes mulieres *πυγμόλοις*. Clericus.

375. Φιλάτης] Est verbum purum partum Æolicum, quod in magna Græcia dicebant φιλάτης. Scaliger.

375. Φιλάτης] An φιλάτης. Α φιλάτης τὸ φιλέα, ἀπατῶ. φιλάτης impostor, ἀπατῶν. placet τὸ φιλάτης. habet Hesychius & alii. Tzetzes dubitat de vocabuli scriptura & τὸ φιλάτης videtur preferre. ἐπίχει. Guietus.

375. Φιλάτης] *Halladius* Bezzantinus in Chrestomathia, quæ est apud Photium, in Bibliotheca : *Καὶ' εὐρυμορφὸς οἱ Αἴγιλοι η κλέπτης φιλάτης λέγεται. οἰοντεὶ μαρτυρῶν ἡ φιλάτης οἱ κλέπτης, διότι φιλάτης λαζανάνεται τὸ ἀνθετισματικόν :* *Astici boni omnis causā, furem φιλάτης dicunt, quasi exofam (nempe καὶ ἀντιφασι) vel φιλάτης fur, quia amat accipere aliena. Crediderim potius dictum sic propriè furem non quemvis, sed qui amicitiam simulans furatur; quales mulieres, quas describit hic Hesiodus. Vide tamen *Vossium* in Etymolog. ad vocem *Pilo*. Clericus.*

377. Φιβέρεμον ὡς γῆ πλάνης] Hic versus quād inepiè cum sequenti cohæreat, fieri non potest, quin animadverterat quivis, nam plānē τὸ ἀκόλυθον desideratur. Ego dubitare non possum, Hesiodum hoc modo scripsisse, ut versus transponantur :

Μερογῆς δὲ πάτησι σώζοι πατρόδιον οἶκον,
Γραπτὸς δὲ δάροις ἐπεγραπεῖς ἐγκαταλείπεται.
Φιβέρεμον δὲ γῆ πλάνης ἀέρις] εἰ μετάφραστο.

Ita rei causa sequitur, quæ interpellata erat, absurdè interjecto illo versu : *Ρέα δὲ καὶ τοι ἀποδοκιμάζει, qui eum triverunt, ignorare non possunt.* Porro ἐγκαταλείπεται ἐπεγραπεῖς πάτησι φιβέρεμον, rectè dictum est. Pueri φιβέρεμον dicuntur, dum in tenera illa ætate sunt, quæ crescent nutrunturque, ut & βοσκῶσι. Tale est illud Sophoclis Ajace :

Τίως δὲ, καρπὸς ποιάμενον βόσκει, νίκαν
Φυγκίων ἀγάλλει, ματεῖ τῆς τε χαρμού.
 Idem est βοσκεῖσθαι, φερεῖσθαι, αγάλλειν. Mens hæc erit :

IN OPERA ET DIES.

44.I

*Unicus verò filius domum paternam
servet,
Senex verò priusquam moriaris a-
lium relinques
Crescentem: ita enim divitiae in ae-
dibus crescunt.
Jupiter enim pluribus facile plures
adjungit opes.*

dubitare non possum. *Heinsius.*

378. *Enei*] MS. ἀταλὸν τύδε, hoc est, tenerum puerum. Nam quid sibi vult ἐνεγρώσθαι? Ex senis felicitate est puerum heredem relinquere, nam provectiones patribus molesti esse solent. ex ἀταλὸν ἄταρος, ex quo ἐνεγρώσθαι. Hic versus Proclo ἀλλαγόντος & rejiciendus, Heinsio transponendus. vide notata. vers. sequ. πλινθων, subintellige, sibi invicem succendentibus. v. sequ. 380. ιδίην. subintelliges curæ. *Guicius.*

378. *Πυγοσάλος*] Apud Suidam exponiatur *Lena*, *Mereptrix*, *Περιπολὺς*, *Μαυλι-στρια*. A Moschopulo, *Επειδὲ οὐκίστι θεοὶ πορνία σολίζουσα*. Quibus adlentitur Proclus. *Rob.*

383. *Βαπτιλομένων*] Nullus Poëta, præter hunc, inseruit & in genitivo adjectivi nominis. *Scaliger.*

383. *Πλινθῶν*] Hoc est, circa 11. Maii, nam hæc intelligenda sunt de ortu Heliaco Pleiadum, qui saeculo *Hesiodi*, ex calculo *Dionys. Petavii* Variar. Dissert. Lib. II. c. 9. factus est in gradu Tauri I. Nam hoc circiter est tempus initii messis, in Græcia. Præterea *Hesiodus* Agricolas scribens de ortu loquutus est, qui conspicuus est, non de eo qui vulgo animadverti nequit, nec, nisi rationibus Astronomicis, innotescit. Multa habet, hanc in rem, *Claud. Salmasius* Cap. XXXVII. Exercitat. Plinianarum, sed ea valde intricata & perplexa, quæ castigavit *Petavius* memorati Operis Libro VII. Utrumque adire poterunt ii, quorum intererit nosse errata *Salmasii*, quæ ad *Hesiodum* nostrum non pertinent. *Clericus.*

385. *Λεύτη ή Λευτηδῶν*] "Maturi-
"num ortum φανερον, seu ἀλατὸν, signi-
"ficari, ac διέν οἰσα, seu occasum cosmi-
"cum ne pueri quidem nesciunt. *He-*
"siodi saeculo ortus ille contingebat in
"Tauro. Stellæ sunt Vergiliæ plures,
"una est ex iis lucidior ceteris, magnitu-
"dinis tertize. Ea tempore *Hesiodi* oc-
"cidebat heliacè in Gradu Arietis, 4, 8'.
"oriebatur in Tauri gradu 11. 4'. At
"prima stella, versùs occidentem, occa-
"sum Heliacum faciebat in gradu Ari-
"tis 0, 51'. Intervallum inter occasum
"primæ Pleiadum & ortum lucide gra-
"duis 40. Meritò itaque diebus abscon-
"di quadraginta Vergilias canit *Hesio-*
"dus. Sol in Arietem vero motu subi-
"bar, *Hesiodi* tempore, Martii 31. Quip-
"pe anno Per Julianæ 3714. verus locus
"solis in Arietis initio fuit Athenis Mar-
"tii 31. hora post medium noctem 1,
"24'. Itaque Taurum ingrediebatur A-
"prilis 30. Maii proinde 11. die, lucida
"Pleiadum oriebatur, ultima verò Pleia-
"dum ad orientem Maii 16, quo tem-
"pore Messis incipiebat in Græcia. Oc-
"casus earundem matutinus in Libra
"19. gradu siebat, sed verus nec adspe-
"ctabilis. Ideo circa initium Scorpii
"δηματίδων φανερῶν accidit ineunte No-
"vembri. Nam æquinoctium autumnale, per idem tempus, incidit in Octo-
"bris initium. Tum igitur arationis ac
"sationis tempus appetit; quod *Virgi-*
"lius hisce verbis expressit:

"Ante tibi Eos Allantides abscon-
" "dantur
"Gnoſiaque ardentiſ decedat ſtella
"Corona,
"Debita quam ſulciſ committas fe-
mina.

Hæc aliaque, in eam rem, habet *Peta-*
"vius Var. Dissert. Lib. II. c. 9. Igitur in
"verbis *Hesiodi* mentio fit unius ortus
Heliaci Pleiadum, & duplicitis earum oc-
casus. Ortus tempus referendum ad 11.
Maii. Prior occasus, qui arationis tem-
pus

K k k

pus

pus indicabat, sicut Cosmicus occasus, cum oriente Sole una cum Scorpione, in quo est, Pleiades in Taurō sitae horizontem ex adverso subeunt. Quod circa initium Novembris factum, tempore *Hesiodi*. Posterior vero occasus obscurius indicatur v.368. estque Heliacus occasus qui fiebat 3. Aprilis. & post quem in radiis solaribus per quadraginta dies latebant Pleiades. Ita tamen loquutus est *Hesiodus*, quasi confunderet utramque illum occasum; nemo enim non dixerit, lectis ejus verbis, occasum cuius meminit v.384. eum esse post quem Pleiades latent per quadraginta dies ante messem. Sed sunt ejus verba benignius explicanda, cum non ignoraret quantum tempus sit inter arationem & messem. *Clericus.*

385. Ταυράκων] Vide not. ad v. antecedentem. *Clericus.*

386. Κερίς] Astrologi διστορικῶν occasum solarem dicunt quando stella involuta est radiis solaribus, quod vulgo vocant combustam stellam. Illa autem diuinus deberet dici κερίς. Est enim occultatio potius, quam occasus. Quando vero stella explicatur ex radiis solis, quod propriè dicitur ἑλιαχορδός, hoc vocant ἀρατοῦντος. Intervallum autem ab occultatione ad ἑλιαχορδόν Astrologi dicunt esse quindecim graduum, quod est circiter totidem dierum. Sed Hesiodus dicit non quindecim sed viginti dierum esse τηρίσιν, & totidem dicimus τηρίσιν. *Scaliger.*

386. Πιεπλούτην ἵναντο] Itaque intra quadraginta illos dies, quibus latere dicuntur Vergiliæ, collocandum Hesiodi anni principium; quod fortasse referendum ad initium Tauri; quod spectare videntur verba *Vergili* Georg. I, 217.

*Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus.*

Hoc unum ex verbis *Hesodi* colligi potest. Vide tamen quæ habet *Jos. Scaliger.*

ger Emend. Temp. Lib. I. de periodo Thebana. *Clericus.*

387. Φαιρότη] Annus Thebanus tempore Hesodi erat idem cum Delphico, & idem principium habebat à mense qui incidebat in geminos, qui Athenis dicitur Σεπτέμβριον, vete adulto. *Scaliger.*

391. Γυμνὸς αὐτέρε] Antequam sit nimis acre frigus; sub finem Octobris, quo tempore in Græcia clemens est cælum. *Clericus.*

392. Εἴ χ' ὁσια πάτη ἐσίλευτα] Οειδος non est semper τὸ τριτὸν ὥρα, sed & τὸ ἕπετον in fructibus: dicebantur autem ἕπετον fructus & πλιοφόροι, cum non minus secundi essent, quam destinarat cultor. Ita οειδος ἴναντο dixit Theocritus τὸ ὥρα, & ne uno quidem die pleno minorem. Et πλιοφεῖα pro frugibus illis celebrabatur, quas Hesiodus πλιοφόροις οειδος vocat, sicut εἰς πλιοφέρους ille dicebatur, in quo erant maritus, uxor, liberi. Et tantum πλιοφόροι, ὥρα & ἴναντο, dicunt Poëtae: unde illud, πλιοφόροι εἰς ἴναντο, quod Theocritus τὸ οειδος dixit. Hesiodus eleganter εἴ χ' ὁσια πάτη ἐσίλευτα Βρυξ κορύθαι Διπλιοφέροι. id est, οἱ πλιοφέρους τὸ ἕπετον κορύθαι ιδίλλιον. *Heinsius.*

403. Λχρίος δὲ ήταν ἴναντον νομός] Hoc est νέματος, tributio, particio, distributio in utramque partem, utrimque. Homer. Πολὺς δὲ ἴναντον νομός ἴδια τῷ ἕπετον distributio. Moschopulus σλῶν vertit. *Guiccius.*

405. Γωνία] non intelligit uxorem, sed Ancillam. Aristoteles in Oeconomicis falsus est memoriam, cum hoc versu absolutam sententiam contineri & γυναικεῖα putat esse γαμετῖον. *Scaliger.*

406. Κηπεῖος & γαμετῖος] Notarunt jam olim viri docti Philosophum in Oeconomicis etiam τὴν κηπεῖον pro conjugé sumere. In jure certe Atticó, etiam conjux inter τὰ κηπεῖα numerabatur, & marius δὲ κηπεῖος appellabatur. Unde cum lis intentaretur uxori, præco clamabat Η ΔΕΙΝΑ ΚΑΙ Ο ΚΤΡΙΟΣ, id est, *Eiusmodi mulier accusatur cum domino suo.* Qua occa-
fione

IN OPERA

ET DIES.

443

sione Comicus Smicythen perstringens, parumque virilem ostendens, *x̄eis illi* dat. χρωτὴ διάξις Σμυκίθην ἐγένετο. *I-*
mūm. Hominibus etiam mollibus per contumeliam eleganti scommate *x̄eis* assignabant, quasi eos inter τὰ αἰλαγά & κηπατα cum uxoribus nuberarent: quales erant impuri illi senes Latpridii sub *ηραπάτῃ* Heliogabalo, qui, *maritos se babere jactabant, scelestæ principis sui libidinis asseclæ. Heinjus.*

forte Proclus ad Hesiodi Epy. 405. M.
“ τὸν ἦγεντα, inquit, οἱ θεοὶ Τίμαιοι. An
“ legendum ei θεοὶ Τίμαιοι? Nihil ta-
“ men muto: Nam & Suidas in Aerio-
“ τάντας. Τίμαιος φασι Αειστάντας, ή δὲ αὐτὸν
“ εὐχαριστία, θραύση, πεγμένη &c. quod accipio
“ de Timaeo Siculo. Erat autem Timaeus
“ ille maledicentissimus, invidus, & ca-
“ lumniator; unde à reprehendendi stu-
“ dio θεοὶ Τίμαιοι dicebatur, ut est apud Stra-
“ bonem & Diодорον Siculum. Sed
“ pro Ερμηνίδι, legendum proculdubio Ep-
“ πυλίσι, immo Ερμηνίδι per duplex λ.,
“ ut & ratio nominis, & Athenaei auto-
“ ritas satis probant. Αειστάντας οἱ Σπερι-
“ εῖται τὰ Ερμηνίδες &c. Delphos. lib. 13.
Rob.

410. *Eenq[ui]s*] *Harpocrate*: *Erw* 3
καὶ εἰς ἐρω τὸ εἰς τεῖχον λέγει, καὶ ἀκάθι τὸ ἐρω
διαυτόπον τὸ αεγγεγρα τὸ παραπλεύσιον σηλᾶ.
Mirum est ὅτι præteritum tempus dici,
ἐρω νῦν futurum. *Hesychius* ἐρω καὶ ἔτη
τὸ μετὰ οὐδὲν. Alii, ut Proclus, refe-
rent ad ἐρω καὶ τίς, quæ erat trigesima
mensis dies. Sed hoc quoque parum ve-
risimile, nam ἔτη simpliciter non diceba-
tur. Præterea accentus variatio rem du-
biam facit. Crediderim potius ἔτη con-
tractè dici pro ἔται, unde additâ syllabâ
poëticâ φετ, fit ἔενη, ita ut subaudiamus
καὶ πας, aut si liber ἔτη annos, significetur
que dilatio in longum tempus. Sic *Ho-*
ratius de Poëmate, cojus editionem diu
differendum suadet. Att. Poët. v. 388.

*nonunusque prematur in annum,
Membranis intus possit. Clericus.*

418. Knorrspeier à Spohn] Nempe, eorum qui sunt cis æquatorem, quibus post æstivum solsticium arcus diurnus solis minor est. Non ignoravit *Hesiodus* fidem tunc diutius lucere *Aethiopibus* illis, qui sunt trans æquatorem. Vide infra v. 527. *Clericus.*

420. *Aduerterat*] Illa, nempe, anni tempestate cæsa minus est obnoxia vermisibus; qui in tenero cortice, aut albitino, deponunt ova, ex quibus postea ex-

K k k

clubi vermes lignum rodunt. De hisce vermitibus vide quæ collegit *Sam. Bocharus* Hierozoici P.II. Lib.IV. c.27. *Clericus.*

423. Ολμοῦ Τερνίδιου] Siquis, ut supra ad v.342. Joannes Clericus, Hesiodi μυρολογία irideat, Plutarchum audit hoc in loco à Proclo citatum. Πολὺς ἵ τένοις ὁ Πλάτωνος ἀμύνθετος γελῶντας τὸ Ησπόδη τὸ μυρολογίας, τῷ Πλάτωνα λέγοντες τὸ τῆς σκεψᾶς θεῖλέχθει τῷ ἐμμετεῖαις τῷ Λυκίρηος τελεί τὸ τῷ Σφράγιστον τελεῖταις, ἵ τὸ στοιχοὶ αἵτινες μόνον διπλοί πλοιοί. Δεῖ τὸ διπλοῖχος τὸ τὸ Ησπόδη μέτρα φρεστή ταῖς ἄλμα, τῷ ὑπέριον, τῷ ἔξοντος, τῷ σφράγιον τῷ τὸς ἀρχαῖς τὸ παλαιὸν τὸ τένον παντοῖα λόγον, τῷ τὸ εὐρύτερον Πλάτωνος τῷ πιμένιον δέδοται τὸ λύχον φεγγίτες εἶρον, τῷ τὸ τένον φέρεισθαι τὸν τὸν Πλάτωνος οὐδὲ τὸν οὐτε οὐρανού, δέδοται τὸ πέντε ἑπτακόσιον τὸ πλάσιον. αἵτινες μὲν τὸς πολυτελεῖται φερούσιν Σαμαΐζεται, ἀλλὰ τὸ γενετικόν, καὶ τὸν πυγμάνην, φερούσιν. *Rob.*

426. Τετραδιπτον] Trium dodrantalium. Palmus quarta pars pedis, ποδιαὶ verd dodrans. *Scaliger.*

426. Τετραδιπτον] In longitudinem. Versu præcedente pro φύρας καὶ πάμιοι, leg. φύρας καὶ πάμιοι. *Guiccius.*

Ibid.] Λύφι τάμιον] Aratto, plostello, à la cbarrue de deux pieds & demy de large. An scribendum & distinguendum; τετραδιπτον δι' ἄλφιον τάμιον λεγεῖντον ἀμάξη πολλὰ δημιουρπίλα καλα. Ordo τάμιον οὐ πολλὰ καλα δημιουρπίλα ἄλφιον. δ. a. appositivē. Placet τὸ δημιουρπίλα, seu potius δημιουρπίλα, accentu in antepenultima, una vox composita. *Idem.*

427. Φύρας τὸ γύλων] Hoc est, ubicumque inveneris dentale, aufer illud tecum, raro enim occurrit. *Idem.*

430. Αἰλωάινος δμωός] Δμωός metaplasmus, declinatio pro declinatione. *Scaliger.*

430. Αἰλωάινος δμωός] Ο τίκλων. *Guiccius.* Sic dicitur faber lignarius, quia fabrili etiam arti præfesse credebatur Minerva, quo sit ut Epeus equum illum li-

gneum, cuius ope capta est Troja, dicatur, divinā Palladis arte, ædificasse, Lib. II. Æneidōs v.15. *Ifidorus* Orig. Lib. XIX. c. 20. Olea quoque banc dicunt inventricem & fabricæ multarumque artium repertricem. Ideoque illi vulgo opinies supplicant. *Clericus.*

430. Αἴλωάινος δμωός] Viri docti interpretationem suam Proclo debent, qui sic exponit —— Αἴλωάινος δμωός. Οὗτος δέ τοι τίκλων & Αἴλωάινος δμωός.

Εὖ εἰδὼς σφίνς τὸ αἰλωάινον οὐδίνως. Καὶ Ομηρός τοι εἰδὲ τέκτονος ἀστάτως. *Rob.*

436. Βόι δι' ἴρρετηρα] *Aristoteles Hisi. Anim.* Lib.VI. c.21. de bove: ἀκατέστη δι' αἰλωάινον οὐδὲ Ομηρός φασι πεποικίαν ποὺς ὄφες, ποιόντα αὔρου πειλάτηρος —— καὶ τὸ βοῦς ἴρρετο οὐραδόν γραῦντον: *viget quinquennis maximè;* quocirca Homerum recte dixisse aiunt marem bovem quinquennem —— & bovis novennis, hanc eam idem valere. Apud Homerum, scilicet, Iliados H. Agamemnon maestat bovem ποιάτηρον, ut & filii Autolyci Odyss. T. At Odyss. K. Μελος excoriat utrem bovis ἴρρετον, quo ventos includit. Hæc quorsum idem dixerit Philosophus divinare nequeo; nisi velit novennem bovem tam florere, quam quinquennem, quia usque ad nonum annum est in pleno ætatis vigore. Unde *Hesiodus*, in Operibus, βι. δι' ἴρρετηρα &c. Hæc habet *Sam. Bocharus* Hieroz. P.II. Lib.II. c.28. Fortasse voluit indicare *Aristoteles* bubulam carnem optimam esse circa quintum annum, robur verd corporis & pellis firmitatem, circa nonum. *Clericus.*

436. Πείνει τὸ γύλων] Nonnunquam legitur φύρας γύλων, invito metro. Sed suadentibus MS^o. Bodl.60. & Scholiaste Aristophanis restitui φύρας δι' γύλων. Heinlius autem legit φύρας γύλων. *Rob.*

442. Τετράδιπτον, ὀκταδιπτον] Hic τετράδιπτον quatuor dicuntur, quemadmodum apud Latinos quadræ, quæ paribus interstitiis in pane erant distinctæ. Auctor Moreti:

*jamque subactum
Format opus, palmisque suum dilata-
rat in orbem,
Et notat impressis, aequo discrimi-
ne, quadris.*

Hesychius : τέτοιος, πλάσμα ἄρτης. Quam vocem crediderim Veteribus Glossis restituendam, in quibus, *Quadra*, τόπος; immo πέντε. Βλωμὸς verd, hoc in loco, minus frustum significat. *Hesychius* : βλωμὸς, ιχνόβλωμος, ubi legendum viderunt docti ignōs φαύμος, buccea tenuis. Quod tamen non est ita intelligendum apud *Hesiodum*, cum, ut recte *Iaac. Casaubonus* ad Atheneum Lib. III. c. 29. absurdum sit existimare rustici hominis famem octo buccellis posse expleri. *Athenaeus* quidem : βλαισίους τοις ἄρτης ὀρούσθεται λέγεται (Philemon) τοις ἔχεταις εὐτομέταις, ὡς Ρωμαῖος καρδιτές λέγεται : *Bonmilios* vocari dicit panes incisuris divisos, quos Romani quadratos vocant, id est, in quadras incisos. *Clericus.*

442. Οχτάβιαμον] Hinc explicatur
Horatii versus 49. Epist. 17. Lib. 1.

*Et mibi dividuo findetur munere
quadra.* Rob.

444. Παπτίσων μὴ ὄμιλος] Non at-
tendens fulcos, sed circumspiciens an
amicum aliquem sit conspecturus. Ex
negligentia ejusmodi desumpta est sen-
tentia Christi Luc. IX, 62. Οὐδεὶς ἐπισκέπτη
ἢ χρῆπα ἐπ' ἀγροὺς, οὐ βλέπων εἰς τὰ ἔπιστα, εὑ-
ρεῖς δέος εἰς τὸ βασιλεῖαν τὸ Θεῖον. *Hesychius* :
πεπλάναται, πεπλάναται πάτητο πεπλάναται, δρα-
τα. Sic quoque interpretatur *Eustathius* :
τὸ ὅμιλον κακῶν ἀγριστικών τὸ διαν, τοτίσι σε-
ελέπτην. *Clericus.*

447. Εποίηται] Hoc est, æquales animo agitat, lasciviandi cupidine commoto. Nam πλεύσας, unde, interposito τι, πλεύσας, est non tantum timore, sed quo-vis alio affectu vehementiore commove-ri. **Hesychius**, Πτωθέμνος, πλοιάδαι λέγεται τὸ παρεργάδαι φέρει τὰ ἀφεδόντα. Exempla sunt, apud optimos Scriptores, frequen-tia. Unum tantum adscribam ex **Dione**

Prusæo, quod mihi commodum hisce diebus elegantissimum Scriptorem lectanti occurrebat. Sic loquitur de Homero Orat. II. de regno : ταῦτα δὲ λέγει θεάσκην καὶ παρενθή, ὃς δεῖ καὶ προπέλευσι δημοκρεῖδαι τὸς ἀγαθῶν, ἐπεὶ περὶ μὲν παντοῖς καὶ πολυτελεῖς ἐν ἐνύχιον ἀπέπειρος ἦν. ὅσε τὸς φει ταῦτα τὴν ἐπιποδόντινα Πέρσας καὶ Σύρους καὶ τῆς Ελλάσιον Ιταλίας καὶ Ιωνας, μηδὲ ἔγγονος ἴσχυντειδα τὸ παρὰ Ομέρῳ χορηγίᾳ καὶ ἀβέβητο : διετομένης δὲ αὐτῷ docens δὲ adinonens, bonos oportere δὲ mensē curam gerere, quandoquidem cibi varii δὲ pretiosi non erat in-expertus ; ita ut qui nunc hisce valde afficiantur, Persæ δὲ Syri δὲ Græci, Italique δὲ Iones longè absint à sumptibus δὲ deliciis quaæ sunt apud Homerum. Clericus.

447. Επίστιττα] Appositum magis exemplum occurrit apud Callimachum in Hymno ad Dianam v. 190.

HS ποτὲ Μίρας
Πτυκθεὶς ὑπὸ ἔρωτι κατέδραμεν ὑρεῖς Κέρτης.

*Cujus quondam Minos
Perculus amore pervagatus est mon-
tes Cretæ. Rob.*

448. Erit àr yepare qyrlw̄ tñakuzys] Multa ad hujus loci illustrationem congregavit *Sam. Bochartus Hieroz. P.II.Lib.I.C. 11.* quæ non exscribemus. Observandum dumtaxat hanc sermonem esse de migrante grue, non de adveniente. *Clericus.*

48. Φαρὲς γέρες] Similiter Aristophanes Ογδ. v. 711. à quo confirmatur tum id quod observavit Bochartus, viz. bic loci sermonem esse de migrante grue, non adveniente; tum id quod notavit Salmasius, viz tertiam hic arationem intelligi, qua sata inarantur.

Σετίρεν μν, οταν γέρανθ

Красъко єс ѿ Абъну мета жеарї.

Sere quidem, quando grus

Clangens ad Libyam discedat. Rob.

450. Η τὸν ἀριθμὸν της σημαῖας.] Copio-
fissimè de variis arationibus egit *Claud.*
Salmasius ad *Solinum* Pag. 509. & seqq.
Ed. Ultraject. ubi inter alia, hæc habet:

Tertiam arationem, quā sata inarantur, Hesiodus ἀρτῶν propriè vocat. De prima dixit ταῖαι πολεῖς; de secunda, Σίπης οὐαράδην, quae est rians vel iteratio; de tertia, ἀργυρων, quā voce sationem ubique intelligit, quia simul serebant, arabantque tertid. Sic de gruis adventu (immo verò abitu) οὐ τὸ ἀρτῶν τε σημῆν &c. Οὐ paulo post: αὐτοις τοῦ διηρέων ἀρχαν, ἀργυρων τοῦ ἀρχαν, hoc est, ἔργα τοῦ ὄχαρις κατεπιτηρεῖται τοῦ ἀρχαν ὄφαν. Ita alibi, apud eumdem, ἀρχαν est serere: οὐ δὲ νεώτερον ἀργυρων ἀρχαν χρόνον διαν. Vtēt terram seri circa brumam. Nimirum, ἀρχαν est quidem semper arare, sed quia cum ultima aratione conjuncta erat satio, priore & posterius significatur. Intelligitur autem hic & alibi satio tritici, de qua sola, quasi potissima agit Hesiodus, in hoc Opere. Clericus.

462. *Eiaei πολεῖς, Σίπης οὐαράδην] Claud. Salmasius p. 510. Exercit. Solinianarum, ostendit Græcos quidem recentiores rur ac rurē dicere de terra, quæ primâ aratione novatur, quæ primū proscinditur; sed vetustissimos vocasse rurā secundam arationem, non primam, ex hoc Hesiodi loco. Prima aratio fit verno tempore, secunda æstate; quod rur vocat Hesiodus, Latini iterare. Neōr similiter vocant terram novalem, quæ iterata est. Et sanè hæc etiam significatio est verbi rur, de novo enim fieri, & novari dicitur quod secundū fit. Græci Interpretes veteres interpretantur πολεῖσιν γῆν τὴν Σπίτην, τοῦ δικαιου, ἀρχαργυρῶν αὐτοῦ τοῦ νοῦ τοντούτων. Quæ omnia secundam arationem Latinorum & iterationem designant. Quod offringere propriè dicebant; nam proscissione, hoc est, primâ aratione grandes glebæ excitantur, quæ iteratione offringuntur, & rumpuntur, sequanturque. Hæc aliaque similia sibiplus reperiit, pro more suo, vir summus. Clericus.*

463. *Νεῶς οὐαρίπειρ] Idem pag. 514. observavit cùm toties novetur terra, quoties aratur, rur duci non tantum agrum*

primū proscissum, sed quamvis terram per omne id tempus quo vertitur & aratur, donec conferatur, quod liquet ex hoc Hesiodi loco. Sic & Odyss. 127, μηδὲν τὴν τριπάδην, in novali ter versato, quod tertiatum est, sive tribus arationibus motum. Xenophon: οὐ μέλει ἀγαθὴν ἡ νέας τοποῦ, ὅλης τε δέ της τριπάδης αὐτοῦ τὸν τριπάδην μάλιστα τοξεῖ τὸν πόλειον: si bona futura est novalis, debet esse pura ab omni sylva, οὐ γὰρ maximè torri τὸν πόλειον. Sed nec, quod Hesiodus τριπάδην vocat terram, quæ æstate iteratur secundâ novatione, inde sequitur νέαν propriè dici de iteratione. Nam & πολεῖσιν γῆν non de prima tantum, sed etiam de secunda ac tercia dicitur. Unde στρατεύεται & τείτανται γῆ. Alia hanc in rem, apud ipsum Salmasium, lege. Clericus.

464. *Εὐκηλάτερα] In copia imprecations non flunt, sed in inopia, vide Proclum. Vult Hesiodus agrum probè cultum suppeditare viatum familiis, quæ alioqui infensa sit patrifamilias, diris eum devovet, nec nisi cibo potest placari. Clericus.*

470. *Ἐχεν πανδαν] Non propriè intelligitur ligo, sed malleus ad occas frangendas. Scaliger. Immo verò ad invertendam in fementem terram; nam hæc est tertia aratio, non occatio, quæ secunda est. Vide ex Salmasio notata ad v. 462. Clericus.*

476. *Ἐρεύθυμος] Malim legi ἐρεύθυμος, quād elidi γ, quod durum est. Hoc est, redundantem intus positis; ab ἐρεύθυμος, eructo, & metaphorice redundo. Clericus.*

477. *Εὐοχέαν] Εὐοχέαν h̄ic legunt Moschopulus, Proclus, Tzetzes Interpp. Hesych. εὐοχέαν οὐ ἔχει, εὐοχαῖται τάχη, τίταν, τοποῖ. ὁχτὶ γὰρ τὸ τροφή. Διῆτε εὐοχέας opipara, leta convivia, οὐδὲ τὸ τροφή, Athen. εὐοχέαν quasi τροφή. Sed τριπάδη magis placet. Galetus.*

477. *Εὐοχέας οὐτιζει] Male εὐοχέας substituitur ab aliis. Eustathius: οὐτιζει γὰρ H.*

σίδης ὑπρεψεῖν λέγει, τὸ δὲ καλοῖς κομῷν. ἡ γὰρ
ἄλλας ἐχθίσσει. τὸ εἰς ὑψός ἐπῆραις οὐ δυνά.
Item, ὅποις πᾶς τὸ ὄχη μὲν ὀξυτίνας οὐ φορά-
σκεις εἰς τὸ εὐοχθόνιον κατά πνας παρ' Ηπόδω.
Hesiodus.

479. *Ei δι καὶ καίσιο σπονδία]* Hoc est,
circa Solstitium hibernum. Ex his con-
stat, verba sunt *Cl. Salmasii* p. 517. Exer-
cit. Plinianarum, legitimum sementis
tempus, præcipue triticeæ, in Africa &
Græcia omni, fuisse ab occasu Vergilia-
rum. Hoc *Hesiodus*, *Theophrastus*, *Xe-
nophon*, & *Plinius* testantur. Et *Xeno-
phon* quidem totum illud tempus serendi
εἰς αὐτοῖς, καὶ μισθοὺς καὶ ὄφεις distinguit.
Festinata satio à Vergiliarum occasu in-
cipiebat, serotina circa brumam. *Hesio-
dus* ὥντες vocat, qui eo tempore se-
rit, ut contrà αὔγετος qui circa Vergi-
liarum occasum, v. 490. *Columella Lib.*
II. c. 8. *Intelligi* debet tritici satio die-
rum sex & quadraginta ab occasu Ver-
giliarum, qui sit ante diem IX. Calend.
Novemboris ad Brumæ tempora. Sic
enim servant prudentes agricolas, ut quin-
decim diebus priusquam conficiatur Bru-
ma, totidemque post eam conficiatur, ne-
que arant, neque uitem aut arborem pu-
tent. Fallitur tamen vir summus in eo
quod hic habet εἰς τὸ ὥντες, de quo vi-
de ad v. 486. *Clericus.*

480. *Ηὕρεται μόνοις]* Hoc est, otio è,
nam non erit cur festines. Atioqui sege-
tem copiosam metentes satis temporis
non habent, ut inter metendum sedeant.
Festinandum enim periti Rei Rusticæ sua-
dent. *Columella Lib. II. c. 21.* Sed cum
matura fuerit seges, antequam torreatur
vaporibus æstrin sideris qui sunt vastissi-
mi per ortum Canicula, *C E L E R I-
T E R* demetatur; nam dispendio/a est
cunctatio. Cujus rei rationes postea tra-
dit. At in rari segetibus, mesis brevi ab-
solvitur, etiam non festinantibus. *Cleri-
cus.*

Ibid. Πτει χειρὶς ἕργον] Psaltes Psalm.
CXXIX. 7. non implevit manum suam

meffor, neque sinum suum colligator. Cle-
ricus.

482. *Πῶες Νος θνωται]* Psaltes de
tempo melle Ps. CXXIX, 7. non dicent
transiunt, benedictio Jeboræ uobis. Cle-
ricus.

486. *Ηὕρεται κόκκινης]* Initio ve-
ris. *Plinius Lib. XVIII. c. 26.* de spatio
quod est inter æquinoctium vernum &
exortum Vergiliarum; In hoc temporis
intervallo, quindecim diebus primis *A-
gricolas* rapienda sunt ea, quibus peragen-
dis ante æquinoctium non sufficerit:
dum scias inde natam exprobationem
fædam, putantium vites per imitationem
centis alitis temporarii, quem cuculum
vocant. *Dedecus* enim babetur, oppro-
bitumque meritum, falcam ab illa volu-
cre in vite deprehendi. Clericus.

486. *Ηὕρεται κόκκινης]* Sic Aristophanes in
Orobi.

Χ' ψηφίδ' ὁ κύκλου ἔστι τόπος κόκκινος, τοῦδ' οἱ Φοίνι-
κες ἄντες τὸ πορφύραν τὴν τοῦ κριθαρέως ἐν τῷ
μελισσοῦ διάβασις. Rob.

491. *Ετ θηρός δ' οὐ πάντα φυλάσσετο]* Hoc
est, recordare. Est loquutio Phœnicia,
de qua diximus ad Gen. XXXVII, 11.
Clericus.

493. *Λέγχης]* Adde iis, quæ de hac voce
notata sunt, locum *Harpocratiorum*: Λέ-
γχαι, Αρπάρις τῷ τοις Νικοκρίᾳ, Λέγχας ἔλε-
γον θυμόνος πτέρας τετράς, ἐν οἷς γολφοὶ αἴρονται
εἰσερχόνται πολλοί. Ομηρός,

Οὐ δ' ἴδεις εἰδέναι ταλχήνες οὐδέμα ἔλειπται,
Hé ταὶς λέγχαις.

Κλάρας, ἐν τῷ τοις Θεῶν, λαντερνῆς πόλει Α-
πόλεων τὸ λέγχης γενίτος. Λέγχης δὲ ὁ ὄμοιας γί-
γνεται αὐτὸς, καὶ τῷ εἰδώλῳ τοῦ Θεοῦ Διογύρειον
διπλαῖσθαι: *Antiphona in Oratione contra
Nicolem.* *Lescas* publica vocabant
loca, in quibus otiosum vulgus desidebat.
Homerus: non vis cubitum ire in fabri
ferrarii officinam, aut aliquam *Lescam*.
Cleantibus libro de Diis, ait *Lescas Apollini* consecratas; esse autem exedris
similes Deumque cognomine *Lescen-*
rium à quibusdam vocari. Adi & J.
Ca-

Casaubonum in Characterem ἀληγούς,
apud *Tbeopbraſtum*, Clericus.

493. Λέγεται] A λέγει derivatur ἄληγος,
vulgarus, de quo sermo est publicus. Herod. Lib. I. Τοῦν, διὸ ὑπάρχει, καὶ τὸ Ιδρυόν
πάστα ἡτοῦ ἄληγος, ἀλλὰ τὸ σινάνι. His, si
modo sim incolamis, non Ionum, sed pro-
pria sua incommoda erant in circulis de-
ploranda. Et in Lib. 2. Πιειτόντες, ejus-
dem vox significationis. Rob.

497. Πλαχώ πόδε] Aristoteles in pro-
blematis : *famelicis superiora arescant,*
inferiora tument. Scaliger.

500. Ελάτη δὲ ἐν ἀγρῷ] Ελάτη ἐν ἀγρῷ
Hesiodo est νόμιμα γενόν. Pindarus eam
partem in homine ἐλάτη vocat, quæ co-
gitationibus vacat. Heinßius.

504. Μῆνη Λαναῦρα] Plutarchus nescit
quis sit ille mensis. certum est esse bru-
malem, respondebat Attico Ποντῖον, aut
Γαμελίον. Scaliger.

504. Μῆνη ἢ Λαναῦρα] Κατὰ τὸ μῆνα,
subintellige, sunt. Mensem in quo sunt
mali dies. Vel sic distinguendum : Μῆνη
ἢ Λαναῦρα (τοῦ ἥματος, βόδια πάτη) τὸν
ἀλειφότ. & placet. hoc est, mensem ve-
rò Januarium, (mali sunt dies, bobus no-
centes omnes) hunc vita; pro, hunc in-
quam, vita. Vel appositiè μῆνη ἢ Λα-
ναῦρα τοῦ ἥματος, βόδια πάτη. hoc est, Men-
sem Januarium, malos dies: hoc est, qui
mali sunt dies, hunc, inquam, vita. Guie-
tus.

504. Λαναῦρα] Apud Thebanos pri-
mus mensis dicebatur *Bucatōn*, respon-
dens Gamelion Attico. Plutarchus in
Pelopida: Φέρειν καλεοντος ἐν τῷ φερότῳ
μηνὶ Θεοδότου ηὔθετος εἰσεγιός, διὸ Βυζα-
νίου ὄντος μηνοῦ. cùm lege lanicatum esset ab
iis dari Boeotiam primo mense, quem
vocant *Bucatium*. Hunc autem eum
dem, quem Hesiodus Λαναῦρα vocat, esse
putat Plutarchus. Hesychius: Λαναῦρον.
Οὐδέποτε δὲ τὸ μηνὸν Βοιωτοὶ ἔπειτα γέλεσθαι, εἰκάσει τὸ
Πλάτηρχος Βακάπον, καὶ δοῦλος θεοῦ. Se-
cundus mensis erat Ερμαῖος. Sequitur apud
Hesychium: εἰρον δὲ Ερμαῖον, ὃς μή δὲ Βε-

κάπνος ήτις ἢ δοῦλος οὐτοῦτος ἐστιν ἐν
αὐτῷ ἄγει. Hæc ex Jos. Scaligeri Lib. I.
de Emend. Temporum. Posteriori ra-
tioni Hesychii repugnat quod alii docent
de tempore celebrationis *Leneorū*,
quam referunt ad finem autumni. Vide
J. Meuriam in Græcia feriata, ad vo-
cem Λεναῦ. Itaque in priore acquie-
rit. Clericus.

507. Οὐδὲ Σεπτέμβριον] Operæ pretium
est notare inter duos Poëtas antiquissi-
mos in ejusdem rei descriptione similitu-
dinem. Homer. Il. I. v. 5.

Ως δὲ Ἀριψος δύο θύεται δεῖτετος ἡχούσια,
Βορέας δὲ Ζεφύρος, τῷ τε Θερικῶν ἀντανε,
Ελάτης Λαναῦρας ἀμαδίς δὲ τὸ κῆρα πε-
λαρύδη

Καρδίτης, παύλῳ δὲ παρεῖ ἀλιθίνης ἔχειν.
Sicut autem venti duo pontum com-
moveni piscosum,

Boreas δὲ Ζεφύρος, qui εἰ Τρασία
spirant

Advenit repentinο, simul autem δι-
unda nigra

In aceruum attollit, multaque
extra mare algam fundunt.

In Thracia autem Boreas speluncam col-
locat Callimachus in hymno in Delum
v. 62.

Οὐδὲ πίδην ἔπεισερο

Ηδύρος ὑπέλιπε χορόν δὲ Θεοῖς Λίμναι,
Θύεσις Λύτρας ἐρύλαστη σὺν ἔργοις τῷ δὲ τοι

Ἐπέλαμψερ Βορέας οὐδὲ μάτιον ἀκίνοτο.

Ille quidem solum terrae con-
tinens,

Stans in excelsō vertice Τρασίας Α-
μι,

Crudelis Mars observavit cum ar-
mis: ejus autem equi

Septemplicem Boreæ juxta specum
stabulabansur.

Quem locum egregie exponit, ut solet
omnia, Illust. Spanhemius. “Thracii
“nempe dicti hujus venti specum, seu
“antrum, non jam in Eoliis insulis cum
“Homero aut Marone, sed in Thracia
cre-

" credita sc. Aquilonis, de quo ante ad
" v. 26, patria, & quidem circa montem
" *Ætum* collocat hic Callimachus, è quo
" eundem Boream oriri dixit etiam su-
" periori Hymno in Dianam v. 114.

Ἄητος δὲ Θρύην, τόδεν Βορέαν κατέβει
Εργαστι.

*Ætum ad Threicium, unde Boreas
precella oritur.*

" Hinc à Dionysophane juxta eruditos
" Apollonii enarratores lib. I. v. 826.
" traditum, foveam exticile in Thracia,
" è qua fierent flatus ventorum, atque
" ita inde habitam, & qua de te jam su-
" pra ad v. 26, Thraciam ventorum do-
" micilium, Θράκην ἀνέμων αὔγειν. Imo
" sicuti Martis, Thracum nempe Dei,
" equi juxta illud Boreæ antrum stabula-
" re dicuntur hoc loco; ita ipse Boreas,
" & socii venti Thraces equi indigitan-
" tur à Valer. Flacco lib. I. v. 611. Et
" similiter quidem Boreæ procella ἄπο-
" μοι, *equis similes*, seu *equestris celerita-*
" *te* à Sophocle vocantur juxta priscos
" ejus interpres, Antig. v. 996. ubi
" præterea ejusdem Boreæ antra prope
" Thracium sinum Salmydessum collo-
" cantur, qui sinus monti *Æmo*, seu *Hæ-*
" *mimoto*, *Thracis* regioni, ab eo de-
" nominatæ, erat *vicus*". Hactenus
Spanhemius; quem tamen non solito
acumine notare credo, Boreæ specum ab
Homero & Virgilio in *Æolis* insulis col-
locari. Hi quidem Poëtae has insulas
commune omnibus ventis receptaculum
affignant, uterque tamen Boream in Thra-
cia quasi in proprio suo domicilio collo-
cat; quod de Homero patet ex supra
citatis, & de Virgilio ex *Æn.* 12. v. 365.

*Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus
alio*

Insonat Agæo.

Edoni, *Thracii*, quoniam in Thracia ha-
bitare fingitur. Rob.

§ 24. *Ἄντερ]* Κλείστηχος ἐν γλαυκοῖς &
Πολύποδε ἵπποι λακαδιμοίοντις Αὐτεύοντις εἰς τα-
λανθάνη. Λειστρίου δὲ φυσικοῦ διῆγε τὸ κατὰ τὰς

Πολύποδες πάντες γένονται μὴ κατείδοντες, ἀλλ'
τοῦ τοῦ Πλαύτου φαντασίας. Proc. Suidas au-
tem dicit Eleodonem esse Polypi speciem,
& sic nominari, & redundantem, quod se-
ipsum comedit Ελεύθερον. οὐδέποτε δέ τις πολύποδες, ἔπει-
τος κοπιλούσθεντες, γένονται ἀπόλαπτοι, οἷς φυτοῖς Λιλα-
νίοις ἔστι τὸ πόλεμον. γαλλίται δέ ἐλεύθερον γένος
τοῦ πολύποδος ὁνται. Polypi etiam seipsum
comedentis meminerunt ab Athenæo ci-
tati Alcaeus, Εδών ἴμαντις, οἷς Πολύποδες. Et
Comicus Pherecrates in fabula cui titu-
lus est, *Agrestes*. Οπότε δέ τὸν πολύποδα
αρέβρα, οὐτοις τὸν Πολύποδα νικῶντες στρατεύ-
σαν αὐτῷ τὸν Δεκτήνας. Et Diphilus in
Euporo,

Πολύποδες ἔχοντες ἀστεῖαν ὀλομελῆς τὰς πλειά-
ρες,

Οὐ σελεπανός ἱατὸν θεοί, φίληται.

Polypum vero seipsum arrodere negat
Athenæus lib. 7. τέτο δέ τοι τούτος τοῦ
τοῦ γένους πολύποδες τὰς πλειάς ἀστεῖαν.
Quod etiam confirmat Plinii lib. 9.
cap. 29. *Ipsum brachia sua rodere fal-*
sa opinio est: id enim à congris evenie-
ci. Nam cap. 30. tradit idem. Avidissi-
mores esse concharum; illas ad tactum
comprimi, p̄occidentes brachia eorum,
ultroque escam ex prædante capere. In-
ficiantur ergo polypi aperitis, impositoque
lapillo extra corpus, ne palpitata ejiciar-
tar, ita securi griffantur, extrahuntque
carnes, illo se contrahunt, sed frustra,
discutuntur. Polypodis vero cubile, quod
τὸ οὖν, & τὸ οὗτον vocat Hesiodus ἡ θελ-
ημα ab aliis scriptoribus s̄epissime nuncu-
patur. Homer. Ody. B. v. 432.

Οὐ δέ ἐπι πολύποδες θεληματίζουσιν.
Et in Hymno in Apoll. v. 77.

Πολύποδες δέ τοι τοιούτοις θεληματίζουσιν.

Oīous πολύποδες ἀκαλα.

Et Callimachus in Epigrammate

Μηδέ μοι τοι θεληματίζεις, οὐ πέργε, (οὐ-
μι γένος ἄντες)

Tίκτηται τοτές οὖν Αλκυόνις.
Ita enim optime hunc verbum emenda-
vit Celeberr. Bentleius. Eandem vocem

sc. # δανάειος eodem sensu usurpaverunt Aristoteles, Theophrastus &c. Rob.

527. Εἰναι τοιούτοις ἀρπάν] Qui intelligebat solis arcum diurnum, tempore brumæ minorem apud Græcos, majorem esse in Æthiopia, quam hic describit, debuisse intelligere esse Antipodas. Attamen, admissio priore, posterius, quamquam necessarium coniectarium, intelligere non potuerunt. Veteres. Clericus.

533. Τέτοιοι βεστοὶ ίου] Hoc est, seni. Respicit Hesiodus ad ænigma Sphingis, τι δὲ τὸ αὐτὸν δίτιν, τείνει, οὐ τεράνει; quid sit idem bipes, tripes & quadrupes? Oedipus ἀπογινακτὸς ἀρπάντοις τὸ σχολάστινον. εἴηντο ποὺς τὸ αὐτὸν ὑπάρχοντα τεράντα τοῖς αὐτοῖς τοῖς δίτινοι γηράσκοντα τοῖς τείνει, βασταῖς εἰς χειρόνον άλλο θεάτρον: Oedipus declaravit hominem esse quod propositum erat, infantem enim quadrupedem esse, adulorum vero bipedem, senem denique factum quadrupedem, scipione ascensum, properiter inservitatem. Verba sunt Diodori, & Libro IV. Bibliothecæ. Clericus.

538. Στιγμὴ ήτις πάγη] Regulus est floecus, κέρκη, aut κέρκη subtemen. Idem vestes, que ad hyemem & frigus parantur, raro stamine, denso subtemine testa jubar. Hesiodus: Κενώδης εἶτα μὲν τῇ κέρκῃ, non in stamine: Idem durius & retortiore filo statim, molliore & magis lato subtemen. Nam in solo subtemine molliities illa lanuginosa, quo panno supererinet, & quam pectit ac polit spira fulloris. Insurgitè factus ad hoc probandum locus Platonis, qui vulgo male exponitur ab Eruditis & non recte legitur. Est in Politico: ὅταν δὲ γένεται ἡ λάρη ἐπιμήτρα τὸν παραστόντα ιχεῖ, τοῦτα ἔργα προβλῆμα ποιῶνται, τὸ δὲ θεταγμένην πόντην τοιούτην τοιούτην πάγην: Quæcumque spinis fullonæ tractu neconomias habent molliciem, ea esse subtemen cùm neto sunt, artem vero iis praefectum artem nendi subtemen. Heoc aliisque huc spectantia habet Claud. Salmasius Exercit. Plinian. p. 277. Clericus.

542. Πίλαι] Coactilibus, & propterea udones illi à Jurisconsultis īμπια dicuntur, quæ aliter pedulia in Regula Sancti Benedicti. Erant etiam pilia ex coactilibus & ex detritis vestimentis. Stat. IV. Sylv. in Risu Saturnalitio v. 24. Cesis pīlia suta de lacernis. & sēpe apud Matialeum. Scaliger.

542. Πίλαι δ' ἔρθεται ποργάσ] Etymologicum magnum: ΠΙΛΟΙ, τὸ ἔξ-τεινον, τοῦ τοιμᾶντος θετιδεον. ἦν ἄρτιον ποργάσ: quod ex lanis elaboratur ad cubandum paratum, quem nos pilotum vocamus. Tunc afferetur locus Homeri. & v. 545. Hesiodi, ac tandem hic 542. versiculus illustratur: Σκυλίαι δὲ δεπίρια, παντα, οἱ παγὶ τῷ αὐτῷ, πιλα, οὐ κέρκη: πίλαι ἔρθεται ποργάσ. Γένεται δὲ τὸ πάλαι, εὐει-παλε τοῦ ἄν, οὐ κύριον πάγη. Quæ verba multis interpretatur Claud. Salmasius in Lampridii Alexandrum Severum, pag. 521. ed. Parisinæ, ubi ostendit πίλαι esse udones, hoc est, laneos calceos ex lana coacta factos: qui intra calceum quidem habebantur, ut hic, verum & ipsi vicem calceamenti præstabant, domi & intra cubiculum. Calcones eos hodie vocamus. Clericus.

543. Πλευρύβια] Sive, ut habent Graeci Interpretes, præstantissimi sint foetus ii, quos pecudes primos in flore ætatis parvunt; sive, singulari idiomate Lingue Bæoticæ, primogeniti dicerentur pecudes in suo genere eximia, quemadmodum apud Hebraeos בְּכָרִים, ut Hebrai Lexicographi docebant. Clericus.

546. Πίλαι ἔχει ποργάσ] Græcis, ut habet Salmasius ad Capitolini Pertinacem; πίλαι & pedum & capitis dicitur, quod hoc loco Hesiodi probat. Diminutivum ejus est πίλων, unde pileum Latinis. Apud Latinos cudo utrumque significabat, & galerum, vel pileum, & pedule; nam cudo est πάγη à cudente. Cudere autem est ferire & fundere. Alia, opud eundem, vide. Ibid.

549. Αὔρη πύρος] Voce aér intelligenda tenuis illa nebula, quæ una cum rore, è cœlo in terras decidit, non excluso tamen rore crassiore. Sæpè aér, apud Hesiodum; nebulam significat, ut v. 255. Vide & sequentes versus, ubi hic aér ex humore evectus dicitur & ventos creare; unde manifestò liquet vaporem intelligi. Hinc mihi fit credibile emendandum hanc locum Hesychii: Αὔρη, καῦμα, ὄμιλος, hoc modo: Αὔρη, πνοῖα, ὄμιλος, *ventus*, *nebula*; ita ut Hesychius ad hunc Hesiodi locum respexerit. *Id.*

550. Αστράπτων] Scribendum videtur αστράρτων. Quidam codd. aīr̄ αστρ. quam lectionem sequitur Tzetzes. ex ea, quamvis sequiore, nostra confirmatur. *Guiccius.*

558. Χαλκὸς ἀγόλετος] Oblitus jam videtur Hesiodus eorum, quæ supra ad v. 516 dixerat

Πρίμα δ' ἡπ.,
Οὐρία ἐπιταραύται σείχεις αὐτῆς, εἰ μένοιτο
Ιε ἀνίκητος βοτέος.

Sed optimis poëtis nonnunquam fas est obrepere somnum. *Rob.*

561. Τιτανοπάτων] Hæc declarant manifestò annum definere statim à frigoribus. ergo ver erat initium anni in signo tauri. Virgil. I. Georg. v. 222: *Candidus auratis aperit cum cornibus annum.* Annus incipiebat à matutino ortu Pleiadicis. *Scaliger.*

562. Ιστος νύκτος τη γηγενατα] Hoc est, cibos præbe ad mensuram laboris diurni & quietis nocturnæ, ita ut per totum annum dies & noctes æquentur; hoc est, labori dierum alimenta debita, quieti nocturni respondeant. Σχολια Φίλαστρος τοις νύκτος της γηγενατας, της τερπης, οβσκυρης τη γηγενατας, η τερπης, obscurus & implitus locus. *Guiccius.*

566. Αρκτῆς] Temporibus Hesiodi bruma erat circa 7. aut 8. Januarii, ergo circa decimam Martii dicit oriri Arctum. Hoc autem accidit circa initia Olympiadum, quo tempore sine dubio fuit

Hesiodus. Sunt autem 2370. anni à prima Olympiade, incepitque hoc proximo solsticio præterito 1594. bis millesimus trecentesimus & septuagesimus annus. *Scaliger.* Incidebat bruma in 30. Decembris, tempore Hesiodi, ex calculo Petaviano, Var. Diff. Lib. VII. c. 5. *Clericus.*

566. Αρκτίες καὶ τὰ ἔτη] *Plinius de seculo Juliano Lib. XVIII. c. 26.* A Favonio in *Aequinoctium vernum Cesari* significat *XIV. Calendas Martii triduum varie, & VIII. Calendas birundinis usq[ue], & postero die Arcturi exortu vespertino.* *Columella Lib. IX. c. 2. IX. Calendas Martias Arcturus primi nocte oritur.* At in Petaviano laterculo acronychus exortus Arcturi fit in piscium gradu 14. qui in Calendario Martii V. convenit. Sed ortus vespertinus verus, quem tabula præbet, posterior est apparenti. Hæc & alia *D. Petavius Lib. II. c. 8. Var. Dissert.* *Clericus.*

567. Αρκοντίας] Idem est quod dicitur ἀρκοντίας, nam ἀρπα κτηπα idem est ac ἀρπα ῥήγη, seu *primordium noctis*. Intelligentus, ut videtur, de ortu apparente. Ortus autem, ut hoc in gratiam tironum addatur, vespertinus verus est, cum occidente sole, stella oritur ex adverso, neque tamen, propter solis aut lucis vespertinae fulgorem, aspectabilis est. Ortus vero vespertinus apparet, quando sol longiusculè ab horizontali diametro progressus est, adeò ut post ejus occasum emergens ab oriente stella conspicua sit. *Clericus.*

568. Οφρυῶν] Quia summo mane solent hirundines canere. Alii tamen legunt ὄφρυν, ut Hesychius & auctor Etymologici magni, cuius hæc sunt verba: 'Οφρυν. ο μορίων Sparvion'. ή ωρὸν ὄφρυν. Ηνέοδος. οτίον ὄφρυν — Δημόφρυν, οτίον η ὄφρυν ἀπαριμάτην, η μεσοληφρύν. Sic 'Οφρυν effet *excitans lucum*. Prior tamen lectio magis placet. De lueta hirundinis vide quæ ex Poëtis collegit Sam. Bochar-

Bochartus Hieroz. Part. 2. Lib. I. c. 10. Clericus.

568. Ορθογώνια πλανήσια] Hor. lib. I. Epist. 7.

— *Te, dulcis amice reviset
Cum Zephyris, si concedes, & bi-
rardine prima.* Rob.

570. Τινὲς φεδίηδες σίτες απειλήματα] *Columella Lib. IX. c. 1. postquam VII. Cal. Martias conspici dixit hirundinem, paulo post, à Calendis Martii, inquit, eximiā est vitium putatio, usque in decimum Calendarum Aprilium, si tamen se gemmae nondum moveant. Clericus.*

571. Φύρων] *Albenacus Lib. II. p. 63. Ήντος τὸ κοχλίας φύρων καλῶν, ἢ Ἀγάλης δί,*

'Απόστολος εἶ τὸ κοχλίαν πολλῷ πάγῳ,

Οἱ φερόντες τὸν ἄνθειαν τὰς οὐκίας:

Hesiodus Cochleam vocat domiportam, Amazilas verò: Cochleis tu es multò diffidentior, quæ præ diffidentia circumferunt domos. Cicero de Divin. Lib. II. c. 64. Quid me igitur mones? ut si quis medicus agroto imperet ut sumat

Terrigenam, berbigradam, domiportam, sanguine caſsam, potius quam bominum more cochleam dicere. Quod cùm ita sit, miror cur interpres Latini testudinem hactenus esent interpretati, præsertim cùm testudines in arbores non repant; quod jam observarat ante nos Sam. Bochartus Hieroz. Part. 2. Lib. IV. c. 30. Clericus.

578. Ηὸς γδὴ τὸν ἵρυον] Ad hunc locum notavit Plutarchus, Homerum Epitheta pulchritudinem & delectationem exhibentia Aurora attribuisse, nempe λεπτόπτελον, & ρυθμίκα πλανήσια; eam vero Hesiodum per utilitatem suam melius descripsisse. Tὸν μὲν οὐκέτι οὐ πλέταρχος θεοῖς τέλεσθαι τὸν ὑμέραν κορώνην, κρατόπτελον αἰνεῖται λέγοντες καὶ ρυθμίκα πλανήσια. Ηὸς μερόπερνος τὸν ἵρυον τὸν μὲν οὐκέτι οὐ πλέταρχος θεοῖς τέλεσθαι τὸν ὑμέραν κορώνην, κρατόπτελον αἰνεῖται λέγοντες καὶ ρυθμίκα πλανήσια. Proc. Notari tamen debet, nullam exinde landem ad Hesio-

dum accedere, vel detrahi ab Homero; quoniam ille Aurora utilitatem data opera descriptis, hic vero obiter tantum Aurora meminit. In aliis locis, ubi levis tantum incidit Aurora mentio, iisdem Epithetis, quibus Homerus, utitur Hesiodus. Sic v. 610.

Αριστοφ. δ' Ιστορίας πλανήσια πλανήσια Ηὸς. Rob.

579. Ηὸς τὸν φερόντες] Non dubium est quin hoc respexerit Aristarchus, cùm in illo Theogoniæ loco, Καλύπτη, ή μὲν φερόντες θεῖς ἀντοῖς, exponit, φερόντες πλανήσια. Vetus Glossa ad Theogoniæ. 'Αεισαρχος τὸ φερόντες, ἀντὶ τῆς φερόντες οὐκοντος ἀντὶ ἀντονος, πότερον τὴν πληρᾶ, ή τὴν χεῖρα φερόντες τελονος. οἱ δὲ ἐπιμοτάτοι. Eustathius: τὸ δὲ φερόντες φερόντες οὐτοὶ τοῖς ίστεροι φερόντες πλανήσια λέγοντες. οὗτοι δὲ φερόντες τὸν φερόντες τὸν γιγάντα λέγουσι, οὐδὲν καὶ οὐτοί οἱ φερόντες, μηλοι δέ. 'Ησιόδος δὲ τὸ τοῦ φερόντες μὲν ὁδόν, φερόντες τὸν ἕρκην, ἐπειδὴ τὸ σημαντόβροντον τὸ φερόντες ψαράρεται τοῦτο εἰς αὐτόχρονα λεμβάνοις ἀντὶ τὸ φερόντες, ἀλλ' ἀντὶ τῆς φράγματος, φροκόπεια ποιοῦ, σημαντοῖ, φρεγάζει. Hesiodus.

582. Σκόλυμα] *Artichami sauvage, ali-
ter chardonnette. Knöpfchen artichaut cultivé.
Κάρδια carda. De Scolymo vide Diosco-
rid. lib. III. 16. de eacto vide Athenaeum.
Scaliger.*

582. Σκόλυμα] Graviter errant, ut putat Claud. *Salmofius ad Solinum p. 161.* hujus zetatis eruditæ fermè omnes herbariæ, qui σκόλυμα Graecorum persuadere nobis volunt fuisse, quem Latini propriæ *Carduum* vocabant, nos *Artichatum*. Hanc saltem differentiam agnoscunt, quod σκόλυμα agrestis sit. *Cardus* sativus. Ego genere distingui censeo. Σκόλυμα vox Graeca est, quæ nomen in Latio non habet; idēc *Scalymus* Latinæ suæ voce vocandus est, non *Cardus*, ut faciant vulgo apud *Theophrastum* & *Dioscoridem*. Graeci omnes, non solum *Paulus* & *Aetius*, verū etiam *Diosco-rides* ipse *Knäper* & *Σκόλυμα* separant. Atqui certum est σκόλυμα Graecis dici, quem La-

Latini vocant *Carduum*, Siculi *κάλλον*. *Scolymus* Græciae notissimus, unde illud *Hesiodi* & ex eo Aristotelis δῆι Σκολύμα. Hoc florente, mulieres libidinis avidissimæ. *Scolymum* in cibos Orienſ & Græcia receperat. *Plinius Lib. XXII. c. 22.* *Scolymum quoque in cibos recipit Oriens* & alio nomine *Limoniam appellavit*. *Frutex est numquam cubitali altior, cristisque foliorum ac radice nigrâ, sed dulci.* *Eratostheni quoque laudata in pauperis cena.* Edulis est potissimum radix, sed & herba adhuc tenella. Qua de re, pluribus vir summus, quem vide. *Clericus.*

582. *Ημερος οι Σκολυμας*] Ephemeris *Hesiodi* æstatem definit δῆι σκολύμα. Multi viri docti disputatione, quid sibi velit Philosophus in Problematis, cum hoc modo hunc versum adducit: Διὰ τὸν τὸν θύρον οἱ πέπερις δίδοσιν οὐδετεραν ἀργεσθανόν. αἱ Νυχαῖκες μᾶλλον, γεδέσθη ἡ πολιτεία λέγει δῆι σκολύμα, Μαχλόταται δὲ χωνάκες, ἀφεύταται δὲ παντερά. Quo loco quidam, inter quos fuit vir summus Camerarius, κολύμψ legerunt: alii κολύψ: κολύς enim, dicunt, ἐπαυλες exponitur ab Hesychio. Sed mirum viris doctis, in re tam levi aquam hæfisse, præsertim qui φρεγχογίας Aristotelicam cognitam haberent. *Hesiodus* æstatem constituit δῆι σκολύμα η τίττυρος, ita loquuntur eleganter οἱ χειτεροι, id est, tempore cardui & cicadae, vel, dum carduus & cicada est. Hoc secutus Aristoteles, dixit *Hesiodum* salacitatem mulierum, virorum vero impotentiam constituere δῆι σκολύμα. Non vacabat Aristoteli aliud agenti citare versus illos, *Ημερος οι σκολυμας τ' ἀρδει*, & quæ sequuntur, Μαχλόταται οι χωνάκες. Propterea, eleganti ratione dixit, γεδέσθη η πολιτεία λέγει δῆι σκολύμα, scilicet Poëta *Hesiodus* dicit de tempore quo vites carduus. Quod hinc delumenit Alcæus, cum dixit: Αρδει οι σκολυμας η μαρστας χωνάκες. Diximus *Hesiodum*, in libris Εργων, etiam ἱμμείδη complexum esse. Ostendit ita-

que hic, postquam ver absolvit, quid agendum sit δῆι σκολύμα η τίττυρος. *Heimius.*

582. *Ηχόπτη τίττηρος*] Alcæi versus citatur à Proclo, quibus hunc *Hesiodi* locum Poëta ille imitatus est. Τίττηρος πολύφωνος οίρης τὸν γένος εκτίναξεν. οἱ δὲ οὐρα χαλεπά, ἀχεῖ δὲ ἐκ πετάλων ἀχέτη τίττηρος. ἀνδρῶν οὐδὲ σκληρών. γυναικὲς μαρσταται χωνάκες. λεπτοὶ δὲ τοις ἄνδρις δῆι σκολύμα η γόνατα Στίειος ἀζην. Hanc etiam anni tempestatem eodem modo descripsit Aristophanes Εἰρ. 1159.

Hvīc ἀν ἀχέτας
Ἄδη τὸν ιδιῶν γομήν,
Διασκοτῶν, ιδιμαν,
Τὰς Ληριας ἀμπτίλιας,
Εἰς ποτάμιον ιδην. Rob.

589. *Πηγαίν πε σκὰ*] Quā nulla majus ac frigidior. Similis imago obversabatur animo Prophetæ Esaïæ, cum scriberat Cap. XXXII, 2. de re exoptatissima: *Erit instar rivorum aquæ in secco loco, atque instar umbræ ingentis petrae, in fistulosa terra.* Clericus.

589. *Βιβλιογρ οἵρος*] Bybliaum vinum, cuius meminit Festus & Theocritus, est vinum cujus vitis delata erat ex urbe Syriæ Byblo, ut Romæ Nitiobris, de Bourdeaux. Scaliger.

589. *Βιβλιογρ οἵρος*] Huc transferemus integrum adnotationem *Lucæ Holstenii* ad vocem *Βιβλίου*, quem Stephanus Byzantius docet fuisse nomen regionis Thraciæ, à qua vinum *Biblinum* dictum. “Αἴθιον Lib. I. p. 31. Αχαιος ή *Βιβλιον* “(ἴτηντε) Εδεξιτο, Βιβλίου μενος ικτύματα. “Καλεῖται οι οὔτε μόνο ποτε χαρεις οὔτε φεγανος οὐρανομένη. φωνη η η Φιλινος, “Οπ παρέντος Λεσβιον, Χιον. Πέλους; “Θάσον, Βιβλιον, Μιγδαλον, οὗτος ου μία “Κραιπαλαχη. “Επιχερμος οι οὔτε ποτε οφειτο Βιβλιον φωνη αὐτης “ποτε ονομαζεται. Αριθμίδης δε Θράκης φωνη η “χειρας η Βιβλιας, τοι αῦτος Τιούρης η Οιανης “μηνος φεγανογονυσθαινει. δηπεικας δε η Θράκης “ιδωμενος οις ιδηνος, και οιωδεις τοι παντες “οιος αυτης χαρει.

“Nees

“Νέος δ' ἐκ Λίμνης παρέστησεν οὗντος ἄγνους.
· · · Ιππίζεις δὲ τὸ Ρυμίνοντος οὐδὲν τελευτώματος
· · · λογίας φωτὶ καλύπτει, λόγος Πόλλου τὸ Αρρένος,
· · · ὃς ἔβασιν εἰς Συρακούσας, αφεῖτον εἰς Συρακούσας
· · · σπεῖ χορίους δὲ Ιταλίας εἴη ἀντὶ ὅπερι Σικελίας
· · · λιώτις γυλικής τελευτώματος Πόλλου, ὁ Βίστλος
· · · γροῦ οὐροῦ. *Achæus Biblinum commentarij*
· · · dat: excepit Biblini vini poculo. Sic
· · · autem vocatur à loci cuiusdam nomine.
· · · Dicit etiam Philinus:

"Præbiturum me tibi Lesbium, Chi-
"um. Papz!

“ um. Papæ !

"Thasium, Biblinum, Mendæum, ita

"ut tu non

“Inebrieris.

*Epicarmus à quibusdam Biblinis mon-
tibus vocatum ait. Armenidas vero
tradit Thraciae partem vocatam esse
Biblam, quam Tisaram & Oesymam
dicunt. Thracia quidem, ob vini quod
fert præstantiam, & vicina omnia ei
loca admirationi sunt:*

: Naves ex Lemno aderant vinum
“vehentes.

*Hippias Rbeginus quam vitem tortuosa
sam vocabant, Biblinam dictam fuisse
sit, tamque Argivum Pollin, qui re-
gnavit Syracusis, primum ex Italia
Syracusas invexit. Quamobrem quod
dulce vinum Siculi nuncupant Bibli-
num fuerit. Quem locum ided ad-
scripsi, ut qui eum legerint de scriptu-
ra certi corrigant porr̄ vulgatos He-
siodi Codices in Operibus, v. 589. in
quibus Βίλιον εἰρ̄ legitur, pro Βίλι-
νο. Ad quem locum Moschopulus :
Βίλιον ποταμὸς ἡ πόλις Θάρας. Distin-
ctius Proclus; sed foedo vitio infectus:
εἰρ̄ Βίλιον (pro Βίλιον) ὁ εἰρ̄ιον (lege.
οἱ Νέξοι) παρ̄ αὐτοῖς γεγενέσθαι φασι ποταμὸν
ὑπὸ τηλέματον (lege, παρ̄ ποταμὸν) Τε-
τζεῖται inepdit suo more. A corrupta au-
tem lectione Hesiodi deceptus est Eu-
stathius, qui ad Iliad. A. p. 871. Βίλι-
νο εἰρ̄, & Βίλιας χάρας scribit, tam-
quam Hesiode auctore. Adde Theo-
critum qui Idyll. XIV, 15.*

“ ————— ἀρχῆς ή Βίγλιον εἶται.
“ Εἰώδη τετόπους ἐπίστρ.

*"Aperui istis vinum Biblinum, odoratum quatuor annorum. Pro Bīclīnī.
" Denique Suidam, apud quem, Bīclīnī
" πέτις Σενίας, pro Bīclīnī, ut hic, quem-
" admodum ex ipsa litterarum serie ma-
" nifestum est. Hactenus Holstenius, qui
in loco Albæni nescio quare prætermi-
serat verba Pbilini, quæ quām maximè
faciunt ad rem, nosque docent cur He-
siodus suadeat æstate bibere vinum Bibli-
num. Ex iis enim liquet fuisse tenue vi-
num, & quod non facilè inebriaret; qua-
le bibendum æstate, non generosius, cu-
jus fumi facilè inebriant, & vis etiam ve-
hementior incendit. Ceterum universa
Thracia, propter frequentiores montes,
non est ferox vini, sed tantum partes me-
ridianæ. Clericus.*

589. *Ein megalin te osù*] Haec mibi legenti veniunt in mentem summi Poëtæ carmina, quæ, licet politissima, haud tam penitus ab antiquo nostro & rustico Poëta abhorrent.

*Rura mibi & rigui placeant in val-
libus amnes;*

Flumina amem sylvasque inglorius;

*O ubi campi,
Sperchiusque, & virginibus baccha-*

*Taygeta ! O qui me gelidis in vallis
huc feri.*

*Siflat, & ingenti ramorum protegat
umbra! Georg. 2. Rob.*

508 Fünfzehn Jahre nach dem Tod des Kaisers Georg. II. und des Kaisers Joseph II.

595. Erit ascepsis pars, ut & ieiuniorum;
Orionem *Theophrastus*, in Libro de ven-
is, ait oriri iv $\alpha\epsilon\chi\eta$ τὸ ὄντος, οὐτε οὐτε
πρχη τὴν καμάραν, ubi ἡ πόπα pro aestate jam
inclinante sumit, diebus aliquot à conse-
to solstitio. In laterculo Petaviano, lu-
ida pedis Orionis Heliacum ortum fa-
cit Carcinonis XVIII. Julii XII. Sed *Theo-
phrasti* zovo & Athenis maturius id fie-
rat. Verum post ortū heliaci diem ex
tabulis confectum, apparentes iidem or-
us matutini repetuntur. Itaque propa-
ga-

gatus hic ortus est usque ad *intra* initium. *Polybius* Lib. I. scribit Romanos in Africam è Sicilia trajecisse, inter ortum Orionis & Sirii, incommodâ tempestate. Ortum intelligit utrobique heliacum. Nam Sirius Leontonos VIII. ineunte Augusto, Orion paullo post solstitium oriri incipiebat. Ergo Julio mensê navigarunt. Sic *Hesiodus* messis ac tritûræ tempus circumscribit Orionis exortu. Hæc aliaque id genus habet *Petaurus*, Variarum Dissert. Lib. II. c. 8. *Clericus.*

599. Χάρης ἐν εὐαί] *Varro* de R. R. Lib. I. c. 51. *Acrem esse oportet in agro, sublimiore loco, quā perflare possit ventus.* Vide & *Columellam* Lib. II. c. 20. *Clericus.*

610. Αρκτοῖς δὲ οὐδὲν γοδαίνιλα] Hæc] Arcturi intelligitur Heliacus ortus, qui incidit in Virginis 27. gradum, hoc est, Septembbris XXI. quod *Hesiodi* ævo aliquot diebus prius siebat. Is est verus ortus, nam apparenſ aliquot diebus ferius fit. *Clericus.*

613. Επερ δὲ εἰ ἔχει ἀριστα] Miror *Hesiodum* nihil de calcione racemorum, expressioneque succi, vi torcularis dixisse. Præterea ei exigua oportet esse vineta, qui racemos soli & umbræ tamdiu expopat; nam in ingenti racemorum copia fieri hæc, sine multis incommodis, non possunt. Fortè de exigua copia vini, ejusque præstantissimi, conficienda agit. *Clericus.*

615. Πλειάδες δέ τάδε τοι] De Pleiadum occasu egimus ad v. 384. Supereft ut aliquid dicamus de occasu duorum aliorum Asterismorum, quorum hic meminit *Hesiodus*. Utriusque autem intelligit occasum matutinum, seu Cosmicum. In Petaviano laterculo, Palilicium, id est, lucidissima Hyadum in oculo Taari posita, mane occidit, in gradu IX. Scorpiorum Romæ; id est, Novembbris II. quod die *Columella* Tauri caput occasum facere scribit. At in Ægypto, matutinus

occasus siebat in gradu Scorpii XI. Novembbris IV. Sed idem *Columella* succulam mane occidere ait XI. Novembbris, qui est apparenſ occasus matutinus, vero posterior. Vide *Petavium* Var. Dissert. Lib. II. c. 8. *Clericus.*

Ibid. Τὸν δέντρον οἰνοποιοῦ] Lucida stella pedis Orionis mane occidit, Scorpionos V. Octobris XXIX. Zonæ mediæ Scorpionos XII. Novembbris V. Humerus dexter Scorpionos XXI. Novembbris XIV. Itaque initio Hyemis verè dictus est occidere. *Clericus.*

616. Λεγόντες μαρτύριον τοῦ] Vide notata ad v. 384. *Clericus.*

617. Πλειάδες] Annus, πλειάδες non dubito dictum esse, quia maxima pars Graecorum annum πλειάδες incipiebant, unde πλειάδες dictus. *Scaliger.*

Ibidem.] *Arazi Scholia*tes ad Tme- ma 24. τὸ περιοδικόν Ed. Morelianæ anni 1559. Απὸ τόπων, inquit, κατ' ἑξοχίαν της πλειάδον ὁ θεατός: ab hisce, per excellentiam, *Plesion* vocatus est annus. Hesychius tamen aliunde deducit, sic enim interpretatur: Πλειάδες, ὁ θεατός, οὐδὲ τὸ πάρτον τῆς πλειάδος τὸ γῆς συμπληρῶδες. Hæc vox occurrit & in Cassandra *Lycophronis*:

Εἰς πάρτον της πλειάδος ιπέρων λέχει.

Quinque circiter annos lecti cupidus. *Clericus.*

617. Αριδαίον τοι] Hoc est, singulæ anni tempestates, singulique menses ita in opera rustica describantur ac dividantur; ut totus in opera, suis temporibus adscripta, impendatur. Quapropter Rei Rusticæ Scriptores diligenter annum diuiserunt, & notarunt quæ singulis ejus partibus fieri oporteat. Vide *Varronis* de R. R. Lib. I. c. 27. & sequentibus, & *Columellam* Lib. XI. c. 2. *Clericus.*

617. Πλειάδες τὸ καὶ χθωρᾶ] Non intellexerunt hæc interpretes. Ac primo Moschopulus quantum à sensu horum verborum absit, perspicue fatetur, cum īσω per īσω reddit. Satis superque alibi probavimus, ne iterum hæc repetendum sit,

in libro nostro singulari, contra Tzetzen, Ephemeridem in operibus Hesiodi, non in diebus, esse: cum autem designatio ejus passim ferè sparsa sit, manifestè tamen ibi incipere: Μῆνας δὲ Λιοντίαν. Ita ut tota agriculturæ doctrina in Ephemeride desinat. Hanc postquam cum anno terminavit, cuius doctrina ab hyeme incipit, in autumno desinit, totam simul Ephemeridem & agriculturæ doctrinam, tali clausulâ, concludit: Πλεῖστον δὲ τὸν χειρόν ἀριθμόν εἶναι, quod interpres Latini, secuti Græcos, reddiderunt, *Annus verò per terram accommodus sit.* Ineptissimè. Multum tortis omnes illud καὶ χειρός, quæ verba absolvunt agriculturæ præcepta, simulque ad navigationem viam præparant: ita ut illud quod sequitur, Εἰ δέ τινες, ita cum hoc cohæreat; quia enim τῷ Παρθενίᾳ veteres arare incipiebant (quod Lacones una voce Βωρεῖα dicebant, Hesychius: Βωρεῖα, ἀγρούρη δὲ τὸ Λειόν Σύρη) navigare autem desinebant, eleganter hac occasione alteram Oeconomiz rationem orditur. At Proclus optimè ad hunc locum notat, πλεῖστον δὲ τὸν χειρόν εἶναι, potuisset tamen melius alii consulere infra: si pro illis, δέ τινες πάντοις, δὲ τριαντὸς ὅλος ἀριθμός εἴη, notasset, δὲ τριαντὸς ὅλος παντοφθόρος εἴη. Tzetzes nugari maluit, quæ hic omitti poterant. ἀριθμος igitur est τὸ παντοφθόρον: καὶ χειρός, est καὶ τὸ χειρόν εἴηντο: nam ita transit ad τὰ διαλέξια. Absolutio totius anni tempore concludit Ephemeridem his verbis: Πλεῖστον δὲ τὸν χειρόν ἀριθμόν εἶναι. Sic annus in opere rusticō ab solitus est. Ita sumendum. Heinseus.

619. Σεδίρης Λειμών Λειάνης] Quia, nimirum, occasu matutino Orionem antecedunt, ideoque eum fugere videntur. Ad hunc Hesiodi locum respexisse videatur Quintus Smyrnaeus, Lib. V. v. 367.

Πλεῖστος εὖτ' ἀριθμός τοις ὀκτὼ εἴη Σπαδίς, οὐστολίθους φέγκυτον Λειάνη, Ηέα συκλοπίους μέμνεται τοὺς.

Cum Pleias indecessit Oceanus fluente fabit, timens inclytum Orionem, aëra perturbans, pontus verò procellâ furit. Clericus.

628. Νῦν πέπλα πορνούσσειο] Hoc est, vela & remos. Ex simili loquutione perperam intellecta nata est fabula Dædali & Icari, qui alis fugisse Cretam dicuntur, hoc est, remis & velis. Idem, ut hic Hesiodus alias navibus tribuit: Virgilius, vice versa, alis Dædali remigium adscribit, Æneid. VI. 19.

Dædalus, ut fama est, fugiens Misnoia regna,
Præpetibus pennis ausus se credere calo.

Insuetum per iter gelidas emavit ad Atētos &c.

Redditus bis primū terris, tibi,
Pœbe sacravit

Remigium alarum. Clericus.

629. Ταῦτα κατέχριστον] Vide not. ad v. 45. Clericus.

637. Οὐκ ἀριθμός τοις] Si, more Aristarchi, delendi essent versus indigni Poëta, qui tantam famam adeptus est, quantum Hesiodus, hic versus cum sequente esset jugulandus; quippe qui Gallicā, ut aiunt, nive sunt frigidiores. Clericus.

637. Οὐκ ἀριθμός τοις] Nimiris delicatus est Joannes Clericus hos versus obelo configens; & fortasse eorum sensum non est affecitus. Innuit Hesiodus, patrem suum patria excessisse non sine causa, non novitatis, vel peregrinandi studio, sed quod se domi aere non potuit. Sic senex ille Heautontimorumenos, *In Asiam binc abii proprier pauperiem.* Rob.

640. Ασφέρα] Samuel Bochartus Chanaan. Lib. I. c. 16. vocem Asfra deducit ab אַשְׁפֵרָה, hoc est, lucus, ubi steriles sunt arbores; Hesychius hunc locum profert: Ασφέρα, δρός, ἀσφέρα. Attamen cave credas sterilem locum fuisse, cum in epitaphio Hesiodi, quod profert Pausanias in Boeoticis, p. 600. dicatur πλευρής, hoc est, *ferax segetum.* Situm ejus

ejus & conditores memorat idem *Pausanias* p. 583. *Clericus.*

643. Νῦ ὀντὸς αὐτῶν] Imitatus est Virgilius, quamvis contrarium dicat, Georgicum II, 412. *laudato ingentia rura, exiguum colito.* Scaliger.

643. Νῦ ὀντὸς αὐτῶν] Simulata verborum laudatione plerumque id efficiamus quod toto pectore improbamus, atque damnamus; quo factum est ut verbum *ἴτυρον*, quod Græcis *laudo* significat, pro *recuso, nolo, improbo* usurpetur. Aristophanes in ranis, *τέλος*, *ἴτυρον*. Nisi me fallit animus, eadem ratione dicendi Virgilius est usus, cum 2^{do} Georgico scribit

*laudato ingentia rura
Exiguum colito.*

Nam latifundia improbat, modicumque agri modum præfert; ac mihi videtur simulatus esse Hesiodum qui lib. 2. Epy. scripsit, Νῦ ὀντὸς αὐτῶν. Turneb. *Advers. lib. 20, cap. 14.*

646. Τρέψας] Scribendum videtur τρέψας. *Guictus.*

647. Χρία της εργασίας] Td τη versum impedit & est inutile. *Idem.*

648. & 649. Hi duo versus, teste Proculo, insititi videntur Plutarcho, quem vide. Placet judicium Plutarchi. *Naufragia ναυπρόδιοι* subintellige sed. *Idem.*

654. Επί δέκα] Ex hoc loco occasio-
nem arripuit nescio quis fingendi certa-
minis Homeri & Hesiodi, quod cum ali-
bi sèpè editum, tum etiam ad calcem
majoris editionis nostri Poëtz, quam *Dan.*
Heinsio debemus. *Clericus.*

657. Τελος' ὄμεντο] Ejus meminit *Pausanias* in Boeoticis, pag. 588. Editionis Hanovianæ. *Clericus.*

658. Αριθμος] Inscriptio, si credere fas est, fuit hæc:

Ηεσιδος Μύσος Ελικυνίον, τίδος ἀριθμος
Τυρηνίων, ιν χαρχίδι, Σενον Ομηρον:
Hesiodus Musis Heliconem colentibus
hunc apposuit, cùm cantu vicisset Chal-
cide drumum Homerum. Eam profert,

inter alios, *Dion Chrysostomus Orat. II.*
de Regno. *Clericus.*

659. Ερδά με τη φεγγον τη τέχνης] Con-
trarium hoc est iis quæ habuimus in
Theogonia v. 20. & seqq. *Clericus.*

659. Ερδά με Si vult Hesiodus se pri-
mum in hoc certamine Chalcidico Poë-
tiken attigisse, hoc certe iis est contra-
rium quæ in Theogonia leguntur. Sed quis suspicari potest eum in tam celebri
conventu primum ingenii sui tentamen
facere voluisse? Quomodo igitur ex-
ponendum *ἰτύρον δαύδις?* Mea quidem
sententia, non simpliciter, *componem fe-
cerunt cantus, sed potius, Poëtices cul-
men fecerunt ascendere*, quod merito de
se post tam illustrem victoriam prædicare
potuit. Homerus Odyss. x. 424.

Tēar διάτηρα μένει ἀραδίτης ἐπίλοντος.
Ad quod Scholiares. Araaditus ἐπίλοντος.
Επὶ τούτῳ τὸν ἀραδίτης ἐπίλοντος. Rob.

661. Αλλὰ τὸ ὅς ἡρίων] Ος, hoc est, ὅμως.
vers. seq. ἀπόπατον, hoc est ἀξαν διπάτον.
Guictus.

661. Αλλὰ τὸ ὅς ἡρίων] Recte *Guictus.*
Sic Homerus Iliad. A. 116. cùm indu-
xisset Agamemonem vehementi amore
Chrysidis incensum se fatentem, atamen
pollicentem se eam redditurum sic de-
scribit:

Αλλὰ τοῦ ὅς ἡρίων δύμανα πάλιν, οἱ τοῦ γ'
ἀπόπατον.
Sed & sic, hoc est, atamen volo redde-
re, si hoc melius. Ad quem locum Scho-
liares. ὅμως. Eustathius verd: ἡρίων
ιν τοῦ Ηραδίππου Λαππογ. ὅπ το ΩΣ, ἡπι δι-
λοῦ τὸ ὅμως, δεκατάτη. fertur in commen-
tariis Herodori & Apionis ΩΣ, cùm si-
gnificat, tamen, circumflexti. *Clericus.*

663. Ήματι πετάκοντα τοῦ τη τέχνης] Si
nulli hic desunt versus, frustra sanè *He-
siodus* jactat peritiam suam, in re nauti-
ca. Quid enim absurdius, quam coërcere
re omnem navigationem intra quinqua-
ginta dies, quorum initium sumatur à sol-
stitio æstivo? Cùm præseriat solstitium
æstivum incideret in III. Julii. Per quin-
qua-

quaginta etiam dies ante id solstitium non minus tunc navigari omnes accolere maris norunt, nec potuit ignorare *Hesiodus*. Itaque, ut aperiam quod sentio, crediderim hinc deesse duos versiculos, quorum haec fuerit sententia:

Ηματι τεττάκοια τερψησθαι
Ασφαλέως γλωσσιν ιχθάσιν, αὐταρ ἔπειτα
Ηματι τεττάκοτα, οὐ τε ἔξιν.

Dicibus quinquaginta ante conversiones solis, tuto cœruleum mare exercebis, rursum deinde quinquaginta diebus post conversiones &c. De fine prioris versus, deque altero, dicere nihil ausim; sed non absurdè mihi conjicere posse videor initii similitudinem causam fuisse cur librarii duos priores versus omiserint, jam ab antiquis temporibus. Exempla similium omissionum vide in *Critica nostræ* Part. III. Sect. I. c. 5. Quidvis certè malum suspicari, quam *Hesiodum* tam supinæ ignorantiae insimulare. *Clericus.*

678. *Ἄλλος δὲ τιτεύεται*] An verna dicitur navigatio quævis, quæ fit ante solstictium æstivum, quod tempore *Hesiodi* erat, ut ostendit *Dionys. Petavius Var. Dissert. Lib. VII. c. 5. Julii III?* Non putto. *Hesiodus* enim tempestatem hujus navigationis satis indicat, emissione foliorum ficiis, quæ fit ante æstatem; est enim instantis æstatis indicium, ut nos docet testis omni exceptione major *Matt. XXIV, 32.* Απὸ δὲ σκότου μαρτυρεῖ δὲ θεοφάνεια: οὐταν δια τὸ κλάδος αὐτοῦ γέννηται ἀπολός, τοῦ τὰ φύλλα ἐνθάνει, γενόντες ὅτι ἡγγὺς ὁ θεός: ex fici intelligite parabolam, cum iam ramus ejus tener factus fuerit εἰς folia emiserit, scitore vicinam esse æstatem. Intelliguntur autem serotinæ ficiis, de quibus vide notata à nobis ad *Marc. XI, 13.* in additamentis *Hammondianis*. Inchoata verò æstate, hoc est, postquam Sol Tauri signum ingressus erat, non licuisse navigare, nisi furtum, credidisse non videatur *Hesiodus*. Scio artem navigandi etiamnum imperfectam fuisse, eo raro; sed cum experientia didicissent nautæ

quinquaginta diebus post solstictium æstivum tutam esse navigationem, ab eadema magistra discere eos necesse fuit non minus tunc per quinquaginta dies ante id solstictium, mensibus Majo & Junio, navigari. Itaque quæ hinc habet Poëta, de navigatione verna, intellexerim de ea quæ fit mense Aprili, qui ventis & procellis, haud multò minus quam hiberni menses, est obnoxius. Certè eo mense fucus folia emittere incipiunt. *Clericus.*

689. MSS. Bodl. 699. & Coislin. ἀερὸς ἄγορον. *Rob.*

694. *Μήτρα πολέμωνται*] Non intellexerant bæc interpretes. *Hesiodus* μήτρα πολέμων vocavit & ἀράντιον πάντα. Sic eleganter, Δεῖξις δὲ τη μήτρα πολεμοίσσοι πολέμωνται: quamobrem quæ *Moschopulus*, *Proclus*, *Tzetzes* & οὐμαντεῖς hinc dicunt, ostendunt eos non bene mentem *Hesiodi* vidisse. Dum suaderet μήτρα πολέμωνται, suadet ut mercator usque ad æstatem maneat, quia usitatissimus alter ille πάντα, veris, nimis, ἀράντιον fit. Quod quid sit ad interpretes diximus. *Heinsius.*

696. *Μήτρα τεττάκοτα*] *Tzetzes* legendum contendit τεττάκοτα. Placet. *Guiccius.*

698. *Τέτταρες μὲν*] Scribendum videtur τέτταρα. Subintellige ἕπτα, hoc est, τέτταρες ἕπτα, hoc est, πέντεπλοιος ἕπτα. τέτταρες, τέτταρες δὲ δέξι. πέντεπλοιος hoc est, πέντεπλοιος δὲ δέξι. Ratio hæc numerandi sumpta est à mensibus lunaribus. Vide infra τέτταρες μέσον, ἕπτα μέσον. Anno duodecimo pubescere incipit. Anno pubertatis quinto, hoc est decimo sexto nubat, quæ zetas nuptiis aptissima est. *Guiccius.*

698. *Τέτταρες μέσοι*] Mirifice inter se discrepant Interpretes de tempore quo puerilis nubere Poëta præcipit. Sed omnes ferè consentiunt 14^{um} primum esse puerilis pubertatis annum. Monet igitur Poëta ut per 4 annos pubescant, i.e. per 15^{um}, 16^{um}, 17^{um}, 18^{um}, 5^o autem pubertatis anno, sc. 19^o nubant. Sic *Proclus*. Τέτταρες μέσοι ὅπεραν τῷ γυρῶν

ἢ τὸ ιντερόπολις χέρας ἔβη — Τινὲς δὲ γα-
μοῦδαι μήτε τὸ κλίσιον ἔτος πέμπτον ἀγούσιον. Εἰ δὲ τὸ τό-
κλίσιον παντεργοτελέσθω τότε. Tzetzes vero

— Ή γάρ γαμοῦ γαμοῖσι μήτε τὸ κλίσιον ἔτος πέμπτον
ἴχουσι. Εἰ δὲ τόκλισιον παντεργοτελέσθω τότε, τότε
πεντέτης τίτης τίτης, ὡς εἰ δέκα. Alii sup-
ponunt θέτονται subintelligi, & sic reddunt,
*Mulier autem 14^o anno pubescat, 15^o
venerabatur.* Sed si hic esset sensus, necesse
est scriberetur πέμπτης κλίσιος, non τίτης κλίσιος,
sicut postea πέμπτης γαμοῖσι. Nam θέτο-
ντης κλίσιος non potest significare 14^o an-
no pubescat, sed 14 annos pubescat. Rob.

702. Οὐ μὲν τὸ γυναικεῖον ἀντί] Clemens
Alexandrinus Strom. Lib. VI. nos docet
Simonidem sic hunc Hesiodi locum imi-
tatum esse:

Γυναικος ἄδειον χερῆς ἀντί λείψει την
Εθλόν ἀμπετον, ἄδειον εἰσὶν κακοῖς.

Uxore nullam rem vir possidet bona me-
liorem, neque deteriorem malā. Cleri-
cus.

704, 705. Hi duo versus suspecti.
v. 704. οὐτε est consumit τὴν ὥραν, τὸ τόκλισιον.

705. Καὶ τὸν αὐτὸν γύρον δύναται] Stob. οὐ τὸν
αὐτὸν γύρον δύναται Heinius.

705. Αὐτὸν γύρον hic significat prematuram senectutem, quae ante
tempus venit. Sic de Laerte Odysseus.
O. v. 354.

Ἐπτάγησε τὸ παῦσθι ἀδείρονος αἰχματίσασα,
Καριδίσις τὸ ἀλέρχον διαφέρει, οὐτε μάλιστα
Ηκαῖον διαφέρειν, οὐ τὸν αὐτὸν γύρον δύναται.

Ad quod Scholia festes. Πεντέτης γυναικεῖον
iminoī. Cruda tamen senectus apud Lat-
inos diversam longe significationem for-
tita est, sc. firmam, robustam. Sic Vir-
gilius de Charonte.

Jam senior, sed cruda deo viridisque
senectus.

supra citati vero versus Homerici suspi-
cionem inducunt quod τὸν Ετονον τὸν
excidit. Rob.

706. Οὐτε ἀρδαράσσων] Ultricem Deo-
rum curam, quae mortales à tergo sequi-
tur. Ab ἀντί, quod notat post, οὐτε & οὐτε.

Tibullus: *Nescio ultricem post caput
esse Deum. ab ὅτε, γετόντος, οἵτος, ὅποιον.*
Guictius.

708. Εἰ θέτονται ποίησις] Nemo enim po-
test magis nocere eo, qui, amicitia re-
nunciata, fit inimicus; quia aut arcana
novit, quorum revelatio nocere potest;
aut certe ea scit, quae nos quād maxi-
mē lādere possunt. Itaque, quantum
quidem est in nobis, amicitias oportet
esse aeternas, ut suadet Hesiodus. Eadem
de causa, sic præcipiebat Solon: φίλος μᾶ-
της κλῶνος δέ τοι εἶναι, μᾶς διαδύναμαλος:
amicos ne cito comparato, quos verò ac-
quisiveris, ne repudies. Apud Diogenem
Laertium, Lib. I. §. 60. Clericus.

709. Γλάστρας χάρειν] Qui ultrid, non ro-
gatus, prudens & sciens mendacium lo-
quitur. Sic apud Theognid. v. 488. τὸ
κοπίλον μαδίνων, ἀλλὰ autem id est ἀρχητε-
sic vet. Interp. Scaliger.

709. Μαδίνην ψύκτειν] Neque mentiaris
illi, supple, ne verbo quidem decipias.
Guictius.

709. Μαδίνην ψύκτειν γλάστρας χάρειν] Quia
ejusmodi mendacia anxios sāpe habent
ad breve tempus; nec satis arctam ami-
citiam redolent, quae numquam patitor
alii fieri à nobis, quod ab eo nobis fieri
nolimus. Clericus.

711. Διὸς τὸν τίτην] Pessimum præ-
ceptum; cum sola Ratio suadet pec-
cantes aut de industria, aut imprudentia
amicos ferre, ut ad amicitiam redeant,
aut certe ut nos pristinæ amicitiae hoc
tribuere intelligamus. Quād melius
Cicero, de Amicitia, Cap. 21? Primum
danda opera est, ne qua amicorum dissi-
dia fiant; sin tale quid evenerit, ne ex-
stincta patiūs amicitiae, quād oppressa
est videantur. Cayendum verò, ne etiam
in graves inimicitias convertant se ami-
citiae; ex quibus iurgia, maledicta, con-
tumeliae gignuntur; que tamen, si tole-
rabilia erunt, ferenda sunt; & hic bo-
nos veteri amicitiae tribuendus est, ut is
in culpa sit, qui faciat, non qui patiatur
in-

injuriam. Recte etiam, Cicerone antiquior, Auctori Pythagoricorum versuum, qui aurei vocantur, v. 7.

Μηδὲ ἔχθιμος φίλος σὺν ἀμαρτίᾳδε μέτεγκεν.

Neque oderis amicum tuum propter exiguum peccatum. Clericus.

712. Διάλυσις Ορθίου] Satisfacere verbis, aut iacturam, si quam creavit, sarcire. Clericus.

714. Σὺ δὲ μή περ γεπειγχέτω τίσθις] Videtur esse præceptum, cui nullus est cum superioribus ac sequentibus conne^xus, & quo precipit Poëta, non tantum cavendum esse ne dicamus quæ occulta esse volumus, sed etiam ne vultu prodamus id quod silentio tegimus. Itaque tīsθις hic est externa species, quæ frequentissima vocis est significatio. Hoc autem præceptum, si ad dissimulationem, nocendi causâ, referatur, qualis erat Tiberiana, rejiciendum; sed si ad prudentiam spectet, quæ nonnulla intempestivè aperiri vetat, quamvis utilia iis quibus aperirentur, ambabus ultiis est excipendum. Clericus.

719. Γλώσσης της θωράκης] Sententiam horum versuum illustrarunt interpres Jacobi ad Cap. III. 9. & seq. Clericus.

721. Εἰ δὲ κακός] Proclus ad locum. Λλαγχού. Εἰν' εἴποις τῷ θίλων, ἀλέοντος τῷ καὶ τῷ θίλων. Καὶ Οφεγος. Οπταῖον καὶ ἄποδα ἔπος, τούτοις ἵπακτας. Rob.

722. Διωτίμφιλος] Mare quidem dicitur Διωτίμφιλος ab Hesiodo, in Theogonia, quo non sine periculo transmitti possit; hoc vero, ubi sermo est de convivio, Διωτίμφιλος dici videtur qui ægrè adducitur, ut velit symbolam suam conferre ad convivium, seu κακόν. Hoc nos docuerat Hesychius, sed verba ejus corrupta sunt. Διωτίμφιλος, δῆλος δὲ οὐ Διωτίμφιλος, οὐ παχεῖα καὶ παραχεῖλος. δῆλος δὲ οὐ παλιρροή, θωράκης. Respicit ad locum Homeri Iliad. II. v. 141. ubi hominem mortuum ex curru decidentem urinatori, è fundo maris ostrea petenti, confert Patroclus, hisce verbis:

Πολλὰς δὲ κορέσσεις ἀντὶ ὅδι τίθενται Δράκοντες.
Νήσος διαδρομοκαν, οἱ δὲ Διωτίμφιλοι εἰν.

Multos satiaret vir hic ostrea quacrens,
ex navi desiliens, quamvis procellosum
esset; nempe, mare. Ad quæ verba hæc
habet Eustathius, quæ in Lexicon suum
transluit Phavorinus: Διωτίμφιλος δὲ πέτρος
οἱ Διωτίμφιλοι δὲ διωτίμφιλοι τοῦ πέμπτητος.
ὅδιον δὲ Ησίοδος Διωτίμφιλοι δὲ ταυτίας φοιτοί.
Ζεύδοτος δὲ παν πλανητικὸς χάραξεν οἱ διωτίμφιλοι εὗται, οἱ πολλοί, διωτίμφιλοι, εὔταιοι, οἵ τε τάχια
Διωτίμφιλοι, οἱ δέ διωτίμφιλοι, οἱ δὲ Ησίοδος.
μηδὲ πολυζεύτειοι Διωτίμφιλοι εἴται, οἱ δέ
διωτίμφιλοι, διωτίμφιλοι: *difficilis, qui ægrè adduci potest ut venias, quamvis ac-
cessitus.* De λέξῃ autem multa habet Isaacus Cesaubonus ad Characteres Theophrasti. Clericus.

722. Μηδὲ πολυζεύτειοι Διωτίμφιλοι] Ut hoc præceptum, quod est σεῖον συμβίλον & rela-
tional, quæ collatis ab unoquoque sumti-
bus instituebantur, constet sibi, sublatâ
distinctione, ita lego: Μηδὲ πολυζεύτειοι Διω-
τίμφιλοι Διωτίμφιλοι εἴται. Εκ κοινοῦ στένει τοι χά-
ραξεις, διπλά τοι διατίτιν. Sensus est hoc mo-
do mirè directus & perspicuus. Hein-
sius.

725. Χρήσις ἀνίπτωσι] Faciebat hoc non
parum ad munditiem, quæ à sacra facturi
postulabatur. Vide not. ad Gen.
XXXV. 2. Hinc in proverbium abiit
illotis manibus aliquid facere, quod per-
inde est ac imparatum esse. Clericus.

727. Μηδὲ ἄρτινοι] Hic Hesiodus
non vetat de die meiere, sed tantum stan-
tem, ad solem conversis ac retectis pu-
dendis. Malè hunc locum acceperat
Claud. Salmasius Exercit. Plinianarum
p. 431. quasi Hesiodus velit de nocte
tantum lotium emitti; quod absurdum
est, nec potest observari. Itaque eum
castigavit, sed acriùs æquo. Dionys. Petavius
in Miscellis Exercit. Cap. I. & recte
observavit hunc versum interplunctione
& sententiâ à sequenti esse distractum.
Clericus.

Ibidem. Ορθίου] Stans, ut Gallicè droit.
Vide

Vide Iliad. Σ. 246. & locum *Herodoti* laudandum ad v. 731. *Clericus.*

728. Λύτρα ἐπέι τα δύο μεμνησθέοντας τὸν ἀνίβραντα] Ab occasu ad ortum rectum meiere licet. Malè interpres. στυμὴ πλεῖα post τὸ ἀνίβραντα. *Guicius.*

728. Λύτρα ἐπέι τα δύο] Hoc versu & duobus sequentibus, ut recte *Petravius*, hortatur Poëta, ut ne post occasum sollem, ac nocte quisquam ambulando meiat, aut denudatus, quodd etiam nocti veneratio quædam adhibenda sit. Igitur post ἀνίβραντα non est ponenda πλεῖα στυμὴ, ut multi fecerunt. *Clericus.*

730. Μηδ' ἄντες παραδεῖσι] Cum Græci tunicas quidem breviores, nisi fortè hyeme, sed sine clavis femoralibus gestarent, non necesse habebant retegere pudenda ut meierent; sed tantum inflexis genibus clunes in talos dimittere, ut tunicae inferior ora magis dilataretur, ne lotio madeficeret. De iis quæ dicuntur *feminalia* vide *Iaac. Casaubonum* ad Augusti Cap. LXXXII. in notis ad *Suetonium*. *Clericus.*

Ibid. Μαργαρηταὶ τοῦ ρύματος ταῖσιν] Non tantum vult interdiu non debuisse homines meiere stantes, ac retectis ad solem pendis; sed ne nocte quidem incendentes, aut pudendis nudatis; quia noctu Dii frequentius inter homines versantur, ut recte ad hunc locum *Proclus*. *Clericus.*

731. Βέλμουρο] Hoc est clunibus ad talos demissis. *Sam. Bochartus Hieroz.* Parte I. Lib. II. c. 56. postquam ostendit Iudeos stantes solitos mingere, observat Græcos sedentes minxisse nullum reperiri, nisi apud unum *Hesiodum*, cuius vsl. 731. & 732. profert, tum subdit: *Itaque, Hesiодοι εὐοι, Græci δὲ οὐκ εἰστιτοῦται, νομίζουσι δὲ τοὺς μὲν σερῆνας μειεῖν, τοὺς δὲ πάρειαν αἱρεῖν.* *Itaque, Bochartus Hieroz.* Sed posterioribus saeculis, prius illud à viris usurpatum, & mulieribus reliatum. *Itaque in Græcorum monumentis nullum exceptat exemplum viri, qui sedens minxerit.*

Deinde allatis multis contrariis exemplis, addit hoc Herodoteum, quo brevitas causâ, hinc contenti erimus: *Herodoto*, inquit, *nihil expressius, qui ut probet Αἴγυπτος in plurisque aliter se gerere, quām reliquos homines, inter cetera haec habet Lib. III. c. 35. Opus enim dū ποτάκος θεῖαι, οἱ δὲ ἄρδης γενήσανται, φεμιναὶ quidem stantes mingunt, viri vero sedentes.* *Clericus.*

734. Εσίν ἐμπλαστὴ παραποτίμων] Quia, nimis ad focum erant Dii Penates, focusque, ut habet *Proclus*, erat domestica ara, in qua libationes quotidie fiebant, & se pollutos existimabant. Itaque prius abluere se se necesse habebant, si præcepto *Hesiodi* obsequi volebant. Sic apud *Herodotum*, Lib. I. 198. οὐδέποτε δέ τι μεχεῖται τῇ θαυμᾷ ἀνὴρ Βαβυλονίος, ————— ὅρθρον φροντίδιον λέγεται ἀμφότεροι, ἔγγονος γὰρ ἀστερὸς ἀλλογενοῦς τοιούτου λέγεται: quod tamen cum uxore miscetur vir Babylonius, ————— orto diluculo abluuntur ambo, nullum vas priusquam se abluerint tacturi. Quæ narratio ostendit, apud Græcos, *Herodoti* æstate, vulgo obseruatum non fuisse *Hesiodi* præceptum. *Clericus.*

736. Απὸ διαύρων] A Deorum convivis, quæ sacrificiis peractis fiunt, festis Deorum sollemnibus. *Guicius.*

742. Απὸ περιζότο] A manu quæ habet quinque digitos, ut πέντε χλωρούς, quinque ramos. *Αὐτὸν* verò οὐχι χλωρούς, ut docent Græci Interpretes, est pars sicca, hoc est extrema unguium, quæ separatur ab ea quæ carni adhæret. Hoc præceptum, obscurius exprimitur ab *Hesiodo*, sicut obscurè exprimebantur symbola à *Pythagora*, ut res nullius pretii videbentur nescio quid reconditus complecti, & imperitis essent admirationi. Solent enim quām maximè mirati quæ non intelligunt. Hoc videtur velle *Hesiodus*, non esse exspectandum, ad manus abluendas, & unguium, ut probè purgentur, retinimenta secanda, tempus ipsum con-

convivii, sed manibus lotis accedendum. Alioqui ne in familiari quidem convivio unguis quisquam fecerit, qui nolit retrimenti in patinas exsilire; quod, ut opinor, non gratius fuisse Græcis, quam nobis nunc est. *Clericus.*

743. Λύρας χλωρί] Ungues à carne. *Grecus.*

744. Μηδί ποτε αὐτοχέλῳ] Hæc est animalis superstitione, potius quam præceptum ethicum, symbolorum more expressum. Hic enim Poëta religiosa tradit, non mortalia. Itaque frustrè est *Proclus*, qui vult mysticè ab *Hesiodo* significari, non esse privata præferenda communibus, quia κρεπτὸν commune erat, quo ex αὐτοχέλοι hauriebant. Verùm communis etiam erat ἀντρός, quandoquidem ex ea etiam vinum commune hauriebant omnes convivæ. Alia ejus interpretamenta non sunt verisimiliora, ut nec cetera omnia allegorica commenta, quæ ad incrustanda superstitiosa deliria Majorum suorum Græci posteriores adinvenerunt; ut sapientiores viderentur fuisse, quam fuerant. Etiamnum hodie veterum superstitionum vestigia videre licet, multis in locis. Sunt qui, exempli causâ, mali ominis esse putant panem inversum, ita ut planior pars sit superior, cultros decussatim in mensa jacentes, salillum in mensam effusum, & similia; quibus mysticos sensus non mindus facile esset inventire, quam Hesiodeis nugis. *Clericus.*

746. Αντρός καταλείπεται] Superstitionis hic aliquid esse mihi persuadeo, potius quam id quod volunt Græci Interpretæ: qui putant irrisiōnem significari eorum, qui imperfectum ædificium sunt conspecturi. Existimasse videtur *Hesiodus* mali esse ominis, si cornix imperfecto ædificio insideret, quod facile & frequentius fieri potuit, si diu imperfectum relinqueret. Agit autem hic de lignea rustici casa, ad quam absolvendam longo tempore opus non est. Ejus opinionis vestigia remanserant apud Romanos,

tempore *Phmii*, qui H. N. Lib. X. c. 12. sic de Cornice loquitur: *Ipsa ales est inauspicatae garrulitatis, à quibusdam tacita laudata. Deinde: inauspicatissima factus tempore.* Eodem Capite, de bubone agens, ostendit à multis ferale habitum si domui insideret, quod confutat hisce verbis: *Privatorum dominibus insidentem, plurimum scio non fuisse feralem.* Simile quiddam de cornice sensisse *Hesiodum* credibile mihi fit. Prodidit etiam *Aelianus* de Animalibus Lib. III. c. 9. imam cornicem mali esse ominis: *οἱ τοι ἄρρενες ὡς πάντες ἀσπαλάθοτες ἐκ τούτοις εἰς μαρτιανὸν ὁρῶντες ἔταιροι εἰσι: qui observant ubi insidiant ares, τοι carum volatus non esse faustum anguria capiantibus aīunt, si audiat una cornix.* Scio interdum boni omnis fuisse cornicem, qua de re vide Intt. ad Eclog. IX. *Virgilii*, v. 15. Sed satis mihi est inauspicata fuisse, ut eò *Hesiodum* respexisse existimem. *Clericus.*

748. Αντρός καταλείπεται] Scio quidem vasa dedicare solitos veteres, sed vox hæc, & verbum ἀνάπον suadent agi potius de carne rapta ex olla, sive de aulicoquis extis, ut loquitur *Festus*, antequam sacra essent facta. Adsentior itaque *Sam. Bocharto* sic hunc locum interpretanti Hieroz. Part. I. Lib. II. c. 50. Fuere qui dapes propè crudas eripuerint non solum ex popinis, sed etiam ex locis sacris. Vide 1. *Sam.* II. 13. ubi filii Helis ita se gessisse narrantur. Qualis apud *Abenæcum* describitur mulier quædam, quæ sacra nondum immolata devorabat, ἀποτελεῖσθαι, à veru illa rapiens; & in *Suetonio Vitellius* c. 13. *bono non profunde mo'ō, sed intempestivæ quoque ac jordidæ gulæ, ne in sacrificio quidem sumquam, aut itinere ullo, temperavit, quia inter altaria ibidem statim viscus & farra pœnè rapta è foco manderet.* Denique, ut Poëta auctor,

Est etiam è mediis victimæ rapta fociis.
Cu-

Cujusmodi ventres ferit illud *Simoniadis*,
quod tandem in proverbium cessit :

Aστρα δι' ιηρά πολέμους κατέβαινεν.

Nondum immolata sacra sapè devorat. Proinde in *Hesiodo*, inter alia præcepta, hoc itaque habetur, ne ab ollis nondum sacrificatis (cibum), rapiens comedito. Nam ut ἔσθιεν & ἵψειτο sacrificare est : ita ἀντιμέτωπος est ὁδός, nondum sacrificatus vel immolatus, ut à *Tzetze* reditur. Addatur hisce locus *Ciceronis* è Lib. II. de Fin. c. 7. *Reperiens asertos primū ita non religiosos, ut edant dampnella.* Non negligere est nos hic colligere quae à Veteribus dicta sunt & τὰ βαρυπόντα & δυσφάγα, qui ex altari carnes ab alio oblatas rapiebant ; neque enim de iis verba facit *Hesiodus* ; sed de iis qui ipsi sacra facientes, nondum peractis sacris, hoc est antequam projicias porrassissent, & adolevissent, carnes victimæ suæ comedebant. *Clericus.*

750. *Μηδὲ οὐτὸν ταῦτα γείγειν]* Per αὐτὰ solum & lapides intelligere videatur, quæ frigida sunt & dura. Hoc præceptum Pythagorico illi cognatum videtur, ne sedead super lapidem. *Vel οὐτὸν ταῦτα γείγειν* est αὐτὸν μᾶν. *Theocr.* δὴ ξεγῆν γείγειν. *Guictus.*

750. *Επ' αὐτίναν ταῦτα γείγειν]* Proclus sepulcra interpretatur, quæ movere nefas erat ; at eodem jure terminos agrorum interpretaris. Malum intelligere de saxis quibusvis, quibus imponi paeros nolleth *Hesiodus* ; sed tantum tabulis ligneis, aut aliis, quæ possunt amoveri. Videtur credidisse si duodecimo die, aut duodecimo mense puer collocaretur in rupe, infirmum eum fieri. Quodd si diceretur de frequenti impositione pueri in sedili laxeo, & per totam infantiam, non careret ratione ; sed ea res existialior non fuit duodecimo die vel mense, quæmaliis infantia temporibus. Mera hæc fuit superstitione, cuius ratio certa non magis reddi potest, quæm somniorum febricitantis. *Clericus.*

750. *Μηδὲ οὐτὸν ταῦτα γείγειν]* Notum

est omnibus quæm multa de his Veteres. Ceterū cur hoc præceptum, de non movendis sepulcris, ad πούλα συντετριψται spectet, numquam ostendere potuerunt. Nos hos versus, etiata sine Grammaticorum suffragio, hoc modo transponendos esse nou dubitamus, qui nimium miserè truncarunt, mutilarunt, auxerunt, transposuerunt olim, tamquam vultures quidam Homerum & Hesiodum :

Μηδὲ χωραῖς λατερῷ γέρα φαιδρύεσσι
Πλάισια συντετριψται, ὅτι ἀνέρες ἀνίνοια ποῖει,
Μηδὲ συντετριψται, ίσοι καὶ τέτο τίτανες.
Αἵτει λαγαλέον γό οὐτὶ γέροντος εἰς οὐτὶ καὶ τὴν
Φλοιάν.

Quæcūd cura τὰ δημότηρα οὐτὶ λατερᾷ, quæ γυναικα vocabant, & absolute λατερᾷ, in deliciarum descriptionibus, Lampridius *lavastra muliebria*, Capitoinus *excalationes*, sicut viri magni nuper notarunt, veteres distinxerint, pueris notum est ; cum ex aliis, tum ex *Comico*, qui in τὰ λατερᾶ totam disciplinam Atheniensium considerari vult. Pueri autem συντετριψται & συντετριψται, omnia communia cum matribus habebant, *Mauri*, *στροφοί*, *αινῶν*, id est, ipsum *Gynæcum*. *Hesiodus* ergo ne ejusmodi puerulos theatrum λατερᾶ aduerscere sinant, ex disciplina veteri, quia θηλωταὶ τὰ σώματα ex aquæ tempore existimabant, diligenter monet. Sensus erit ita perspicuus planusque, ut nihil suprà, hoc modo.

*Νέκει μοιειδεῖ λαβαρο κόρπος πυρ-
γε*

*Puerum finas duodecennem, quia
μαστοὺς ενεργεῖ,*

*Νέκει duodecim mensum : noces
& illud æquali modo*

*Viro : dura enim suo tempore &
hanc rem sequitur*

Pæna.

Apparet hinc ante omnia præceptum μει οὐτὸν ταῦτα γείγειν huc non spectare : quod seorsim considerabimus. *Heinsius.*

Ib. *Μηδὲ οὐτὸν ταῦτα γείγειν]* Αὐτά sunt ei rhyti : de quibus usitatam fuisse ele-

elegantissimam paroemniati μὴ κανέν τὸ ἀκίντα, qua hic Hesiodus utitur, satis ex illo Platonis appetet, tertio De legibus: Οὐκ ἡ τὰς γομφήτιες ἡ μάκια τὸ μέμψαν, ισόπτεις αἵτις πηλοκαστρίζεις εἰσάγει, ἡ εἰς τὸ ἔλλας γομφητηρίδιας πόλεις πολλαῖς γίνεται, δέ τις ζητεῖ γῆς τε κτητοῦ κανέν, η̄ χεῖρας ἀδελφῶν, ὅποις ὁῖς ἐκ τοῦ δύνασθαι ἄρου τέτοιο γίνεται ποτε τὸ ίστιν θεατῶν. ὃς δὲ περὶ τῆς γομφητῆτος καταστάσεως εἰπεῖν τὸ πολέμων πᾶς ἀπαρτά λέγει, μὴ κανέν τὸ ἀκίντα. Et Eusebius Præparat. Evang. lib. III. Ήμᾶς γὰρ τὰ μέμψαντας τὰς ἔτοις ἐμφανεῖς τῷ σύντεταντος μακράς εἰς ἀλλοιας ποδοφύτευσις, οὐτε σκέπης τὰ πάτερα, μηδὲ κανέν τὸ ἀκίντα, συρχεῖν. Μηδὲ ἴραπεδαι τῇ τῆς αρχαπτέρων μακραῖς, ἀλλα μὴ πολυναρθρούματεν ἔρπι τραχοτομίας. Κατίτεν εἰς ἀκίνταν, προ κανέν τὸ ἀκίντα, quād eleganter dictum sit; ostendimus ad Proclum. *Idem.*

Ibid. Οὐ γὰρ ἄμονος] Vetus clausula qua potissimum urebantur in interdictis suis Principes, erat, & γὰρ ἄμονος. Sic apud Herodotum in cautione sepulcrali in Epitaphio Nitocridis; οὐτε τὸ ἵμα ὑπεργεια κορινθίου Βασιλέως βασιλίου, ἢ απαντοι, χεῖ μάτεται, ἀνοίξεις τὸ πέριον, λαβέται ἄκρα βάσεως χρήματα, μηδὲ τούτο μη απαντοιασθε. οὐ γὰρ ἄμονος. Quia autem vulgo etiam in Ethicis cautionibus ea utebantur clausula, Hora tius Philosophiam alibi, *meliora dixit*, id est, τὰ ἀκίντα.

*Cum tu cōtempso undique nobiles
Libros Panæti, Socraticam & do-
mum,*

*Mutare loricis Iberis
Pollicitus meliora tendis.*

Pollicitus meliora, est, οὐ τὸ φιλοσοφίας ἀντιέμενος. Heinsius.

753. Μηδὲ γυναικί τοιεν] Nihilii fecerunt posteriores Græci hoc Hesiodi præceptum, quod iis exprobrat Clemens Alexandrinus, in Pædagogo, Lib. III. c. 5. ubi agit πῶς φει τὸ λαπτά ἀνατρέπεται, & hæc habet: Ἐξιστὸν τὸν βιλοθύνοις τὸ ἀλλατοῖς οἷοι τὰς κατακλείσεις γυμνάς εἰ τὰς βαλανεῖδες διάσπασθαι. Ἐπειδὴ γὰρ διανθέσασθαι τοῖς δε

τοῖς, μάστιφ καπάσταις οὐμάντυρον αἰρόντος. Ἀλλ' οὐ μὲν Ησίοδος· Μηδὲ γυναικί τοιεν γέβα φερεῖσθαι, παραποταί. κανέν τὸ ἀκίντα, ἀνδρῶν ὃμοι γὰρ τοιεν τὰ βαλανεῖα: Licet autem aliis volentibus eas, quae domi sunt inclusæ, nudas videre in balneis; bīc enim se exnero spectatoribus, tamquam corporum casponibus, non erubescunt. Sed Hesiodus quidem corpus fæmineo non exhibilare lavacro, suadet. *Viris autem & feminis communia aperte sunt balnea.* Nonnulli tamea Principes hoc, apud Romanos emendare conati sunt. Vide Hieron. *Mercurialem de Arte Gymnast.* Lib. I. c. 10. *Clericas.*

756. Μαρκούστην ἀδίλλα] Hoc est, ut quidem videtur, irritare ritus, quorum rationem ignoraveris, quia tibi non placent. Quod præceptum superstitionissimas qualche cærimonias in tuto locat, quæ poterunt semper defendi ab iis quibus placebunt, hoc prætextu quodd eorum rationes ab iis, qui eas improbant, ignorentur. At quidquid Rationi & rectæ de Numinis notioni adversatur, id merito possumus μαρκέσσειν, quamvis institutionis ejus causas ignoremus. Res ipsa sepe docet nullas satis graves esse potuisse. *Clericus.*

757. Μηδὲ ποτὲ τὸ σεγχεῖ] Hos versus delendos censet Plutarchus, teste Proclo. Enchir. vide Plut. *Grecus.*

758. Δολιώ οὐ βεβῆλι τολετόνος σφύλιον] Non sunt, nimitem, ea facienda, quæ cum omitti sine crimine possunt, si fierent, famam pravam crearent; nam in rectè factis, & quæ virtus à nobis postulat, parum curandam famam docent Philosophi. Ubi agitur officium quodpiam, à vera virtute præscriptum, *nihil magis prestatum est, quam ne, pecorum rita, sequamur antecedentium gregem, pergentes non quod eundum est, sed quæ illar.* Atqui nulla res non majoribus malis implicat, quam quod ad rumorem componitur; optima rati ea quæ magno ad sensu recepta sunt, quorūque exempla nobis

bis multa sunt; nec ad rationem, sed ad multititudinem vivimus. Inde ista sancta conservatio aliorum supra alios ruentium. Verba sunt Senecæ, ex Cap.I, de vita beata, ubi & alia in eamdem sententiam. *Clericus.*

765. Ημέρα δι τη θάλασσαν] De superstitionis hisce deliri, hac certè in re, Poëtæ præceptis judicium Plutarchi vide ad v. 824. *Clericus..*

766. Περοδίων] Hoc est, prius doce, ne quid infastis diebus aggrediantur. *Hesychius:* ἡμέρα, δικτύον, σπουδήν, λέγει. Quamobrem & apud Romanos, nonnullorum in Tricliniis, affixæ erant Tabulæ, in quibus qui dies boni, quique incommodi essent notatum erat, & est apud Petronium Cap. XXX. *Clericus.*

Ibid. Τετραδέκα πλευρὰς δέσμων] Hoc est, ultimum diem cujusque mensis; nam antiquissimi Græci, ut etiam Orientales, menses Lunares habebant, quos singulos triginta diebus cladebant, ut ostendit multis *Dionys. Petavius* Lib.I. de Doctr. Temporum, & eminentissimæ dignitatis ac eruditionis vir *Henr. Norisius* in Dissert. de Mense & Anno Macedonum Cap. I. *Clericus.*

767. Επονέταιον] Hoc est, diligenter expendenda servis attributa opera in mensem, ut videas an ea rectè perfecerint. *Clericus.*

Ibid. Αρματάν] *Hesychius* interpretatur ἀρματάν τὸν τρόπον, παρὰ ἀρμάτον ἐγγονήν τὸ μέλον. Hanc quoque, & alias originationes non meliores habet Etymologicum Magnum. At satius est interpretari ἀρματάν ἵκεν τρόπον, convenientem unicuique cibum, quem demensum vocabant Latini, & quem singulis Calendis distributum servis docuerunt viri docti ex hoc *Plauti* loco, in Sticho A&I. S.2. v.3. ubi heras servos sic alloquitur: vos meministis quos Calendis pertere demensum cibum. Ad quem locum vide Intt. *Pignoriumque & Popmam* de Servis. *Clericus.*

768. Εἰτ' ἡ δὲ αὐλαῖαν] Quamvis communis interpretatio bona sit, tamen aliter intelligo. Nam εἰτ' ἡ δὲ αὐλαῖα indicari illis verbis tempus diei, quod vocatur αὐλαῖα ἡγεμόνη, frequens forum quando jus dicitur, hoc verò est αὐλαῖα κείνην. *Scaliger.*

Ibid.] Plenius mentem suam expressit *Jos. Scaliger* de Emend. Temporum Lib. I. p.4. ubi agit de partibus diei. Itaque verba ejus hinc apponemus: "Tempus antemeridianum designantes dicebant αὐλαῖα vel αὐλαῖα ἡγεμόνη, convenientibus, scilicet, eo tempore in comitium viris; ut *Hesiodus* dicit, Εἰτ' ἡ δέλιον ναοὶ χριστοῦ ἡγεμόνη. Quod tamen longè aliter Græci Interpretes illius Poëtæ exponunt. Aint enim *Hesiodus* dum intellexisse de trigesima mensis Lunaris, & sensum loci Hesiodei esse perinde ac si dixisset: quando homines veram triacada lunarem agunt, & non secundum usum politicum, sed secundum motum Lunæ. Quod tamen nobis valde coactum videtur, & mente *Hesiodi* hanc fuisse dicimus: ναοὶ γάρ εἶναι valde idoneam rebus gerendis eā horā, quā homines ad jus in forum convenient. *Homerus Odyss. M.*

" — Ημέρα δι τὴν οὐρανὸν ἀρχὴν ἡγεμόνης.
" Καί τινες τοῦτα δικλινίαν αἱγάνων.
" Quando ad cænam vir è foro surrexit,
" postquam judicavit de multis litibus,
" juvenibus litigantibus. Quæ sane interpretatio mellor vulgari. Sic etiam paullò post dicit, ημέρα ἡ δέλιον, quod nos interpretamur, jam adulto die. Hæc vir summus, cui adsentimur. Nimitum, hinc αὐλαῖα non est veritas, sed jus, aut justitia, ut passim apud Poëtas; & χριστοῦ αὐλαῖα idem est ac χριστοῦ δέλιον, ut loquitur *Hesiodus Theogon.* v.85. hoc est, jus dicere. Hæc verò vox est juridica, quæ dicitur de occupatioue Judicum jus dicentium, hominumque propterea ad eos convenientium, de qua vide Interpretationem pre-

pretes ad A&T. XIX. 38. Aliter sensum exprefseris his verbis: ὅπερ τὸν θεόν ἀστοτι ἀγέρασ τῷ κείμενῳ σίγου γετ' ἀλάδειν: cùm à populis celebrantur dies fasti, quibus jus dicitur, & lites secundum iustitiam judicantur. Clericus.

769. Διὸς ὁρα μπωντρ] Erravit vir summus Angelus Politianus, cum tres dies Jovis ab Hesiodo statui observat, ex hoc loco. Vetusissimi Poëtæ, omnis causa, ueebantur in secessu voce Διὸς eleganter, in narrationibus etiam, quamque de re agebant. Ita in principio continuo οὐκέτη Εργον. Οὐ τοῦ Αἰδηνοῦ ἀρπισθεῖσαν τὸ φανό πι. Ρητού τὸ ἀργεῖν τῷ Διὸς μηχαλοῦ ἔκπτ. Ubi illud postremum omnis causa ponitur, & ex abundanti: nam nihil est quod referatur. Peculiariter autem singulos dies Poëtæ, ἡμέρας in Διὸς dicunt simpliciter. Sic in illo ὄντων τῷ νίκτῃ τῷ τοῦ ἡμέρας in Διὸς εἰσιν. Auctor Megaræ Idyllii Dorici: αὐτὸν δὲ τοῖς λοισταῖς ὑπερ Νύκτας τὰ πλάσματα τῷ Διὸς ἡμέρας ὄποτεσ. Ita Hesiodus cum rationem τῆς ἡμέρας incipit, in genere jubet φράσιας τῆς πλάσματος τῷ Διόντι, id est, simpliciter, dies quos natura constituit: ita ea vox millies à Poëtis ponitur. Sic Apollonius & Nomus αὔρας in Διὸς dixerunt, sicut Hesiodus ἡμέρας in Διὸς. Omnes enim res omnis causa Διὸς dicebant. Ita ut inde τῷ Διός, in secessu, in usu remanserit. Ita cum Theocritus dixit, Μουσῶν ἀνάδει, Διὸς μήν βαθεότος: quod etiam veteres magistri videntur ex eo loco ad Homerum notare. Id quod illi toties in Διὸς dicunt, Hesiodus hinc ὁρα Διὸς, dixit. Ai 3, inquit, ἡμέρας εἰσὶ πέρα Διὸς: id est, *Hi sunt dies de quibus acturi sumus*: quicquid non interpretamur, omnis causa dicitur. Atque haec causa est, cur Proclus, qui tam studiosè ex more familie suæ, dies persecutus est, nihil ait Διὸς ἡμέραν dicat. nisi quod μάστις τὰς ἀγαθὰς ita dici existimat. Atqui Hesiodus, post hanc formulam, non τὴς ἀγαθῶν solum, sed & τὴς τείχων aggredit divisionem. Tzetzes ad omnes

dies retulit: quanquam more suo nungācissimè suprad, in Διόντι, in τοῖς καὶ θεοφίαις exponat, hic verò περὶ τῆς ημέρας. Sed veniam meretur qui à Grammaticis dissentit, cùm ipsi toties à se abeant. Hein-sius.

770. Πρότερον ἦν] En vocabatur temporibus Hesiodi prima mensis. Sed Solon omnium primus vocavit τὴν τετραγενῆ ἥμιν καὶ νέαν. Scaliger.

770. Καὶ ἰδεῖμεν] Nimirum, mensis, non hebdomadis, ut recte ostendit Joam. Seldenus de Jure Nat. & Gentium Lib. III. c. 17. contra Veteres & Recentiores, qui frustra hic vestigia Judaici Sabathī quæsiverant. Clericus.

Ibid. Ιερὸν ἥμαρ] Non significatur dies profestus, quo ferias agitari oporteret, sed dies faustus. Vide v. 819. Idem est ac πεπλωμένον ἥμαρ v. 799. hoc est, dies valde accommodus ad res gerendas, quod vidit etiam idem Seldenus, loco memorato. Clericus.

771. Τῷ τῷ Απόλλωνα χρυσάρχεα γείτονα] Nempe, mensis Thargelionis. Diogenes in vita Platonis §. 2. Γίνεται Πλάτων — Θαργελιόντος ἰδεῖμεν τοῦτο τὸ Δίλιον τῷ Απόλλωνα γείτονα: nascitur Plato Thargelionis septimo, quo Deli natum Apollinem dicunt. Ad quem locum, vide Intt. quibus succenturiandus vir illustris atque eruditus Ezech. Spanheimius, ad Callimachi hymnum in Delum v. 251. Propterea uniuscujusque mensis dies septimus ficer erat Apollini, non tantum dies ille Thargelionis mensis, ut observavit & Seldenus eo, quem antea indicavimus, loco. Clericus.

775. Οὐς τείχον] Sam. Bochartus Hieroz. Part. I. Lib. II. c. 45. postquam egit de vulsione lanæ; “Vellendi, inquit, “morem quod attinet, is olim Romæ “fuit in usu, & in vicinis locis, non in Ju-“dæa, nec in Græcia. Saltem, apud He-“siodum, qui de re pecuaria scripsit pri-“mus omnium. Τίς τείχον, non est oves “vellere, sed sondere, ut in Theocriti Bu-“coliaſtis. “— ix.

" ————— ὅποια πέν
" Τὰς ἄτα, τὰς πίλας.

" *Cum ovem pullam tondebō.* Verbum enim *τόνειν* Scholia stes notat h̄c idem esse quod *τύπων* tondere, ὡς ἦ τῷ *Hob-*
" δῷ, ut *εἰ apud Hesiodum.* *Hesychios* etiam πένεις est κοῖραι, & πένεις φίλων, κα-
" γε ξένων. Et quamvis apud *Archip-*
" *pum, Cratinum & Philemonem ranc-*
" *πλάτη & rancήτη velleram vulforem*
" *propriè sonet, rancēres tamen tonsorem*
" *explicant, (Hesychius: rancήτης, οἱ*
" *καὶ εργατες τὰ σεβάτα. Suidas: rancήτης,*
" *οἱ τὸ σεβάτων καρποί) quia in vocum ex-*
" *plicatione non tam etymon, quam usus,*
" *respicitur. Clericus.*

777. *Aristoteles*] A verbo *ἀσπίς* &
" volatus, adveritus aliorum opinio-
nem. *Scaliger.*

778. *Ημέτερος οὐ πλούτος*] *Eustathius* una vo-
ce, hoc est, die pleno, æstivo scilicet.
Nam hiberni dies sunt dimidii tantum.
Infra *εἰρήνης* δὲ τὸ μεσάλη πλέον *ημένην.* *Guie-*
tus. Gallice ad verbum exprimas *en*
plain jour, hoc est, medio die, quemad-
modum interpretatur hunc locum *γῆ.*
Scaliger, ut diximus ad v. 768. Sic di-
cebant *πλεύρης*, *la pleine nuit*, quamvis
aliter vocem interpretetur *Hesychius.*
Clericus.

Ibid. Οὐτε ιδπις] Hoc nomen formicæ
" *εἰρήνης* datum. Horat. *Parva nam*
exemplo magni est formica laboris. *Guie-*
tus.

Ibidem.] Solet *Hesiodus* designare
animalia nominibus adjectivis, quibus eo-
rum natura vel solertia optime describi-
tur. Sic pro *Cochlea* habet *φρέσον*, *do-*
mīportam, pro *hirundine* *ἐρυγόν*, *mane*
lugentem. Nullum Epithetum formicæ
melius conveniat, quam *ιδπις*, quam in
rem vide quæ collegit *Sam. Bochartus*
Hieroz. Part. II. Lib. IV. c. 22. Quod
autem h̄c dicitur duodecimo die mensis
colligere acervum nemo nescit tam ve-
ram esse, quam araneum telam eo po-
tissimum die texere, hoc est, plane ridi-

culum & falsum. Quare miror Poëtam
nostrum tam confidenter mentitum, in
re quæ à puerulis argui poterat. Super-
stitione, scilicet, animus præpeditus men-
dacio patet, clausus est veritati. Sed quod
magis mireris, non Poëtae, sed Physici,
hoc est, veritatis indagatores, somnia
ejusmodi, pro rebus compertis, vendita-
runt; quod ex *Bocharti* collectaneis ejus-
dem Libri Cap. XXI. agnosces. Sunt
enim prolixiora, quam hic transferri
queant. *Clericus.*

779. *Τὴδιστὸν στῶν γενεῖ*] *Istis* Græci
vocant ligna illa erecta, quibus stamina
intenduntur ad telam faciendam. *He-*
sychius: ίστον τὸ ἐρδὸν ξύλον τὸ μέσον
Latinis *jugum*, vel *tela jugalis Catoni.* *Isonomū* etiam dicebatur. *Hesyc-*
hius: ίσονόμην ξύλον ἐρδὸν θητὸν τὸ ηγαντίους, φ
εργαλεῖται οἱ ίστοι. Latinis dictæ ea ligna
pedes tela. *Glossæ: pedes tela, ισονόμητος.*
Dionysius, in Bassaricis, de Dardania ur-
be Indiæ, in qua mulieres, intra unum
diem detexebant:

Η οἱ Δαρδανίου ταῖς πόλεις σύραθυσαν,
Βεζαλί πέντε λαγώνηκες Αἰγαίαις τοπε
Αὐτῆμαρ κερκόποιον, δέ ίσονόμην ταρίνοι,
Αὐτῆμαρ δὲ ἐπειδὸν τε οὐ δε ίστον ἐριστρα.

Uno die, stamen in tela jugali extende-
runt, detexuerunt & defecuerunt. Pri-
mum igitur, in tela contexenda, telæ pe-
des erigere & jugum iis imponere, quod
Ovidius *telam jugo jungere* dixit, *He-*
siodus isti στῶν. Deinde stamina telæ,
vel jugo telæ adnectere, quod *telam sta-*
mine intendere dixit *Ovidius*, & *stamen*
telā suspendere. Græci *στῶν* στῶν, atque
inde etymologia *τὸ στῶν* & *staminis.*
Græcis enim *στῶν* ἀντὶ τῆς *στῶν*, quod in
tela staret. Doricè *στῶν*, Latine *stamen*,
ut *τίμων*, *termen*, & similia. Attici di-
cebant *εργαλεῖδης*, cum telam stamine in-
tendebant. *P. Plux: στῶν τὸ στῶνα, ἢ τὰ*
στῶνα, τοὺς εργαλεῖδας. *Hesychius: εργα-*
λεῖδης τὸ τόξον Αἴγαοιδας τὸ στῶνα περιδιδεῖται.
Hesiodus εργαλεῖδης hoc idem dixit:

Istον τὸ στῶνα εργαλεῖδην μέτα ἔργον.

N n o 2 Hac.

Hæc Cl. Salmasius ad *Julii Capitolini Pertinacem* p. 127. quæ vera sunt, quamquam ex memoria male *Hesiodi* versum profert. *Clericus.*

780. *Miùs d' iṣādūs*] Posterioribus temporibus, *iṣādūs* miù ad primam dumtaxat decadem porrigebatur; sequens decas tribuebatur *μεσήν μηνί*. Vide *Julium Pollucem Lib. I. c. VII. §. 5.* Sed *Hesiodi* ævo, ad vigesimum diem mensis erat *iṣādūs*. Vide v. 798. *Clericus.*

782. *Etm d' μιον*] Hoc est, *τέταρτος μήν*, *τέττη δέκα μηνίς*. *Guictus.* Fallitur *Pollux*, loco antea memorato, ubi dicit *Hesiodum* vocare *μιον* decimam quintam cum sic vocet omnes dies secundi *μηνίου*. *Mirr. I.*, inquit, *Ηεσίδης μὲν Εἰ τὸ μιον ποιὶ ποστ δεκάτην Ηεσίδος κιντάν νοεῖται μεσίαν*. *Clericus.*

785. *H ἡμέρη ixm*] Hoc est, sextus dies primæ decadis, seu *μηνὸς iṣādūs*. *Clericus.*

792. *Eīgēdō d' οὐ μεγάλη*] Nimium hic nos frustrantur Interpretes. Itaque quavis hæc rejicere poteramus in notas nostras, ad ipsos, hinc tamen monere visum. *Eīgēdō* in mense multiplex est: *μεγάλη* dicitur postrema, respectu priorum. Atque hæc est causa, cur in *Nebulis Comicis* dicat *οὐάνην ἄγειν εἰρήδεις*. *Ορφ. ἄγρινος* & *οὐάνην εἰρήδεις*. Non bene intellexit locum illum *Græcus* Interpretus. Quæritur enim cur cum *τῇ τεταρτῇ* finis sit plerumque lunæ & mensis, cum *τῇ τεταρτῇ* sit satisfaciendum foenitoribus, miser tamen *Strepsiades* *οὐ* & *εἰρήδεις* agat. Atque hinc Interpretis rationes videntur mihi *λίαν ἀπορόντες*. *Eīgēdō eleganter παντικῶς* dicuntur, cum plures sint. H *μεγάλη* *εīgēdō* ultima est mensis Veterum. Est autem dies illa, quæ vigesimalium ultima est: *μεγάλη* enim est *ἡ ὥστη* quæ & *ἡ ἑταῖρη* præcedit. Observant enim Veteres, etiam Athenienses ante Solonem, *ἄχει τεταρτός μῆνος* & *μῆνα ἡεδυκτίκα*. *Eīgēdō μεγάλη*, est Pridie Calendarum: nona & vigesima. At Interpretis Aristophanis *ι με-*

γάλη εīgēdō, inquit, *ἄπο εīgēdōς εργάτης*, id est *εīgēdōς ἐρράτης* & *φθινότος*. Ita totum tempus à *xxi.* usque ad *xxix.* *μεγάλη εīgēdō* esset. Sed hinc, ut diximus, terminus illius temporis intelligitur, quæ est vicesima & nona. Quam nugenit Interpretes, qui πλέον *τέταρτη* idem cum *εīgēdō μεγάλη* esse putant, in notis ad ipsos ostendimus: ex quibus reliqua petenda quæ ad *Hesiodi* intellectum faciunt. Quicquid enim hinc prætermittimus, ad Interpretes olim noravimus. *Heinsius.*

794. *Tρέτης μιον*] Hoc est, quartus dies & *μεσήν μηνός*. *Clericus.*

799. *Αλητη Συμβούλη*] Omnes, nempe, dies fausti erant hilariter transigendi, ne diei faustitas ominosa tristitia corrumperetur. Itaque, quoad licuit, oportuit, *Hesiodo* auctore, quarto, decimo quarto, & vigesimo quarto, conviviis ac compotationibus tristitiam & curas animo pellere. Miror hunc sensum fugisse *Platarchum* & *Græcos* alios Interpretes. *Clericus.*

804. *Ορφος πεντηκόντα*] Scripsimus in versione *Horcum*, ut hoc Numen ab Orco, hoc est, Plutone fecerneretur; nam perperam confunderentur. Nemo Poëtarum dixit Plutonem esse Eridis filium, quod de *Horco* hinc habet *Hesiodus*. Alibi Deum jurisjurandi præsidem diximus. Vide not. ad v. 219. *Clericus.*

805. *Μάρτιος οὐδεμάτη*] Decimo septimo. Vide v. 794. Cum sic diuiderent mensem in tres decadas, mirum est secundæ decadæ, *Hesiodi* tempore, non fuisse notum. Vide not. ad v. 780. *Clericus.*

809. *Πύρυνται ἀραιός*] Scribe, *πύρυνται ἀραιός*. suprà *ἄρχειον ἀραιόν*. compingere tenues, non crassas. vulgo *biantes*. Homer. *λάζαρος γλωσσην ἀραιόν*, hoc est, *λαζαρί* tenuibus. *Guictus.*

809. *Αραιός*] Merito improbat *Guictus* verti hinc *biantes*, nam *biantes* naues dicuntur quæ tempestate, aut illissoне fractæ aquam per rimas admittunt. *Tenebras.*

nues vertimus, quod tenues sint navium paries, cum ea sit frequens vocis *ā;αιδ* significatio. Forte etiam *leves* potuissemus vertere, ut fluctuantes insulae dicuntur *r̄nos ā;αισαι*, ut habet *Eustathius* ad *Iliad.* pag. 1151. Ed. Rom. Sic *Callimachus de Insula Delo*, Hymno in *Delum* v. 191.

Εἰς διεθεμένην τὴν ἐν οὐρανῷ γῆν τοῖς ἀπόδημοις ἀπίστευτοι.

Πλαζούμενη πλάγιαστι.

Est nota quædam, in aqua Insula levis, errans per maria. Ad quem locum, consule virum doctissimum Ezech. Spanheimum. Clericus.

818. *Αλλέτερον*] Hoc est, cui prorsus fidere queas, si vera sit hæc lectio. Plerique, nempe, diem illum non quidem *πάγκαλον*, sed nec *πάγκαλον* dicebant, verum dubium & incertum; quo, nempe, suscepta interdum bene, interdum male succederent. *Clericus.*

824. *Αλλοὶ δὲ ἀλλοίν τινεῖς*] Videtur *Plutarchus*, in *Commentario ad Hesiodi Opera & Dies*, ex quo multa Græci Interpretes subinde Scholis suis adspergunt, egisse de hac quæstione, utrum sint alii dies fausti, alii vero infasti. Certe in vita Camilli, memorata Alliensi clade, ita porro pergit: *Θεοὶ δὲ ἡμερῶν διπλοφόδειον, εἰ τε χεὶ πέντε πνεον, εἰ τε μή, Ηεράκλειον ἀπλιξιν Ηεράδῳ τὰς δὲ ἀγαθὰς ποιεῦμεν, τὰς δὲ φαύλας, ὃς ἀγγεῖστι φίσιν ὅμερας ἀπάντειν, ἐπειδὴ διπλόπορτα: de diebus nefastis babendi ne sint quidam necne,* & an rete *Hesiodum*, qui *alios bonos, alios statuit malos, quasi ignoret cuiusvis dies eamdem esse naturam, reprobenderit Heraclitus, alio loco disputavimus.* Postea recenser exempla dierum, quibus non semel clades accepta fuerat, aut victoria relata. Deinde, ne credas ex iis exemplis ullum certum conjectarium duci posse, contraria profert, hisce verbis: *Πατεῖσθαι δὲ αὐτὸς ὅμερος σερπετοῦ μὲν οὐδὲ Κίμβρων τὸ μὲν Κυπιάνον ἀπέβαλον στρατόπεδον, οὔτε τερψινοῦ Λευκόλλου στρατοχώστην Αρμενίου καὶ Τιγρένιον ἔρικησον, Απαλόντος δὲ ὁ βασιλεὺς τοῦ Πομποῦ*

Μάγος οὐ τοὺς στρατούς γενεθλίοις ἀπίστευτοι. οὐδὲ τοὺς δέ τι πολλές ἐπ' ἀμφτέρα τοὺς αὐτοὺς γενεθλίους θεωρεῖσαι σεβόστοις: *Eodem die Romani prius, duce Capione, à Cimbris castis exuti sunt; postea vero ductū Luculli Armenios & Tigranem vicerant. Attalus autem Rex & Pompeius Magnus natalitias suis mortui sunt. Paucis ut dicum, multos possim ostendere qui in utramque partem iisdem usi sunt temporum periodis.* Hæc cum ita sint, credibile est *Plutarchum* probasse castigationem *Heracliti*, si modò sibi constitit; adeoque judicasse Poëtam non fuisse recensendum inter paucos qui scirent singulorum dierum fata, quibus se accentueri voluit, sed inter omnes omnino mortales, quibus nihil simile compertum est. Quis enim non videt anilia esse & vana omnia, quæ hæc habentur? *Clericus.*

827. *Εργάτης ἀραιός & ἀγαράντος*] Hoc est, nihil inconsultis & invitis Diis aggreditur. *Griegus.*

Versu ult. *Τητεροῖσις ἀλεῖται*] Non sunt intelligendæ omnes ὑπερβαῖναι, sed ex demum, quæ committuntur contra auspiciorum disciplinam, ut verba proxime antecedentia suadent. *Τητεροῖσις* enim dicuntur quævis delicta, quibus modum & limites à Ratione positos transfilimus. *Hesychius*: *Τητεροῖσις, ἕτερος, ἀδικία, κῆρος, μαρτυρία (nempe, Τιθοῖς, nisi sit hæc mendum) νεοτραπαία, παρεξίαστος ὄρκος, Τητεροῖσις, ἀδικίας, ὑπερβαῖναις. Phocylides.*

Ἄρχει γάτην τὸν τετράγονον, μηδὲ ἡρῷον ἔηστι.

Πάρτων μέτερος ἀεισορ, ητεροῖσις δὲ ἀλεῖται.

Ab agro vicino abstine, neque transfilias (terminos) omnium optimus est modulus, transgressiones vero sunt noxiæ. Idem.

Μέτερη μὲν φαύλοις καὶ στίγμαις, μαρτυρίᾳ τε.

Πλάντων μέτερες ἀεισορ, ητεροῖσις δὲ ἀλεῖται.


Cum

*Cum modo edito, & bibito, & loquitor.
Omnium optimus est modus, transgres-
sio vero vitanda. Qua in sententia, lon-
ge saluberrima, desinimus, modum tan-*

*dem hisce commentationibus nostris im-
ponentes, ut ad alia graviora redeamus.
Clericus.*

J O H.

JOH. ALBERTUS FABRICIUS
D E S C R I P T I S
H E S I O D I.



JOH. ALBERTUS FABRICIUS
DE SCRIPTIS
HESIODI.

PE R opus Hesiodi cui auctoritatem Homericis scriptis proximam tribuit Velleius, suspicari licet peculiariter ab eo intelligi Poëma cui titulus ΕΡΓΑ καὶ ΗΜΕΡΑΙ, *Opera & Dies*: nihil enim inter omnia Hesiodi scripta isthoc unico est celebrius, nihil in veterum scriptis frequentius usurpatum, imo quod solum pro Hesiodio agnoscebant Bœotii Heliconis accolæ teste Pausaniam in Bœoticis p. 771. Hoc perperam in duo diversa scripta distingui, quorum alterum ἡμέρα, alterum à v. 763. ἡμέρα inscribitur, probat Dan. Heinsius in introductione c. 18. Olim enim doctrina τῆς ἡμέρας sive de diebus homini economo observandis, sine ulla distinctione ἡμέρα sive vitæ præcepta subsequebatur, ita ut communis ac generalis esset inscriptio ἡμέρα τῆς ἡμέρας, quo nomine etiam allegant passim veteres unum aliquem verum poëtæ producentes, licet saepius brevitas causa tantum ἡμέρα appellant, neque causa est cur post versum 380. secundus liber ἡμέρα incipiat, neque enim constat ab Hesiodo in plures libros hoc opus divisum fuisse, neque hanc distinctionem vel scriptores antiqui vel codices MSS. probaz notæ agnoscant, ut docuit Joh. Georgius Grævius elegantiori-

bus literis quas cum singulari laude ornabat nuper eruptus lection. Hesiod. c. 9. Quanquam Poëmatis istius à citharoëdis per partes decantari soliti, partes singulae pro argumenti varietate à veteribus Grammaticis laudantur interdum sub titulis: δαιμονολογία, περιήρησις, περιτριχία, ἀληθεία &c. Quemadmodum partes poëeos Homericæ similiter ab argumento appella-tas notatum à me supra est c. 3. num. 28. Sic & ἡμέρα Hesiodi seorsim quandoque laudant Grammatici recentiores, ut Johannes Tzetzes Chiliad. 12. v. 174. ἢ τῇ βίβλῳ ἡμέραν ἀπολογεῖ οὐ πάντα; Eustathius ad Odys. Σ. p. 661. ἢ τὴν αἰχμὴν τῆς ἡμέρας ἡμέραν ὅπου η τὸ Οπίαν η Νοτίδην οὐ μηδέ ημέραν.

Dicitur Hesiodus in hoc opere imitatus esse ἡμέρα τῆς Ὀρφεως, de quibus dixi Lib. I. c. XIX. §. III. Sed Plinius Lib. XIV. c. 1. affirmit Hesiodum præcepta agricolis pandere orsum, & Lib. XVIII. c. 25. principem omnium de agricultura præcepisse. Ac valde incertum est poëmata Orpheo tributa Hesiodo fuisse antiquiora perinde ut fallitur idem Joh. Tzetza qui in scholiis p. 180. b. editionis Heinianæ putat Hesiodum quædam hausisse ex ¹ Melampode, cum Melampus ille ex quo ibi nonnulla à

¹ Vide Eustath. in Iliad. ι. p. 1501. Heinsii introduction. c. 7. Hesiodum μελαμπόδης vocat Lucianus in Hermotimo, T. 1. p. 522. ² Hunc locum ni fallor respicit Salmasius p. 825. de annis Cimactericis, ubi Melampodem refert inter eos qui ἡμέρας scripserint. Sed & Hesiodi loca quædam illustrat ibidem vir Doctissimus.

Tzetta proferuntur longe sit Hesiodo junior & libros suos Ptolemæo Philadelpho inscriperit.

Quanquam vero vocabulum ἡγετος peculiariter interdum dicitur de agricultura, operisque rura colentium, ut notavit Eustath. ad Iliad. p. 9. l. 35. &c. de hoc ipso Hesiodi poëmata agens Olympiodorus in 1. Meteor. praxi 17. Salmasius de usuris p. 299. Petrus Moll ad Longum p. 37. & Anna Daceria p. 22. ad Anacreontem, ac novissime Clariss. Lambertus Bos Observ. Critic. c. VI. p. 32. seq. Præterea Manilius quoque non aliud scriptum intellexit cum Lib. II. v. 19. sq. de Poëta nostro cecinit:

*Quin etiam ruris cultus degesque ro-
gavit*

Militiamque soli, quos colles, &c.
Neque Plinius XIV. 1. Tanta priscorum cura fertilior aut industria felicior fuit, ante millia annorum (scriptus Plinius circa Annum U.C. 830.) iner principia literarum Hesiodo præcepta agricolis pardere, orso, subsecutisque non paucis banc curam ejus. Neque Themistius Orat. XXX. ubi ei Hesiodus dicitur Τινος πλείας οὐ Ηέσιον ταῦτα μυῶν εἰπεῖν, καὶ τὸ γενῆτος τούτου τάξα. Tamen Hesiodi scopus princeps in hoc Poëmatc non fuit agri colendi rationem tradere, sed *Persen* fratrem suum (quemam πόνον nescio quam vere Suidas vocat) à voluptatibus & otio avocare, Ethicisque atque economicis præceptis imbuere: ἡγετος δὲ βι-
tior τὸ περιθεμένος Πίστος & ἀνηρπὸν περιθε-
μένων καὶ οὐκορυπίδος σεβάχος παντιας, quam
Tzertze observationem introductione sua multis confirmavit Dan. Heinsius, & capite ult. ostendit vocabulum ἡγετος latius sumi debere, ac de universis quæ bono coecono facienda incumbunt, esse intelligenda. Nam viri docti sententiam Scholiares Nicandri quoque comproba-re videtur dum p. 27. b. Hesiodum lau-

dat ī τοῖς ορθομόδιοις, præcipue vero Maximus Tyrius Heinsio ipsi commemora-tus qui disl. 16. ait Hesiodum scriptissile τὰ
οὐρανὸν ἡγετος τοῦ ἀδεσπότον τοῦ ιδίου οὐρα-
νον. Sic Δελλάσια ἡγετος scripserat Pancrates Arcas laudata Athenæo VII. p. 283. & alib).

In deliciis hoc Poëma fuit olim Seleuco Nicator, ita ut capiti ejus mortui ap-positum fuerit inventum teste Ptolemæo Hephaestione Lib. V. apud Photium cod. 190.

Primos decem versus Hesiodum auto-rem agnoscere negat Plutarchos qui Lib. IX. Symposiacon problem. 1. versum ἡγετος μηνον τὸν τεῖχον γένετον vocat αρχῆν τοῦ ἡγετος. Negat Pausanias in Boeoticis p. 771. ex mente accolatum Heliconis, qui procemium in musas Hesiodo abjudicabant, & initium poëmatis affirmabant esse τὸ τεῖχον, demonstratis scriptori illi antiquissimis plumbeis laminis in quibus τοῦ ἡγετος eo modo inscripta erant. Similiter Joh. Tzettes auctor est procemium He-siodi abjudicatum esse ab Aristarcho, Praxiphane Theophrasti discipulo, aliisque istos ὅτι Λεισηρχός τοῦ ἡγετος Καλίφιον τὸ περιθεμένον, τὸ Πραξιπάνον τὸ μαθήταις Θεοφάνη, λέγον ἀποκαμένην βούλην ἐπιχειρεῖν, μερχομένην ἐπιτίθεν. Οὐκ ἡγετος τὸν τεῖχον γένετον. Re-jicit etiam Heinsius c. 17. introductionis, professus mali Poëte esse sed boni Philo-sophi & qui cum cura huic librum per-legerit. Neque defuisse olim, qui He-siodi poëmata interpolarent, docet Pau-sanias in Corinthiacis p. 171. At enim Dio Chrysostomus disl. 12. p. 199. ita hoc procemium Hesiodi non dubitat, ut propter illud Hesiodum etiam præferat Homero.

In ἡγετος τοῦ ιδίου triplicia Graeca extant scholia atque commentaria, in quibus singulis procemium quoque explicatur. Antiquissima sunt Proch' neque integra illa sed excerpta tantam ἡγετος Πίστον Διαδ.

¹ Ita coniicio ex verbis his, Græcis quæ in editionibus præponi video. In MSO tamen Codice

χ° , argumenti maximam partem Philosophici, moraliaque & ~~modum~~ persequentis. Secunda sunt *Jab. Tzeitz* hominis non inerudit, sed vani & Proculo saepe praeter rem petulanter insultantis. Tertia *Emmanuelis Moscbopoli* Grammatica & intelligendæ Poëtæ dictio- utilissima. Denique subjecta est *Joh. Protospastarii* *Ἐγρος τῶν ἡμέρων Ησόδου* in filii gratiam ab auctore scripta & paucissimorum foliorum. Porro ediscendum pueris Hesiodum datum esse jam olim, docet vel Ciceronis illud Lib. VI. ad familiar. Ep. 18. *Lepia suavissimas edicat Hesiodum, & babeas in ore : & δ' ἀγίης ἴδωτα.* Etiam à Rhapsodis cantatum ad lyram, testis Plutarchus IX. sympos. p. 736. 743.

Solet Hesiodi ἵρyois vulgo subjici Α-
ΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΤΩ five de scuto Hercu-
lis poëma, quod plurimi olim negarunt
esse Hesiodi. Nam præter Boeotos quos
sola ἴρya pro genuino Hesiodi scripto ha-
buisse ex Pausania ante notavi, Aristophanes Grammaticus eam supposititiam
esse ratus est, & ex Homeri descriptione
ἀντίθετος Iliad. Σ. expressam, teste anonymo Græco scholii quod in editione Al-
dina Αντίθετος subjicitur. Longinus in libro
αεὶ υἱὸς p. 56. versum Ησίδησον ex Aspi-
de proferens addit: ἡγέτη Ησίδης καὶ τὸ ἀντίθε-
τον. Theodosius Alexandrinus in Scho-
liis ineditis ad Dionysium Thracem: οἵ
δι η Γραμματικὸν καὶ τὸ Ελληνικὸν βιβλία γνω-
σουσιν. Εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν αὐτῷ ὁμόνυμα βιβλία Κέν-
τη, οἷον οὐλών Ησίδης καὶ τὸ Ονειράκιον Ναύάρδος,
ἐπίτηρας γάρ εἰσι πατέρες. In aliis ad eundem
Dionysium scholiis ineditis: ζητῶμεν τὸ γῆ
τη συγγραφεῖ, ἵνα τὸ ἀξιότερον ή μὲν τὴ συγγραφεῖ
ρημά καταπλάκασεν. Τέτοιος γάρ δημόσιας (for-

τὸν Κυνηγόρα) τοῖς βιστάλαις, ἀντὶ οὐχίων διατίθεται Ησαΐδις, ἐπειγὼν γὰρ θύτην. Επιγεγόντι δὲ τῷ οὐρανῷ ἔργοντα τὸν Ησαΐδην, ἵνα τῷ φέγγιστι τὸν πονηρὸν ἄγεια καθῆναι ἀναγράφεται. Eustathias ad Iliad. Σ. p. 1218: ex Homeri simulatione (Ομηροῦ σύμμαχος) quzedam in illa expressio notat, sed p. 2110. tamen tantum ait interesse inter Homeri Αιανθόποιον² & Hesiodi aspidem, quantum inter divisum opus & hominis.

In veteri scholio quod in editione Al-
dina subjicitur, notatur illius initium le-
gi in quarto Hesiodi Catalogo. **Tū Aca-**
des ἡ ἀρχὴ ἡ τὸ δ'. κατάλογος πέμπτη) μίχει σί-
χεν τ'. η ε'. Hunc quartum Catalogum
viri docti non absurde sentiunt comple-
xum fuisse Hesiode tributas μεζάλας ιδεις,
Eunapio in Ἀδεσιο aliiisque pluribus
commemoratas, quarum partem esse A-
spidem, prima hujus poëmatis vox λέω.
dubitare nos vix permittit, & jam pri-
dem persuasum fuit Guil. Cantero Lib.
IV. nov. lect. c. 3. Tres priores Catalo-
gi subinde laudantur sub titulo κατάλογος
γυμναῖον. Sane Harpoecrationi in μαχρό-
παιον & Suidz in γένει γυμνάτης laudatur
Hesiodus ἡ τετταρακοπή κατάλογος. Post
librum quartum μεζάλας complexum
fuit quintus ἵρακτη μεταλοχία, sive ἵραγνωσία.
Heroum natales ex foeminiis illustribus
describens. Nam Teste Maximo Tyrio
diff. 16. Hesiodus χρεῖς πῦ ἄρθρον, δύο γυ-
ναικῶν ἀρχόμενον, κατέλευτη τῇ γένει, ἡστὶ οἵ τε
ἴαν. Vide quoque in hanc rem disputata sunt
viris doctissimis Samueli Petito ad leges
Atticas p. 460. seqq. Is. Casaubono ad
Strabonem Lib. I. p. 26. Dan. Heinsio
ad Hesiodi interpretes p. 76. seq. & Job.
Meursio Atticarum lectionum Lib. II.
c. 20. Quanquam vero Aspidem ita po-

dice Gudiano, qui editis locupletior non est, inscribitur: Πρίνα Διαδίχη εἰς τὴν Ἑργα τῆς πάτερος Η-
σιδού. I Meminit Tzetzes ipse Chil. VI. v. 842. 2 Ut Homeri partem postremam Iliados Σ.
ἀκαρδητίου vocat Eustathius & Pseudo Didymus ad v. 491. ita Servio ad 12. Aeneid. v. 161. He-
siodus etiam laudatur in Ααρόνη. Philostratus junior teste Swida scripsit Παρέπομεν & Ορί-
ζον απόπειρον. Judice Ludovico Haskello (Clovis Helteau) Hesiodus Homericum Achillis scena
in suo poëmate fideliter exprefit. Hesiodus en son Afidis n° 11 fait que rebatre le bouclier d' Achilles forger
par Homere. Vide Antonii Verderii Bibliothecam Gallicam p.222.

nimus fuisse hūm̄ μεράν partem, nīhilo minus incerta res fuerit de Auctore Hesiōdo, quoniam totum illud opus suspe-
ctum doctis jam pridem fuisse testatur
Aelianus, ubi ad illud respiciens, subjun-
git: εἰ μὰ ἀρά τοι εἰσὶ Ήσίδης τὸ ἔπει, διὸν ὡς
ταῦτα γέγοναν κατίψυχαν αὐτῷ. Lib.XII.Var.
Hist. p. 726. edit. præclaræ Perizonianæ.
Josephus Scaliger Epistola 247. ad Sal-
masium p. 530. Ut anni sic poëeos gra-
ca quatuor tempestivitates fuisse ani-
madverti. Prima fuit illa in qua prin-
ceps Homerus & Hesiōdus. Hanc po-
tes judicare atque adeo vocare ver Poë-
sices, pubertatem potius quam infan-
tiam. Excipit eam astas, non servida
quidem, sed quæ ex illo vere vestigia non
obscura retinuit, in qua Onomacritus, So-
lon, Tyrtaeus, & quisquis auctor fuit τὸ
τοῦτο γέγοναν, quam præpostero judicio
Criticorum ratio Ascreo illi tribuit. Sca-
ligerio assentiuntur Heinsius, & in libro
de poëtis Vossius. Apollodoro tamen
aliter olim visum, qui libro secundo Bi-
bliothecæ Aspidem andacter Hesiōdo ad-
scribit. Ad quem locum Tan. Faber p.
274. Sane miror fuisse olim asque adeo
bodieque reperiri quis ea de re dubitant.
Certa enim res est, & qui Hesiōdi non
esse putant & dābunt, ne illi poësin gra-
cam band satis vorant. Audacter etiam
Aspidem Hesiōdo tribuit Athenaeus lib.
4. p. 180. Sed & Megacles Atheniensis
& Apollonius Rhodius & Stesichorus
Hesiōdi esse illud poëma non dubitarunt
ut notat auctor vetus scholii quod in
editione Aldina Aspidi subjici dixi &
hoc loco integrum describam: Τὸν Αἴον
δὲ τὸ διόπλιθον τὸ δὲ Καταλύμα πέριπος μέχει σι-
χεῖν τὸ δὲ τὸ Κατόπλιθον τὸ Αεισόδους τὸ χε-
ρυκός αἵματος τὸ ἔπειρον Γραμματικός, οὐ τὸ θεο-
καΐδιον Ήσίδης, αἷς ἔπειρος τὸς Φίλιππος Λ

σπίδε μηκισταδε ψευδεράστη. Μεγαλές δὲ οἱ Αθηναῖς γενούνται τὸ πάντα, ἀλλὰς δὲ πομά τη Νεόδη, ἀλογον γάρ φυτον πάντη Ήραστον τοῖς τε ματσός ἐχθροῖς ὅπλα παρέχοντα. Απολλήνος δὲ οἱ Ρόδιοι εἰ τοι γ'. φυτον αὐτῷ δὲ) ἔκπεψης καρπού τῷ εἰ τοι γ'. Φέταί δὲ οἱ Ιάνθινοι εἰ τοι γ'. φυτον πάντη Καταλύρης εύσικου Ηγιοχύτη τη Ήρακλεοί. Πατάκης δὲ η Στηνοχοές φυτον Νεόδη δὲ) τὸ πάντα.

In hoc Poëma existant commentarii
Græci *Jobannis Tzetzae* & alterius *Job-
annis Pediomimi*, Diaconi, junioris uti-
que Job. Philopono quem laudat p. 197.
In Etymologico MS. apud doctissimum
Kusterum in ἀρχαῖαι allegantur *Hierony-
mus* & *Epaphroditus* in τιμητικαὶ αὐτο-
ισθ. Honibꝫ.

Superest ex iis quæ exstant Hesiodi tributis scriptis dicenda longe celeberrima **THEOGONIA**, hoc est **Deorum generatio** ut Laërtius transfert lib. I. c. 5. sive **origines Deorum** γεννήσις¹ quam non memini à quoquam vocari in dubium aut Hesiodi abjudicari nisi ab unis Boeotis de quibus supra dixi ex Pausania p. 771. Neque tamen per omnia fidem Boeotis habuit ipse Pausanias sed p. 781. laudans Hesiodum in Theogonia subjungit: ἀρχαὶ τοῦ θεοῦ πάντων οὐδεμία. Confer eundem p. 634. Neque dubitarunt illam Hesiodi tribuere Pythagoras, (qui finxit Hesiodi animam vidisse se apud inferos vinculis adstriccam columnæ æreæ, stridentemque, propter ea quæ de Diis finixerat, teste Laërtio lib. VIII. sect. 21.) Herodotus lib. II. c. 53. Plato, qui Theogoniam subinde sequitur notante Proclo in Timæum lib. 5. p. 291. Aristoteles Lib. III. de caelo c. 1. & alibi, Manilius Lib. II. v. 12. seq. nec Agatharchides Cnidius apud Photium p. 722. edit. Hæschelii, neque Eratosthenes in Catasterismis c. 9. & 1. & 19. & 32. neque **Aenescens**² Ar-

¹ Vide Radulphum Cadworthum libro de vero Systemate intelligibili universi p. 211. 212.
² 16. Johannem Clericum ad v. 44. & 106. Porro Theogoniam ante 1924 i^m Hesip^m, ab Hesiodo
editam non dubitat Proclus p. 24. ad Heliodium δύον δια την οὐρανόν ει περιείσθαι. Confer quae
de ordine scriptorum hujus Poëtæ notavi infra num. 19. ² Acusilai Argivi genealogias laudant
priores Strabonem & alios Vossio dictos in Hist. Gracis p. 436. Tertullianus lib. 2. ad Nationes

givus, qui in Theogonia sua Hesiodum sex numero castigavit teste Josepho lib. I. contra Apionem p. 1034. neque *Xenomelus* Corinthius, à quo non minus atque ab Acusilao, Hesiodi Theogoniam prosario sermone expressam & pro sua venditata esse tradit Clemens Alexandr. 6. Strom. p. 629. Neque *Xenophanes Colopbonius*, quem in elegiis suis ac Jambis perstrinxisse ea quæ Hesiodus de Diis scripsisset, testatur Laertius IX. 18. & Sextus Empiricus adversus Mathematicos lib. I. p. 57. & 341. Neque *Demosthenes Thrax*, à quo ejusdem Theogoniæ Hesiodeæ metaphoræ in prosariam scriptam esse Suidæ referente cognoscimus, vel *Aristonicus Grammaticus* aut *Zenodotus Alexandrinus*, quos in Hesiodi Theogoniam scripsisse, ut Sabinum Sophistam in Acusilai, ex eodem Suidâ constat. Nec *Zeno Stoicus*, quem Cicero lib. I. de natura Deorum c. 36. testatur Theogoniæ interpretatum esse, nec *Cryssippus* denique, quem idem Cicero lib. II. auctor est fabulas Orphei, Musæi, Hesiodi, Homericæ ad rerum naturam accommodasse.

Nihil vero aliud significare videntur

veterum Genealogiæ ac Theogoniæ, quales præter Hesiodum scriperunt Abaris¹, Musæus², Pherecydes Atheniensis³, Orpheus⁴ Aristæas, Epimenides⁵, Antiphon⁶, Hecateus⁷, Andron⁸, Dromocrides⁹, Amilius Macer¹⁰, itemque alii, nihil inquam videntur significare aliud, quam Cosmogoniam *euoyorias* ac Geogoniam fabulis Poëticis obumbratam, ut recte observatum est acutissimo Philosopho Thomæ Burneto in Archæologia Philosophica p. 297. 399. seq. & in theoria telluris lib. 2. c. 7. ubi inter alia locum insignem in Aristophanis avibus p. 395. edit. Froben. confert cum Orpheo atque Hesiodo. Adde Simplicium ad 3. de cœlo, comment. VI. & Cotelieri notas ad recognitiones Clementis lib. X. c. 31. Nec scio satisne firmum argumenti genus sit Thomæ Galei viri cum insigni Græciorum literarum jactura nuper denati, qui in notis ad Apollodorum p. 6. ex eo quod in Theogonia Hesiodi v. 218. Parcae noctis filiæ esse dicuntur, at v. 913. Jovis ac Themidis; concludit, Poëma hoc non unius esse auctoris, & fortasse partem Theogoniæ Orphæi Hesiodo adsutam.

